

# Notes du mont Royal



[www.notesdumontroyal.com](http://www.notesdumontroyal.com)

Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES  
Google Livres

*Carm. Justo CR.*  
FLAVII


# IOSEPHI

OPERVM TO=  
MVS PRI=  
M V S.  
\*



Decem priores Antiquitatum Iudai-  
carum libros complectens.

SIGISMVNDO GELENIO  
INTERPRETE.



L V G D V N I,

Apud Antonium Vincentium,

1557.




2

CLARISS. ET AM-  
PLISS. DOMINO IO.  
Iacobo Fuggero, in Kirchberg &  
Vuisenhor Comiti, &c.  
Sigismundus Ge-  
lenius  
S. D.



V M omnis institutio, vel singularū hominū ad beatam vitam contendentiū, vel cœtuum formam in commune vinendū querentium, praeceptu constet exemplisq; ut nos i Fugere vir magnifice, sentire video in hoc sapientes, neutrū abūde mea lux peti, quām ē sacris literis: quas tanto statim sequimur, quanto certiora sunt divina oracula humanis opinionibus: que dispēdiosis suis ambae quād nihil aliud ostendunt, quām frustra id contatos supnos quidē viros, sed humana sapiētia præditos, quod nō nisi à divinis et numinibus favore adūtū prestatur: sine quo nec via salutis ini- ri, nec vīda eius modis aliojs monstrari potest. Et quāvis vtraq; iam dicta ritio sit absolutior, se coiungantur: sicut ex ipsis liquet sacris literis, ubi tam legis primū bene cōditis hominū pecto- ribus à rerū opifice inferta, mox exolescēte pa- latim eius memoria per eundē praconio Mosis in sōniuē vitā renocare, summaria capita, quām bonumura

hominum deo caritatis, vel priuatoris vel ducum  
 atque regum, gesta produntur: habent tamen ha-  
 separatam etiam tractationem. Nam ante exortans  
 Seruatoris legem homines quidam ingeniosi qui se  
 philosophos nominauerunt, veritatem eum per te-  
 nebras palpare aggressi, praecepta vita forman-  
 da conati sunt tradere unde cum dogmatibus ad  
 felicitatem sestandim pertinentibus: alijs res re-  
 gum ac populorum mandauerunt literis, unde ma-  
 gnam colligere liceat exemplorum copiam. Illorū  
 lectio habita est prae ceteris utilis, & re vera  
 fuisset, si veritatē captatam potuissent assequi:  
 nos in hoc feliores, quibus sacra litera affatim  
 representant quod illis obtingere non potuit, le-  
 cito non modo utilis, sed & necessaria. Proxima  
 utilitas est in historijs, peculiari quadam volu-  
 ptate ad sui cognitionem invitantibus, ut ab his  
 legendis pauci modo sint literati, abstineat, cum  
 illa magis seria quibusdam aut non vacet evolue-  
 re aut non libeat. Sed delectus opus est in tanta  
 historicorum varietate, si nolis operam & bonas  
 horas perdere, sive enim qui nihil aliud quam  
 ludunt, & aures animosq; otiosos demulcent in  
 hoc tantū factis narratiunculis, quales sunt He-  
 rodotus, Philostratus, & his antiquiores, sed ni-  
 bilo grauiores Herodotus & Ctesias ob nimiam  
 mendaciorū licentia dadiū oblitteratus, in quibus  
 vix quicquam probes prater facūdiam Docim-  
 res sunt alijs, ut imbuti philosophia, sed magno



discrimine. nam qui Epicureorum, aut Peripateticorum non multo saniorum duntaxat quod ad pietatis dogmata attinet sectam secuti sunt, prouis affectibus multa prodūt tam inutilia, ut ne noxa quidem careant. quid enim bona rei potest expectari à tollentibus immortalitatem animorum, & diuinam providentiam? & hi ferè propagant sibi celebranda quedam vasta verius quam magna ingenia, Xerxes, Alexandros, Cæsares. Plus bona frugis haurire licet ex accedensibus propius ad Academicos Stoicosve, qui res laudatorum principum aut populi Romani, praesertim illius prisci, transmisérunt ad posteros. huius generis sunt, Plutarchus, Dionysius, Xenophon, Polybius, & Latini aliquot qui fideli gemitatem seu peculiare vindicant. Sed longe utilissima, nec iniucunda est sacra historia, olim propter excellentiam & claritatem, sed maxime propter certissimam sincerissimamq; veritatem, etiam profanis expedita regibus, patrum priscorum mores, vitas, resq; tam domi quam fori gestas continent: quiq; eius compendium scripsit, & ubi illa desit reliquam usque ad suam etatem attexuit; Iosephus vir patriarcharum literarum cognitione nemini sua genitio secundus, externa vero literatura studijs vel cum Philone confrendus, facundia polbens qua plus virium quam fucorum habeat, nec minus philosophum quam historicum deceat: quem non est opus predicare prolixius,

prolixius, quando ipse satis ostendit qualis fuerit, modestissime vitam suam scribens, quae nunc primum in presenti operum eius editione legi potest à Latinis hominibus. huic scriptoris monumenta cum circumferantur, & passim ab omnibus suo merito terantur, Rufino ut titulus pollicetur interprete, mihi nūquam persuaderi potuit antiquitates Iudaicas ab eo viro versas: vel quod non referant pertinere vtriusq; lingue hominem, qualis Rufinus fuit habitus suo seculo: vel quod stilo belli Iudei sint dissimiles. Id Antiquitatum opus non ita crudum ex officina Frobeniana prodit, conflatum ex duobus exemplaribus mutilis, è diuersissimis petitis orbis tractibilo: dono tamē quodā casu euenit ut verunq; egregie suppleuerit lacunas alterius, ac mox nō defuerunt qui Latitam versionem nouam requiri: effeceruntq; amici ut suscepta prouincia tirocinium vertendi in eo scriptore poneret, figura (iuxta proverbiū) in dolio. Inter vertendū deprehendi non solum depravata multa in Latinis, sed etiam quibusdam locis deesse versus non paucos. nam x v i. Antiquitatum libro, cap. iuxta vulgatas editiones septimo, iuxta Graecorū distinctionem quam nos sequimur x i. desiderabatur integra pagina, & in calce eiusdem libri non multo minus: id quod vel librariorum, vel interpretis etiam culpa accidit, sed nō in his causum paginis. Itaque omnia metiore fide co-

## E P I S T O L A

natus sum reddere, stilo planiore, nec rudiore tam  
men opinor. Ansus igitur rem subituram censuras  
varias, capi circunspicere de aliquo, cuius pra-  
indicio tutus possem minus de ceteris criticis  
esse sollicitus. In eo delectu succurrebat mihi  
ante alios 10. Iacobus Fuggerus, nimirum ea fa-  
milia natus, in quam singulari caelestia numinis  
favore virtus & fortuna tantum ornamenti  
certatim contularunt, ut per universam Euro-  
pam atq; etiam longe extra eius limites, tam sit  
celebris, tam apud summos monarchas gratiosa,  
ut nihil sit quod hac parte vel principibus virtus  
innideat: & quod peculiariter ad meum deside-  
rium attinebat, habeat in suo stemmate viros li-  
teratos literatorumq; patronos eximios, & vel  
hoc merito omni posteritatis memoria dignissi-  
mos, nuper Raimundum, nunc Antonium eius  
fratrem familiaq; columen, & insignem Des.  
Erasini patroni quondam nostri amicum: te vero  
tertium (ne alios mihi minus notos commemo-  
rem) adeo expolitum & candidum acriq; indi-  
cio hominem, ut tua censura non minus probari  
cupiam, quam excellentissimorum in utraq; li-  
teratura professorum nostri huius haud inerudi-  
ti seculi. Et pulchre conuenire videbatur ut scri-  
ptor qui in omnibus praeferim Christianorum  
regionibus etiam vulgo teritur, preferret in fronte  
cuius luctuare nomen viri apud omnes eas gen-  
tes non solum notissimi, verum etiam laudatissi-  
mi.

mē. Deterrebat hoc nūm quod ignotus esset  
 tanto Mæcenati: sed contra cogitabam multos simili-  
 bus occasionibus invitasse feliciter. itaq; sic  
 iurantem ut tamen propensior esset ad deme-  
 rendam tuam gratiam, impulit non inuitum no-  
 ster vetus amicus & liberorum tuorum ad imi-  
 tandam paternam excellentiam incensor adi-  
 torij; Ludovicus Catinus, vir magnatibus merito  
 carus, integer, pius, eruditus, cordatus: qui ta-  
 libus coloribus te mihi depinxit, verissimus qui-  
 dem illis ut est ipse sucerus, quales in hanc tabu-  
 lan conferre, nec sine modestia tua vexatione  
 possem, nec sine adulatio[n]is suspicione. Accipies  
 igitur vir præclarissime opus hoc per otium inspe-  
 ciendum: quod si tibi tale videbitur ut ferri pos-  
 sit à lectore non fastidioso, erit mihi incitamen-  
 tum ad aggrediendos etiam autores alios: acci-  
 pies & Gelenium tuum in clientelam, quam ne-  
 mo non expedit, ipse vellementer opto ut ea di-  
 gressim. Deus te perpetuè seruat patronē (iam  
 enim hanc salutandi formulā mihi tua pace per-  
 mitto) obseruandissime, vna cum liberorum sua-  
 nissima cohorte totaq; familia, cui me commen-  
 datum cupio, si non de officiolo, saltem de  
 studio addictissimo. Basileæ calendis  
 augustinis, anno à nativitate  
 Christi seruatoris hu-  
 mani generis.

M. D. X L V I I .

3  
TESTIMONIVM. D.

Hieronymi de Iosepho.

Iosephus Mathathiae filius, ex Hierosolymis sacerdos, à Vespasiano captus, cum Tito filio eius relatus est. Hic Romam veniens, septem libros Iudaicae captiuitatis imperatoribus patriisq; obtulit, qui ex bibliotheca publica tradidit. Et ob ingenij gloriam statuam quoq; menuit Roma. Scripsit autem alios viginti Antiquitatum libros, ab exordio mundi, usq; ad decimumquartum annum Domitiani Caesaris, et duos ἀρχαῖς τε aduersum Apionem grammaticum Alexandrinum: qui sub Caligula legatus missus ex parte gentilium, contra Philonem etiam librum vituperationem gentis Iudaicae continentem scripserat. Alius quoque liber eius, qui inscribitur πορί αὐτονόμως λογιοῦς, valde elegans habetur, in quo ex Machabaeorum sunt digesta martyria. Hinc in decimoctavo Antiquitatum libro manifestissime confitetur, propter magnitudinem signorum Christiū à Pharisais imperfectum, et Ioannem Baptistam genere prophetam fuisse, et propter imperfectiōē Iacobi Apostoli dirutam Hierosolymam. Scripsit autem de Domino in hunc modam: Eodem tempore fuit Iesus vir sapiens, sed tamē virum euro oportet dicere. Erat enim mirabilium patrator operum, et doctor eorum qui libenter vera suscipiunt: plurimos quoque tam de Iudeis quam

Quādā de gentib⁹ suis habuit sectatores, & credebatur esse Christus. Cumq; inuidia nostrorum principum cruci eum Pilatus addixisset, nihilominus qui eum dilexerat perseverauerūt. Apparuit enim eis tertia die viuus, multa & hac & alia mirabilia, carminibus prophetarū de eo ratiocinantibus: & vsq; hodie Christianorum gens, ab hoc sortita vocabulum, non defecit.

A V T O R E S Q V O R V M  
potissimū testimonio partim comprobato; partim confutato  
Iosephus historiæ suæ  
fidem facit.

\*

Acusilaus Argivus	Charillus poëta
Agatharchides Gnidius	Conon hist.
Alexander Polyhistor	Demetrius Phalerens
Andreas	Dius hist.
Apion grammaticus	Ephorus
Apollonius Molæ	Etimus
Apollodorus	Euhemerus
Ariphanes	Eupolemus
Aristanes	Hecataeus Abderita
Aristoteles	Hellenicus
Berothus Chaldæus	Hermippus
Cadmus Milesius	Hermogenes
Castor Chronographus	Herodotus
Charemon	Hesiodus

Hieronymus Aegyptius	Polybius Megalopolita
Homerus	Polycrates
Isidorus	Posidonius
T.L. Iuine	Pythagoras
Lysimachus	Strabo
Manethon	Thales
Menander Ephesius	Theodotus
Mnaseas Damascenus	Theophilus
Mochlus	Theopompus
Nicolaus Damascenus	Theophrastus
Pherecydes Syrus	Thucydides
Philon senior	Timaeus
Philostratus	Zopyrion

C A N D I D O   L E C T O-  
R I S.

CV M. nona hac Iosephi Antiquitatum Latina conuersio, que iuxta Gr̄ecum exemplar est disjecta, antique translationi capituli distinctione non consonaret, risum nobis est, retulam divisionem in studiosorum gratiam margini annotare, quo loci inde à scriptoribus ante hanc nostram editionem citati, faciliter inueniri possint: quod quidē more nostro fecimus, quo quicquid literis deditorum usū indicamus conduibile, usq; in medium proferre studemus. Vale bene, & industriam vestram favore multo amplectere.

FLAVII IOSEPHI ANTIQUITATVM IVDAICARVM LIBER I.

Sigismundo Gelenio interprete.

PROLOGVM.



V I ad scribendas historias se conferunt, non unam neq; eadem sui propositi causam habere mihi videntur, sed plures, easq; multū inter se differētes.

Quidam enim ostentanda eloquentia causa, gloriaq; ex ea captande, ad hoc studiorum genus se applicant: aliū quo gratiam illis referrent, quorum res gestas scribendas sibi sumpererunt, nulli labori quantum in se fuit, pepercérunt. Sunt quos res ipsa compulit, ut quibus gerendū interfuerant, ea scripto complexa in vulgum proderent. Nec defuerunt, qui res insignes cognituq; dignas in obscuro lacere non ferret, atq; ideo narrationem earam in communem utilitatem proferret. Ex iam dictū causis postremae dua me quoq; ad idē permanuerunt. Bellum enim quod cum Romanis habuimus, ex res verinq; gestas, ac demum eventum, que omnia praefens ipse meo periculo didici,

dediti, narrare coactus sum, propter quosdam qui scriptis suis veritatem depravauerunt. Praesens vero opus aggressus sum, ratus Gracis omnibus cognitu non iniucundū fore. Complectitur enim universam nostrā gentis antiquitatē, formamq; reipublicæ, ex Hebraicis literis translatam. Cogitaueram euidem ēx ante, iam tum cum historiam de bello scriberem, docere, unde primū oriūdi Iudai, quām varia fortuna vſi, sub quali legislatore ad pietatem ceterasq; virtutes instituti, quibus bellis per tot secula gestis, inviti ad postremum contra Romanos bellum sunt perpetrati: sed quoniam prolixius erat hoc argumentum, scorsim illud propriè dicato opere excusus vſq; ad finem suum perduxi. Procedente deinceps tempore, sicut vſu venit his qui res arduas aggrediuntur, cunctatio quadam ac sequicies militi incessit, tantam materiam in alienam ac peregrinam linguam traducturo: sed fuerunt qui cupiditate cognoscēdi ad opus me adhortabantur.

¶ præ cunctis Epaphroditus, vir cùm omnis generis disciplinarum, tum vero rerum gestarum peritia cum primis audiebat, ut qui ipse in maximi negotijs & varijs fortuna casibus perforatus, in omnibus eximiā naturae indolem praefulisset, inconcussumq; virtutis studium perpetuo retinuissebat. Hunc igitur morem gerens, assiduo cunctorum vtile aliquid ac honestum molientium fautor, cùm me mei iam suppuderet, si videret

derer ignauiam speciosissimo labori anteponere,  
vires animur. q; resumpsi : simul hac quoq; re-  
putatione non leuiter permisus, quod cō maio-  
res olim nostri exteris sua benigne communi-  
cauerunt, & Grecorum nonnulli vehementi res  
nostras cognoscendi studio flagrauerunt. Itaq;  
innenio literis proditum, quod Ptolemaeus secun-  
dus eius nominis rex, totus disciplinis, colligen-  
diq; libris deditus, magnopere cotenderit legem  
nostram, eiusq; instituta, & vivendi formam  
præscriptam, in Gracum eloquium transferri.  
Eleazarus autem pontificum nostrorum nemini  
secundus, regi hanc utilitatem non inuidit, recla-  
maturus omnino, nisi consuetudinem haberemus  
à maioribus acceptā, res bonas & honestas ca-  
lare neminem. ~~T~~roisi de mīhi quoq; conuenire du-  
xi, ut & pontificis nostri imitarer magnanimi-  
tatem: & hodie quoq; regis illius multos persim-  
iles putarem, duntaxat quod ad discendi cupidi-  
tatem attinet: neq; enim totam scripturam occi-  
pauit ille, sed legem solam ei tradidierunt inter-  
pretes, qui ob hoc Alexandriam missi fuerant.  
Sunt autem immensa sacris literis prodita, ut  
qua quinque millia annorum historiam in se  
completantur, in qua diuersi sunt inopinati ca-  
sus, varia belli fortuna, multa imperatorū pra-  
clara facinora, multæ rerū publicarū mutatio-  
nes. In uniuersum autē ex huīis potissimum hi-  
storia lectione cognoscere licet, quædūs qui Dei  
voluntatē

voluntati obsequuntur, & leges bene latas trans-  
 gredi verantur, omnia prosperè succedunt supra  
 quam credi posit, & felicitas illis primum à  
 Deo proponitur. Quod si ab illarū diligenti ob-  
 servatione discedant, neq; consil. a eortū exitū in-  
 venient, & boni ipsorū opinione conatus in ca-  
 lamitates immedicabiles destinunt. Quapropter  
 iam nunc lecturos hac volumina adhortor, vt  
 Deo mentem adhibeant, & legislatore nostrum  
 probent, si naturā, vt dignū est, considerauit,  
 virtuti eius cōuenientēs semper operationes assi-  
 gnauit, puramq; suā narrationē ab omni, qualis  
 apud alios est, fabularum vītūtate conservauit:  
 tamē si quantum ad longitudinem temporis, re-  
 rūmq; vītūtate attinet, impunē poterat quilibet  
 mēdacia configere. Natus enim est ante an-  
 nos bis mille, cūm ad tot retro secula etiā poēta  
 ne deorum quidē suorū natales, nedum mortaliū  
 leges aut res gestas referre ausi fuerint. Sed hæc  
 omnia procedens oratio accuratx suo queq; or-  
 dine docebit, ita vt nos facturos sumus pollicēti,  
 neq; subtrahendo quicquā, nec addēdo. Ceterū  
 quoniam fermè omnia pendent à Moses legisla-  
 toris sapientia, necesse habeo paucis de illo pre-  
 fari, ne quē forte cogitatio subeat quā factū sit,  
 vt cum operis inscriptio res gestas pollicetur;  
 tam multa ad naturā cognitionem spectantia  
 scriptis nostris inferuerimus. Scire igitur oportet,  
 quod vir ille ante omnia necessarium existima-  
 mit,

vit, vel vitam suam recte disposituro, vel alijs  
leges posituro, ut in primis natura Dei cognitio-  
nem habeat, atq; ita consideratis eius operibus,  
egregiū ilud exemplar imitari, quantū in suis  
virtibus est, ex sociari conetur. Alioquin absque  
hac contemplatione neq; legislatorem ipsum un-  
quam bonam mentem sibi paraturū, noq; scripta  
eius ullum momentū ad virtutē autorū allat-  
tura, nisi ante omenia discerent, quod Deus cum  
sit pater omnium ac dominus, omniisque con-  
treatur, eis quidem qui se factantur, felicem vi-  
tam donabat qui autem à virtutis tramite digre-  
dientur, illos maximis calamitatibus involuit.  
Hanc doctrinam cines suos docere volens, non à  
pacib; aut conuentis, ex mutuo circa hac iure le-  
ges est auspiciatus, quemadmodum alijs solent: sed  
ad Deum & mundum ab eo conditum erectos  
mente, ex persuasos quod in terris pulcherrimū  
Dei opus simus homines cùm iam ad pietatem  
haberet obsequentes, facile deinceps de reliquo  
omnibus edocimis. Itaque alijs legislatores prisca  
fabulas sequunt, pudēda hominū peccata in Deos  
~~fuereris~~ transulerunt, atq; hoc pacto hominē-  
bus malis magnum incitamentum ad malitiam  
addiderunt. At nōster legislator posteaquam  
param putam virtutem habere Deum docuisse,  
confitit pro se quenq; admissi oportero, ut in par-  
tem eius aliquam peruenire possit: in eosq; qui  
neq; sapient hanc, neq; credunt, senere admodum  
animad

animaduertit. Ad hoc igitur prescriptum volo  
lectore hęc nostra examinare: namq; sic cōside-  
rantibus nihil vel absurdū, vel Dei magnificen-  
tia indignū esse videbitur: omnia enim summa  
concinnitate iuxta uniuersi naturam sunt dispo-  
sita partim ita ut dignū erat à legislatore sub-  
indicata, partim decetissimis allegorys conveсти-  
ta: partim etiam diserte expressa, nimurū que-  
cunq; absq; ambagibus erant proferenda: quorū  
causas si quis singillatim considerare vellet, sub-  
limis inde & valde philosophica speculatio exo-  
riretur, in aliud tempus differēda. Quod si Deus  
longiorem etatē concesserit, absolutis quæ nunc  
tractamus, ut illa quoq; prescribantur operam  
dabimus: Nunc ad rerum scriem vertemus styl-  
um, praemissis quæ Moyses narrat de mūdo con-  
ditio: ea è sacris codicibus ita ut inuenimus trā-  
sumpta, in hunc fermè modum se habent.

Mundi creatio, & elementorum dispo-  
sitione.

C A P . I.

**I**N principio creauit Deus celum & terram. Hec cum in conspectu non veniret, alta caligine tecta, spiritusq; eam supernè permeans, lucem Deus fieri iussit: quæ cum effulsisset, considerata tota materia, discreuit luce à tenebris & his nomē imposuit. Noctem, illam vero Diem appellauit, Vespera & Mane vocabulo exordiis lucis & quietis indito. Atque hęc quidem prima dies extitit, Moses autē r̄nam eam dixit.

Cuius

Cuius causam possem equideis & nunc reddere  
sed quoniam promisi me omnium causas proprio  
volumine conscriptas editurum, in illud tempus  
hanc quoq; ratione differam. Post hac secunda  
die celū vniuersitati rerum superimposuit, di-  
scretum à ceteris, & in sublimi per se collocatū,  
glacieq; circumpactū, & humida ac pluvia na-  
tura ob terram irroratione iuandam cōpetenter  
tēperatum. Tertia verò terrā statuit mari unde  
quaq; circumfusam: eademq; die continuo plantae  
simil & semina è terra sunt exorta. Quarta ve-  
rò celum sole ac luna alijsq; sideribus exornauit:  
mandato eis dato, ut suo motu ex meatu tempo-  
rum anni revolutionem manifestè indicarent.  
Quinta verò die animantia, tum natilia, tum  
per sublime volantia, per alcum perq; aërem di-  
misit, copulata prius & ad congressus genitura  
causa cōparata, quo genses eoru cresceret simil  
ac multiplicaretur. Sexta autē die quadrupedis  
genus condidit, masculo & femineo sexu dis-  
tinctū: in hac verò hominē etiā finxit. atq; ita  
mundum sex diebus vniuersum, & omnia que  
mundo continentur, Moyses facta esse dicit: septi-  
ma autem requiesce Deum, & ab operibus ces-  
sauisse. quamobrem etiā nos vacationem à labo-  
ribus per hanc diem celebramus, appellantes  
eam Sabbatum: que vox requiem Hebraorū lin-  
gua significat. Quin etiam naturam inter I I.  
pretari post septimam dicim Moyses incipit, de Gen. 2.

hominis fabricatione in hunc modum differens.  
 Finxit Deus hominem humo telluris sumpta, immisitq; in eum spiritum & animā: homo autem hic vocatus est Adamus: significat autem hoc Hebraorum lingua rufum quandoquidem ē rufa humo fermentata est factus: talis enim est intacta terra & vera. Statuit autē Deus coram Adamo diuersa animalium genera tam masculina quam feminina ei ostendens: qui eis nomina indidit, quibus hodie quoq; nominantur. Videns autem Adamum carentem societate & coniuctu femina (nondum enim erat) mirantemq; quod reliqua animates ita se haberet: sponso illis costa rva exempta, mulierem ex ea formauit: moxq; ut est adducta, ex se productam Adamus agnouit. Issa autem Hebraorū lingua vocatur mulier: huius autē nomen erat Eua, id significat matrē omnium viventium. Narrat præterea Deus hortū ad orientē plantasse omni virenti planta: & in hunc fuisse arbore vite, & alsā scientię, per quā digneſceretur bonū à malo. In hunc hortū cū introducisset Deus Adamū cū uxore, iussit eos plantarum curā habere. Rigatur autem hic hortus ab uno amne, vniuersam in circuitu terrā lustrante, qui in quatuor diuersos alueos dividitur. Horum qui Phison nominatur (ea vox multitudinem significat) ad terram Indiam delatus, in illud se pelagus exonerat, Græcis Ganges appellatus. Euphrates autem & Tigris in rubrum mare exuenit

exerant: quorum Euphrates vocatur Phora, id si-  
 gnificat vel dispersionem vel florem. Tigris autem  
 Dighath, quod interpretatur angustus simul &  
 velox. Geon autem Aegyptum medium secat: id  
 nobis ab oriente exortum signat, quem Graeci Ni-  
 lum appellare solent. Porro Deus Adamum et I I I.  
 uxorem de ceteris plantis gustare iussit, una ar Gen. 3  
 bore scientiae solum illis interdixit, præmonitis si  
 attigerint, confessim exitium eis affulurum. Cū  
 autem per id tempus nullum esset inter anima-  
 lia dissidium, & serpens familiariter cum Ada-  
 mo ac uxore degeret, inuidebat eis felicitatem  
 venturam, si iussis Dei parere perseverarent: &  
 ratus in calamitatem casuros, si mandata negle-  
 xiissent, malitiose persuadet mulieri ut de arbore  
 scientiae gustaret, assuerans inesse ei vim digno-  
 scendi boni ac mali, de qua si gustassent, beatam  
 nihil oq; deteriorem quam Deum vitam alturos. At-  
 que hoc pacto mulierem subuerit, ut mandatum  
 Domini conteneret: que gustato arboris fructu,  
 ciboq; hoc delectata, etiam Adamo usum eius per-  
 suasit. Iamq; se nudos esse sentiebant, & de teg-  
 mento sibi dispiciebant: arbori enim acuminis et  
 cogitandi vis inerat. Folij igitur ficulnæis sese  
 texerunt, atque ita conuelatis pudendis, vide-  
 bantur sibi feliores, qui innenissent quo prime  
 carebant. Mox cum Deus in hortum venisset,  
 Adamus antea familiariter cum Deo collo-  
 qui solitus, conscius sibi iniustitia secedebat.

Deus autem miratus causam scitabatur, quid ita prius delectatus sua consuetudine, nunc fugitaret ac latitaret. Illo vero tacente pia conscientia non seruati praecepti, Deus ita insit: Evidem prospiceram vobis, quomodo vitam felicem omnique mali experte viueretis, nulla noua cura in anima solicitatis, omnibus quecumque ad usum ac voluptatem conferunt, sua sponte vobis prouenientibus, mea vnius prouidetia citra omnem vestrum labore aut sollicitudinem: quibus fruentes vos neque senectus celeriter oppimeret, et vita diurna quam longissime preferretur. Tu vero hanc meam sententiam ludibrio habuisti, mandato meo contempto: non enim propter bonum aliquod taces, sed propter malam conscientiam: quare et senectus ocyos superueniat, et vita vestra minus sit diurna. Adam autem excusabat peccatum, et ira Dei deprecabatur, culpat in uxore referens, et dicens, ab illa deceptio se peccassisse: at illa serpentem accusabat. Tum Deus mulctauit eum; quod muliebri consilia cessisset et terramque nullos post-hac fructus sponte proferre iussit: laborantibus autem et opere attritis alia dare, alia negare. Ence autem parturitionibus et hoc genus doloribus castigauit, eo quod ipsa a serpente decepta Adamum eidem dolu illeclum in calamitates coniecessit. Quin et serpenti vocem ademit, iratus ob malitiam qua erga Adamum est usus: venenique lingua eius indidit, et hostem eorum declarata.

uit: admonuitq; caput eius plagi impetendū esse, tum quod in hoc pernicies hominis sita sit, tum quod ipsa bestia hoc pacto facilime opprimatur. ad huc pedibus priuatum trahi per terram, ac roli fecit. His paenit impositis Deus Adamum & Esam ex horto in aliam regionem translulit.

De posteritate Adami, & decem ætatibus usque diluvium. CAP. II.

**N**ati sunt autem eis & filij mares duo: ho. IIII. num prior appellatus est Cain quod inter. Gen. 4 pretatur acquisitione: Abel autem secundus, ea vox luctum significat. Natae sunt eis etiā filiae. Hi fratres suis quisq; studijs intenti erant. Abel iustitiam colebat, & omnibus actionibus suis Deum praesente ratus, virtuti operam dabant. Pastoralis autem eius erat vita. Cain verò quem alioquin etiam pessimus esset, lucrumq; solum spectaret, terram quoq; arare primus excogitauit: ac postrem fratrem etiam interemit tali de causa. Quum visum eis esset sacrificare Deo, Cain agri & arborum fructus obtulit, Abellac & primo genita pecorum. Huius sacrificij Deo fuit acceptus, quod spōte naturae genitus constaret, quam ea qua homo anarus et industrius per vim quādam à natura extorserat. Ideo Cain agerē ferens pralatum sibi à Deo Abelem, interfecit fratrem, & cadavere eius abdito, rem clam fore pavbat. Quo cognito Deus venit ad Cain, rogans de fratre, rbi nam esset: multis enim diebus se

non vidisse eum, quem reliquo omni tempore  
cū ipso versari animaduertisset. Tum Cain an-  
xius, nec habens quod responderet Deo, primū se  
quoq; demirari ait, qui factum sit, quod frater  
nusquam cōpareat. Iustāte vero Deo, & accura-  
tius inquirete iam cōmotior negauit se pädago-  
gum fratri, aut rerū eius obseruatorē esse. Tum  
Deus coarguit Cain paricidij, mirari se dicens,  
quod negaret se quicquam de fratre scire, quē ipse  
interemisset: & supplicium quidē quod cæde con-  
meruerat ei remittit, sacrificio placatus ne gra-  
mīus in supplicē semiret: sed male ominatus ei et  
posterus ipsius, usq; septimā progeniē puniturū  
se est cōminatus: & ex illa regione extorre vna  
cū uxore fecit. Illo autē timete, ne oberrās in fe-  
ras incideret, atq; ita periret, securum esse iussis  
quod ad hoc periculū attinet, & impavidē ter-  
ras peragrare et signō ei indito quo nosci posset,  
abire præcul ius sit. Cain autem multas regiones  
vna cū uxore emēsus tādē Nāda cōdidit: id lo-  
ci nomē est: atq; illic sedē optauit, ubi etiā libe-  
ros proereauit. Ceterū tātū abfuit ut hac capi-  
gatione in melius vitā mutauerit, ut peior etiā  
sit factus suis voluptatibus vel cū aliorū intu-  
via indulges: & facultates domesticas per vim  
ac rapinas accumulans, accitis vnde cunq; la-  
trociniorum & nequitia socijs: magister illis ad  
facinorosam vitā est effectus. Adhac simplicem  
hactenus rationē, cxcogitatū mēsurū &  
pouderi

ponderibus immutauit, pristinamq; sinceritatem  
 & generositatem ignaram talium artium in no-  
 nam quandam versutiam depravauit. Primus  
agrorum terminos fixit, urbemq; extructam &  
 communitat̄ coactus in mū domesticis & clien-  
 tibus inhabitādam tradidit, Enosa nomine im-  
 posito ab Enoso liberorum natu maximo. Is La-  
 redum genuit, ex quo Maledebel, & ex eo dein-  
 ceps Mathusala est progenitus. Hunc Lamechus  
 fuit filius, qui liberos habuit septuaginta & se-  
 ptem, ex duabus suscep̄tos uxoribus, Sella &  
 Ada. Ex his lobel ex Ada natus, tabernacu-  
 lis constrūtū pastoralē cultū ac ritu fuit con-  
 tentus. In balverò germanus eius musica operam  
 dedit, psalteriumq; & citharam inuenit. Thobel  
 autem wana ex altera uxore prognatorū viribus  
 excellens rem militarem egregie tractavit, cuius  
 artibus & opes ampliores, & rictum laudiorena  
 sibi cōparauit. quin & eratam primus est con-  
 mentus, & filia factus est pater minas, nomine  
 Naame. Porro Lamechus dinni iuris non im-  
 peritus, videns penas se exoluturum paricidij &  
 Caino perpetrati, uxoribus suis hoc indicauit.  
 Caterū superstite etiam tum Adamo Caino  
 soboles sceleratissima evagis, dū posterior quisq;  
 fit deterior, nec solum imitatur priorum ritu,  
 sed & superat, interim nec à bellis, nec à latro-  
 ciis cōperando: & qui à cædibus abstinebant,  
 alioquin anare & superbè inter suos vinebant.

Adamus autem qui primus è terra factus , vt ad illum oratio nostra recurrat , posteaquam Abel esset mortuus , & Cain propter cedem solum vertisset , procreandis liberis operam dedit , quod magno prolixi desiderio teneretur , annos iam natu triginta supra ducentos : quibus cum accessissent septingenti , tadem vita defunctus est . Ex huius liberis quos complures habuit , fuit etiam Sethus : sed quia de alijs longum esset narrare , de solo Setho mentionem faciam . Hic à patre educatus , ubi ad seatus venit , vt iam quod rectum est discernere valeret , vir tutis studijs se totum dedidit : & cum ipse vir optimus enasisset , etiam nepotes sui similes post se reliqui : qui quoniam erant omnes bona indole prædicti , & patriam absque seditione incolebant , in perpetua felicitate vitam exegerunt : & sideralem scientiam ac celestium rerum cognitionem excogitauerunt . Ne autem inuenta sua ex hominum notitia dilaberentur , & prius perirent quam pernoscerentur , scientes Adamum uniuersalem rerum interitum preccessisse , unum incendio , diluvio alterum , excitatis duabus columnis viris sua inuenta inscriperunt : vt si lateritiam diluvio deleri contingaret , lapidea superstes hominibus discendi copiam ficeret , & qua inscripta continebat : spectacula exhiberet . Aiuunt enim lapidea illam ab ipsis dedicatam , qua ex nostris temporibus extat in terra Syria .

De diluvio, & quomodo Noë in arca cum familia seruatus habitarit in campo Senaar. CA. III.

**I**n hunc modum per septem generationes per seuerauerunt, vnum Deum colentes omnium Gen. 6. rerum dominū semperq; virtutis respectum habentes. Procedente dein tempore à patrūs institutis degenerarunt, neq; humana iura seruantes, neq; Deo consuetos honores persoluentes: q̄ qui prius certatim virtutem exercuerant, postea duplo maiore studio malitiam conseletabantur: atq; ita Deum infensum sibi reddiderunt. multi angeli Dei cum mulieribus congreſsi progeniem procreaverunt insolentem, & fiducia roboris omne ius & fas contemnentem: quorū facinora nō absimilia his qua de gigātibus Graci memorant, posteritati sunt tradita. Noë autem facta eorū molestè & indignè ferens, suadebat ut in melius voluntates ac opera sua transmiserent. Verum cùm videret illos sibi non parere, rotosq; vitiorū dulcedini succumbere, veritus ne se & familiā suā interimeret, secedens cum suis in aliam regionē migravit. Tum Deus viri iustitia deleſtans, nō eius solum seculi homines extrema militie damnauit: sed cùm decrenisset uniuersum humanum genus extinguere, aliudq; nouū & à vicis purum instaurare, primum viam eorū breuiore spatio circumscripsit, & abrogata longeuitate intra centum & viginti annos coēcuit, dein continentem terram in pelagi

faciem trāfmutavit, atq; ita genus illud abolevit  
 rūiuersum. Noē autem solus est seruatus, diuinō  
 oraculo rīam evadendi rationē edocitus ta-  
 lem. Arcam quatuor contignationum exstruxit  
 longitudine cubitorū C C C latitudine L paten-  
 tem in altum cubitos X X X. in eam cum matre  
 liberorū suorum, eorumq; coniugibus concēdit:  
 impositis prius que ad vitam sustentandā forēt  
 usi, & omne genus animātibus ad seminarium  
 conservandum iugatim pro sexus ratione intro-  
 dūctū, & quibusdā ex his septenarium usq; nu-  
 merū. Erat autē arca eam recto quām lateribus  
 firmis contra omnē vim tempestatum, & unda-  
 rum insultū. In hūc modū seruatus est Noē cum  
 familia, gentis successione ab Adamo decimus.  
 nam Lamecho est genitus, cui pater fuit Ma-  
 thusala: hic autem Enoch fuit filij Iaredi, Ma-  
 labelo geniti qui cū pluribus fratribus ex Ca-  
 nane prognatus fuerat Enos filio. Enos vero  
 Sethi filius erat, Adami nepos. Contigit autem  
 hec vaſitas anno etatis Noē sexcētesimo, mēſo  
 secundo, qui Dīus à Macedonibus vocatur, ab  
 Hebreis Marſenare: sic enim Aegyptiū distin-  
 gerunt annum. Moses autē Nisan qui est Xan-  
 thicus, mensēm primum in suis fastis ordinavit,  
 quod per hunc Hebreos ex Aegypto eduxisset:  
 quendē etiam omniū que ad rem diuinā pertine-  
 rent, exordiū fecit: alioqui quod ad nūdinationes  
 rerum venalium reliquamq; dispensationem anni

attinet nihil de pristino rito innouauit. Vim autem imbrum capisse ait vigesima septima iam dicti mensis, post annum ab Adamo primo homine bis millesimum sexcentesimum quinquagesimum sextum. hoc spatium temporis relativum est in sacros codices, diligenter annotantibus prisca illustrum virorum tam natales quam obitus. Adamus qui nongetos et triginta vixit annos, cum esset triginta et ducentorum annorum, Sethius filius natus est. Sethius autem ducetimo et quinto anno genuit Enosum: qui dum quinq; et non getis vixisset annis Cainano filio suo rerum curam tradidit, quem generat anno centesimo nonagesimo: hic vixit annis decem et nongentis. Cainanus cum vixisset decem et nongentis annis, Malalehem filium dereliquit, quem genuit anno etatis centesimo septagesimo.iste Malalehel cum vixisset quinq; ac nonaginta et octingetus annis, defunctus est, Jaredum filium derelinques, quem genuit quum sexaginta duorum et centum esset annorum: cui nouem et sexaginta et nongentis annis viveti, Enochius filius successit, natus cum sexaginta duorum et centum annorum pater eius existimat: qui exactu trecetis sexaginta quinq; annis, discessit ad Deum, unde finis eius non inuenitur esse certus. Matutala autem Enochii filius, quinto eius et centesimo natus anno, Lamechum filium habuit quum esset annorum octoginta septem et centum: cui tradidit principatum, quem ipse detinuerat annis, nongetos

nongentis sexaginta & nouē. Lamechus autem cūm habuisset principatū annis septingentis & septē, Noë filiū suum reū p̄fécit: qui de Lamodha natus est agente annū atatis secundū & octogesimū supra centesimū, quiq; quinquaginta & nongētis annis rerū administrationi p̄fuit. Hi anni in vñā summatō cōtracli suprascriptum tēpus cōficiunt. Non sunt autē disquirendi obitus virorū illorū: cum liberis enim suis agebat vitā, eamq; v̄sq; ad ipsorū nepotes extendebat: sed natales tantum eorū in hac ratione sunt spe

**Gen. 7.8.** Et ädi. Ceterū Deus signo dato imbræ emisit: qui cūm nonaginta cōtinuis diebus rueret, ad quindecim cubitos aqua super terrā extitit: qua causa omnē salutē aderit, nō habentibus quō se in tutū reciperet. Centesima autē & quinquagesima die postquā pluere desijt, tandem cœperunt aquæ sidere, mense septimo, vicefimo septimo die mensis. Destituta deinde arca in vertice montis cuiusdā in Armenia, sentiens hoc Noë, aperuit eam: & vidēs circa ipsam aliquātulum terræ, meliore spe cōcepta paulisper quietuit. Mox post paucos dies magis recedēse aqua, emisit coruum tūpens cognoscere si qua alia parte terrarum aqua decessissent, ut tutò exscendere posset. At ille cōperto totū adhuc stagnare, ad Noë est reversus: is post septē dies columbā ad explorandū terra statū emisit: que cūm lntata & frondem olivæ ferens redisset, intellecto terram à diluvio iam

iam esse liberatam , postquam alios septem dies  
 expectasset , animas ex arca emisit : & ipse  
 quoq; cum liberis egressus , mactatis Deo victi-  
mis , epulabatur vna cum familia . Apobate-  
 rion , id est egressorium , loco nomine Armeni fece-  
 runt . Huius autem diluvij & arca meminerunt  
 omnes barbarica historia scriptores , & in his  
 Berossus Chaldeus : narrans enim de hoc diluvio ,  
 sic fermè scribit : Fertur autem & nauigij huius  
 pars in Armenia apud monte Cordyaeorum su-  
 peresse , & quo/dā bitumen inde abrasum secum  
 reportare : quo vice amuleti loci eius homines vto  
 solent . Meminit horum & Hieronymus Aegy-  
 ptius , qui antiquitates Phoenicum scripsit , &  
 Mnaseas , & alijs plures : quin & Nicolaus Da-  
 masenus lib . x c v i . de his rebus narrat in hac  
 verba : Est super regionem Minyarum magnus  
 mons in Armenia , nomine Baris , in quo multos  
 profugos diluvij tempore seruatos feruit , & quen-  
 dam arca rectum in huius vertice hæsisse , ac re-  
 liquias lignorū eius lōgo tempore durauisse . quā  
 fortassis fuit de qua etiam Moses scribit In-  
 daeorum legislator . **Noē** autē veritus ne Dene v i .  
 damnatis ad interitum hominibus , per singulos Gen . 8 .  
 annos terram inundaret , victimis incensis preca-  
 batur ut in posterum pristinus rerū ordo mane-  
 ret , & nulla rāta incideret calamitas , per quam  
 vniuersum animaliū genus in salutis periculum  
 adduceretur : vtq; affectu merito supplicio sce-  
 lestit .

lestis, parceret innocētibus, quos ipse superstites esse voluerit, & sua sentētia absolverit: aliquis miseriore cōditione ipsos fore ex grauius dānatos, si non in vniuersum incolumes alteri diluvio reseruarētur, & prioris paucorē ac spectaculum perpeſi, & posterioris exitio destinati. Orabat igitur, acciperet sacrificiū propitiū, nē ve ullam posthac tantam iram cōtra terram cōciperet: ut operibus suis eam excoleret & urbibus exstrūtis feliciter vitam degeret, nullis commodus carentes quibus ante cataclysmū fruebātur, & ad extremam senectutē longā uitatemq; qualis ma-

VII. iorum suorū fuerat peruenientes. His precibus finitus, Deus iustitia viri delectatus, votis eius annuit, negās se delētis interitus autorem fuisse: sed ipsos sibi suapte malitia debitas penas accūsse. Si enim deletos cuperet, nūquam in hāc vītam eos introduciturū fuisse. Potius enim esse ne dare quidem vitā, quām eos quibus dederis perdere. Sed continuo, inquit cōtumelij quibus pietatem mihi debitam violabāt, coegerūt me vindictam de se sumere. Non sum autē posthac tam cōracundē penas peccatorū exacturus, praesertim te deprecatore. Quād si quando maiores tempestates concitauero, cauete expauescatis ob vim imbrium: nūquam enim in posterū aqua terram

Gen. 9. sunt iniudicatae. Iubeo tamē vt ab humana cāde puras maris abstineatis, & qui contrā fecerit, severē puniatis: aliorum animalium usum ad voluntā

luntatem ac libitum vestrum permitto. Domini-  
nos enim vos feci omnium tam terrestrium quam  
natalium, & eorum qua per sublime ferantur,  
absq; sanguine: nam in hoc inest anima. Arcus  
caelestis signum vobis erit cessatura mea iacula-  
tione: nam iris arcus Dei apud illos habetur.

His mandatis & promissis Deus abiit. Noë V I 3 1.  
autem cum post diluvium superuixisset C C C L.  
annos, totuq; hoc tempus feliciter exegisset, defun-  
ctus est expletis annis in uniuersum D C C C L.  
Nec est cur aliquis praesentem vitam annorumq;  
eius paucitatem cum priscorum rebus cōferendo  
fidem nobis abroget, aut quia nunc eam non per-  
aque prorogari videt, coniecturā hinc de illorū  
longevitate faciat. Illi enim Deo chari quum es-  
sent, ipsiusq; recens etiam tum opificiū, & com-  
modiore vītu ad diuturnitatē vterentur, meritò  
per tam multos annos viuebant. Praterea tum  
propter studium virtutis, tum propter utilitatem  
inuentarum artium, ut Astronomia, ac Geome-  
tria, Deus illis prolixiorē largitus est vitā: qua-  
rum certitudinem assequi non poterant, si minus  
D C. annis vixissent: ex tot enim magnus annus  
constat. Attestantur autē mihi omnes qui Gra-  
cas barbaricasve antiquitates literis produlerint.  
Namq; Manetho Aegyptiarum rerum scri-  
ptor, & Berossus Chaldaicarum, adhac Mochus,  
Hestias, Hieronymus Aegyptius, qui Phœ-  
nicum res prosecuti sunt, nobiscum consonant.

Hesiod

Hesiodus quoq; cum Hecataeo, Hellanicus &  
Acusilaus, Ephorus & Nicolaus, narrat prisca  
illos ad mille annos vitam produxisse. De his igi-  
tur quisq; ut sibi visum fuerit accipiat.

De turri Babylonica, deq; linguarum muta-  
tione. CAP. IIII.

**G**en. IO. **T**Res vero Noë filij, Semas, Iaphetus, &  
Chamas, centū annis ante diluvium nati.  
primi relictis motibus planicie habitare cœpe-  
runt, & alijs recēti etiā tum clavis memoria pa-  
nidis, nec audentibus à celstō loco descendere,  
idem faciēdi autores & exemplū fuere. Campo  
quē primi colere sunt ag gressi, nomē est Senaar.  
Caterūm Deo iubēte ut propagādi multiplican-  
diq; generis gratia colonias deduceret, homines  
rudes non paruerunt: quamobrē calamitatibus  
implicati, offendit illū errore sua sunt experti.  
Cum enim florerent iuuentutis multitudine, Dena-  
rursum de colonia deducēda admonebat. Illi ve-  
rò oblii si ipsi benignitate præsentibus cōmodis  
perfrui, totamq; illam felicitatē suis viribus ac-  
ceptā ferētes, dicto eis nō fuerūt obedientes. Et  
quod peius erat cōsiliū de colonijs nō fauorē nu-  
minis, sed insidias interpretabātur, videlicet quod  
**L** X. facilius dispersi possent opprimi. Hāc superbiā  
Deiq; conceptum excitauit in eis Nabrodes, ne-  
pos Chamae, filij Noë, vir audax & manu prom-  
ptus, subinde iactās, nō Deo, sed propriæ virtuti  
præsentē felicitatē eos debere: atq; ita paulatim  
rem

rem ad tyramidē trahebat, ratus fore ut homines ad se deficerent à Deo, si se illis ducē pabret, opem suam offerens contra nouū aliud diluvium intentantē. Turrini enim se ex adificaturum excisiōrē quām quō aqua ascēdere posset: Gen. viii. Ex insuper maiorū suorum interitum ulturum. Vulgus autem facile Nabrodis plauitis obtemperat, ignauū ratus Deo cedere: atq; ita struetur turris occuperūt nulli labori parcentes, nihilq; sibi ad summam industriam reliquum facientes. Cumq; ingens esset operarum numerus, surgebat opus suprà quām sperauerant. Crastinatio enim erat tāta, ut proceritatē obscuraret. Struebat autē lateribus coelis, ad firmitatē bitumine ferruminatis. Hanc eorū vasaniā videns Deus: delere quidem omnes noluit, quando ne priore quidem clade ad meliorē mentē profecerunt: sed dissidium in eos immisit, linguis eorū varia, ita ut ob diuersitatem sermonis mutatio non intelligeret. Locus verò turris nunc Babylon vocatur, propter confusam linguā, quae prius omnibus ex aquo clara fuerat. Nam Hebrei confusionem nomināt babel. De turri autē hac, deq; linguis hominū mutatis, meminit Ex Sibylla his verbis: Cum vniuersi homines vno eloquio vterentur, turrim adificauerunt excelsissimam, quasi ad celum per eam ascensiūti. Dij verò procellis immisis turrim subuerterunt, Ex suam cuiq; linguam dederunt: quae causa fuit ut

urbs ea Babylonis vocabulum acceperit. De loco  
autem qui Senaar in Babylonia nominatur, no-  
minat Hestiaus hoc modo: Amissi sacerdotes cla-  
res dñi eius superstites, Enyelij lonis sacra ferentes,  
nos inde in Senaar Babyloniam peruenisse.

**CAP. V.** **Q**uomodo Noë posteri per totum terrarum  
orbem sedes sibi occupauerint. C A P. V.

**I**llio ex tempore dispersi sunt paucim, propter  
diuersitatem linguarum colonijs nusquam nō  
deductis, & quo quenq; foris & Deus tulit, eam  
terrā cum suis occupavit, ut tam maritima quam  
mediterranea cultoribus replerentur. Nec defne-  
runt qui consensis nauibus ad insulas habitan-  
das traxerēt. Porro gentium quedam adhuc ser-  
mant deriuatam à suis conditoribus appellatio-  
nem, quædam etiam mutauerint, nonnulla in  
familiarē accolis & notiore vocem sunt versa.  
Gracis potissimum talis nomēclature autoribus.  
Hi enim posterioribus seculis veterē locorum glo-  
riā sibi usurpauerūt, dum gentes nominibus fibi  
notis insigniunt, dumq; tanquā ad suum ius at-  
tingerent, mores quoq; proprios in illas inuehun-  
t. Quod gentes singulæ à suis autoribus nō mi-  
na traxerint. C A P. VI.

**XI.** **E**Rant autem Noë filiorū liberi, in quorum  
Gen.10 honorem gentibus nomina imponebant, ut  
quisque terram aliquam occupaverat. siquidem  
Iapheto Noë filio filijs fuerunt septem. Horum  
sedes à Taurō & Amano montibus incipi-  
tes,

des; pertinebant in Asia ad annem usque Taurum, in Europa usque Gades, in terris haec tenuis vacuis occupatae factum est, ut ipsorum nomina gentilium imponerentur. Quos enim nunc Greci Galatas vocant, Gathrenses olim deditos, Gomar coincidit. Magiges vero Magogarum a se denominatorum fuit auctor, qui ab ipsis vocantur Scythe. Ex alijs Iapheti filiis Iannae & Mado, ab hoc Madis descendunt, Gracis Hedi nominati: à Iannae vero Ionia, totumq; Graecorum genus. Quin & Thobelus Thobelis sedens dedit, qui nunc sunt Iberi: & Mesclini à Meschro autore appellantur. Cappadocum enim appellatio noua est, veteris autem vestigia adhuc superest. Urbs enim est apud eos hodie quoque Maxaca, sat in indicans intelligere volentes hoc priscum fuisse genti nomen. Thires autem Thiras de se vocavit, quorum fuit princeps: eos Greci Thraecas dicere maluerunt. Et tot gentes à Iapheti filiis sunt instituta. Gomaris autem, trium liberorum parentis, unus filius Aschanaces originem Aschanazis dedit, qui nunc Rhenites à Graecis nominatur: Rhinphates vero Rhinphates, nunc Paphlagonib; & Thygrammes Thygrammus, quos Plirygias Graecis liliuit vocare. Iauani item triis filioris unius Alissas Alissas ut originum ita nomen dedit, qui hodie sunt Aeoloi: patiq; modo Tharsensis Tharsus. Sic mino olim appellabatur Cilicia: cuius rei

signum est Tarsus urbis eius celeberrima catena  
rarumq; princeps, prima novimis litera in tam  
mutata. Porro Chethimus insulā occupauit, sūc  
Chethimā, nūc Cyprū: quo factū est ut tam insu-  
las omnes, tum pleraq; loca maritima Hebreis  
gētili voce Chethim significet. Atcedat ut multa  
vna ē Cypris urbis, que adhuc nōmēn retin-  
net. Citiū enim vocatur ab his qui in Graecū fo-  
nū vocabula detorquēt, ne sic quidē abludens à  
Chethimi nomine. Tot gentium fuere principes  
Iapheti filij nepotesq;. Ceterū, quod Graeci for-  
tassis ignorāt prius dicā, deinde coepit narratio  
nē prosequar. Nomina ista deorum causa in Gra-  
cam formā mutari ad curiū voluptatis nostra-  
tes enim huiusmodi formamō varietur, sed eandē  
apud nos perpetuo specie obtinent, nec termina-  
tionē variant. Adamas certè nobis Adam vocan-  
tur, & Noë qui Gracis Nochos diceretur, eaq;  
211. forma nullā variationē admittit. Chama rea-  
rō filij Syriam & regionem Amano Libanoq;  
montibus harente obtinuerunt, quicquid eius ad  
mare vergit occupādo, & Occanū usq; ditionis  
terminos proferendo: vocabula tamen partim  
omnino euauerunt, partim ita d. prauata sunt  
in diuersum, ut haud facile agnoscatur: ex qua-  
tuor enim Chama liberis. Chuso nihil detrimēti  
tempus attul. t. Aethiopes enim quibus profuit,  
nunc quoque tam à scipis, quam ab Asiam  
omnibus Chusai nominātur. Mesrais etiam sua  
mansit

consit appellatio. Aegyptum enim Mesren, & Mesraos Aegyptios vocandes quotquot eam regionem incolimus: Quin & Libye colonos dedit Phutes, de suoq; nomine Phutos dici voluit. exeat & flumen in Mauritania hoc nomine: & captiures apud Gracos historici eius mentione faciunt, sicut adiacentis etiam regionis, quae Phute vocatur: multauit autem praesens nomen ab uno filiorum Mesrai qui vocabatur Libys: cur autem Africa sit dicta, paulo post docebimus. Quartus Charane filius Charaneus Iudei nunc vocalans habitauit gentemq; suam Chanaan nominauit. Hi quoque liberos genererunt, & in his Chusus filios sex: quorum est numero Sabas Sabaorum auctor fuit, & Euilas Euilaorum, qui nunc Gezuilis appellantur. Sabathies vero Sabathenos, qui Gracos dicuntur Astabarri: Sabactus quoque Sabacterenos instituit. Romus item Romaos co-didit, & duos filios habuit: alter Iudeus genti Iudaorum inter occidentales Aethiopes originem dedit & nomen, Sabaeus alter Sabaeis. Nahrodes autem manens apud Babylonios tyram idem arripuit; sicut iam ante diximus. Mesrai vero filii numero octo quantum terrarum a Gaza Aegyptum usq; patres possederunt, sed solius Philistini nomen ipsius regio servauit. Palastina enim Gracos eius portione vocant. reliquorum, Lutmei, Endomiae, Labdini, quos soli colonis in Libyam duiles regionem esse depositi hauit, sumi Netherini, Phoenici.

throssini, Cheloni, Cheptomi, tam res quam  
nomina sunt in obscuro. Bello enim Aethiopico,  
de quo suo loco dicetur, tribes eorum sunt ene-  
se. Chananæ quoq; filii fuerunt hi: Sidonius, quæ  
urbem sibi cognominè condidit in Phœnicia,  
Sidonē à Gracis vocatam Amathus vero Ataa-  
then habitauit, quæ adhuc extat, & ali accolis  
Amathe vocatur: tametsi hæc Macedones Epi-  
phaniam ab uno è regum successoribus denomi-  
nauerunt. Arudens Aradum insulam obtinuit,  
Arueaus Arcen urbem in Libano sicut cetero-  
rum septē. Enæi, Chettæi, Lebusai, Endæi, Sinaï,  
Samaraï, Gergeſei, preter nomina nihil in sa-  
cris codicibus supereſt. nam Hebrei urbes eorum  
excidérunt, qua clades cansaro habuit hanc.

**xiii.** Postquam terra finito diluvio in pristinam  
**Gen. 9** naturā est restituta: Noë capiit eam colere quæ  
cum vitibus conſemper, suoq; tēpore vindemiati-  
set, inuenio vīni vīsu, sacris prius operatis tēpore  
labatur: ebriusq; factus ac sopore granatus, pa-  
ram decorē nudatus iacuit: id conspicatus filiorū  
natū minimus, per ludibriū fratribus iudicantis  
ills reueriti parentē operuerunt. Sensit hoc Noë:  
et precatus alij filijs felicitatem, ne Chamas  
quidem diris denouit, respectu sui sanguinis, sed  
tantum eius posteros: quas cum ceteri euasisserent,  
Chananai liberos ultio divina est consecuta: sed

**xiii.** de his rebus dicemus postea. Semæ vero tertio  
**Gen. 11** Noë filio filii fuerunt quinq;: qui Asiam usq; ad  
Indicim

• Undicis oceanū incoluerunt, ab Euphrate pro-  
paga ditionis initio facta. nā Elymus posteros  
velignit Elymos, à quibus Persæ originē traxe-  
runt. Assuras urbem Ninū condidit, & subditos  
de se Assyrios denominauit, quorum opes pra-  
ceteris effluerunt. Arphaxades eos qui nunc  
Chaldae sunt Arphaxadaos nominauit, impe-  
rio gentis potitus. Arameos Aramus tenuit,  
quos Graci Syros appellare malunt. qui verò Ly-  
di nunc vocantur, olim Ludi dicti, Ludi autore  
generis habuerunt. Ex Arami verò quatuor li-  
beris Uses habitator Trachonitidis fuit, Dama-  
sciq; coditor ea sita est Palaestinā inter eū Syriā  
cognomine Coden. Armeniam Osrus tenuit, Ge-  
theris Bactrianos : Mesas vero Mesaneos : nunc  
Pasini castrū vocatur. Ex Arphaxade progeni-  
tus est Sales, ex hoc Heberus, à quo Iudei He-  
brei quondam appellabātur. Porro Heberus In-  
Etiam eū Phalegū gennit, qui natus est dum ha-  
bitationes distribuerētur. nam huc vox Phalec  
partitionē Hebrais sonat. Iustus vero Heberi fi-  
lio liberi fuerūt, Elmodatus, Salephus, Axermon-  
thes, Iraes, Edoramus, Vxalis, Ductes, Ebates,  
Ebonaelius, Saphas, Ophires, Enilas, Iobetus. Hi  
a Cophone flumine India ad Assyriam usq; ha-  
bitat. Hallenus de Seme progenie sit dictū. nāc  
de Hebrais erit narratio. Ex Phalego enim He-  
beri filio progenitus est Ragaus: ex hoc Serugus,  
ex quo Nachorus est genitus, & ex hoc Thar-

rus, hic Abrahami fuit pater, qui fuit decimus de  
 Noë, & natus est post diluvium anno secundo su-  
 pra ducentesimum & nonagesimum: si quidem  
 Tharrus septuagesimo anno genuit Abrahamum.  
 Nachores cum esset viginti & octo annorum ge-  
 nuit Tharrum. de Serugo autem Nachores nasci-  
 tur circa annum trigesimum secundum. Ragaus fa-  
 elius est Serugi pater cum esset annorum triginta  
 duorum. totidē vero annorum Phalegus genuit Ra-  
 gaum. Heberus autem quarto & tricesimo etatis  
 anno genuit Phalegum, ipse de Sale prognatus  
 anno nato tricesimum: quem Arphaxades genuit  
 quinto & tricesimo etatis anno. Seme filius  
 Arphaxades natus est post annos duos à dilu-  
 vio. Abrahamu autem fratres habuit Nachoren  
 & Aramen. Ex his Aranes relicto filio Loto, &  
 filiabus Sara & Melcha, in regione Chaldaorū  
 est mortuus, in urbe que Vra Chaldaeorum re-  
 casur, & sepulcrū eius nunc usque ostenditur.  
 neptis vero ex fratre duxerunt conuges, Melcham  
 Nachores, scilicet Abramum. Ceterū cū Thar-  
 rum exasam haberet Chaldaiam propter luctum  
 Aranis, omnes simul trignauerunt Carras, Meso-  
 potamiae, ubi euā Tharrū defunctū sepelierunt,  
 anno exacte vita ducentesimo quinto. Nam enī  
 paulatim subtrahebatur de vite spatijs, usq; ad  
 Moysēs etatē. post quē CXX. annorum terminus  
 Deo finitore est statutus, quantum temporis &  
 Moyses ipse visitansq; Nahorēs ē Melchia octo  
 filios

filios suscepit, Vxum, Bauxum, Manhelem, Zaelavum, Azanum, Pheldam, Iadelpham, Bathuelum. atque hi legitimi Nachoris filii fuere. nam Thabaum, Gadatum, Tanaum & Macham è Ruma concubina genuit. Porro Bathueli vii è legitimis Nachoris filiis nati sunt, Rebecca filia, & filius nomine Labanus.

Quomodo Abrahā generis nostri autor è Chaldaorū terra profectus habitat in regione quoniam Chananeā, quæ nūc Iudæa dicitur. C. V I I.

**A**braham vero Lotum Arain fratri sui X V. filium, Sarai coniugis sua fratre, adoptauit Ge. XI. 12 quod germano filio careret: ex cū iam esset annos LX x v. monitus oraculo Chaldeam terrā mutauit Chananeā: quā ex ipse habitavit, & posteris reliquit: vir sapiēs ex equo & eloquēs, & in cōiectando sagax. Cumq; ob virtutē eximiam sapiēs esset prae cunctis habitus, auctor est vulgo receptā de Deo persuasione consellere, & in melius vertere. Ergo primus omnium clara voce predicanus: nū esse Deū rerum virtutis etatis coditorē: de cetero si quid ad felicitatē coferat, nō nostris nobis viribus, sed illius voluntate cōtinegere. Hoc vero ex terra ac mari obseruatione colligebat, sum eorū que circa Solm ac Lunam & reliqua sidera videbat accidere: esse nimis potentiam quandam qua horū curā gerat, & omnia decenter administret, qua cessante nūc nostrū voluntatibus seruitur, cum nihil suapte

Magnatio  
rem Abra  
buit p[ro]p[ri]o  
me vocatu  
et iussi dei  
et Moys; quia  
q[ui] et hoc par  
la supra in  
dictum te apud Chaldeos erat quidam iustitia cultor,  
vir magnus, et federalis scientie peritus. Hec  
Teachmonia atque verò non meminit tantum obiter, sed libro  
veterum (in hoc conscripto res eius posteritati tradidit.  
de Abraham Nicobius autem Damascenus in quarto historia  
rum sic scribit: Abraham regnauit apud Da  
mascum aduena, ut qui cum exercitu venerat è  
regione suprà Babylonem sita, quæ Chaldeorum  
dicitur: nec ita multò p[er]st hinc quoq[ue] migrans  
cum suo populo, sed in transiit in terram tunc  
Chanaeanam, nunc verò Iudeam nominatam:  
et inq[ui]p[er] quorum res alibi sum narratus. Abr[ah]am  
verò nomen etiam nōc est apud Damascenos  
celebre, et vices ostenditur, quem vocant Abr[ah]am  
iudicilium.

Quod fame Chananeas p[re]mēte, Abrahamus in  
Aegyptū est profectus: & ibi aliqui n[on] s[ed] p[ro]p[ri]o  
fatus, retro unde venerat est reuersus. C. VI. I. I.

Jame

**F**ame deinde Chanaanam terrā inuadente, x v i.  
**A**brahamus audita Aegypti libertate profi-  
*scisci illuc decreuit, tum ut copys eorum fruere-*  
*tum ut sententiam sacerdotum de divinita-*  
*te cognosceret, aut secuturus illorum opinionem*  
*si modo meliora esset, aut ipse rectiora eu- com-*  
*straturos.* Ceterum cum & Saram secum duce-  
*ret, veritus Aegyptiorum libidinem, ne forte ob*  
*excellenter uxoris formā à rege interimeretur*  
*artus commentus est talem.* Fratrem eius se fin-  
*xit, monita prius, ut ob presentem necessitatēm*  
*scandalis sua subseruat. Ut autem vētum est*  
*in Aegyptum, id quod suspicatus fuerat evenit.*  
*nam eius consilis pulchritudinem fama disul-*  
*gauerat quonobrem Pharaonis gentis rex au-  
*dita oculis suis cognoscere, ac muliere etiam poti-*  
*ti concupivit. Huic mala libidinis Deus obstinie,*  
*pestilentia & seditione res regis infestans con-*  
*fultiq; do remedio sacerdotes, quōne modo pla-*  
*candum esset nūmen, hanc malis causam responsa-*  
*derunt, quēd hospitis matrimonio iniuriam in-*  
*ferre parauisset. Rex territus primum scitacur,*  
*quānam sit, quīne eius comes: magnā deinde*  
*rei veritate, Abrahamo satisfecit: sororem se*  
*putasse non uxorem, & affinitatem contrabe-*  
*re, non iniuriam inferre, voluisse: donatoq; ma-*  
*gna pecunia, potestate fecit congregandi cum*  
*præstansissimo quoque Aegyptiorum ac doctissi-*  
*mō: quo factum est ut virtutis nomine in ma-*  
*xiām Sapienti.**

Congres  
Abrahā  
ÆA

scimam existimationem veniret: nam certe ea  
 gens in diuersos ritus & opiniones se divideret ut,  
 & per misum cōtempnum atq; insectationem  
 infensis inter se animis agerent, collisōs inter se  
 eorum de religione sermōnes & à seip̄s confus-  
 tatos, vanissimos esse nūilq; prorsus veritatis  
 habere declarauit. Ob has dissertationes in pre-  
 tio habitus, ut quis magnā tam intelligendi, quā  
 eloquendi docendī facultatē pra se ferret, &  
 numerorū scientia & fideturū benigno illo com-  
 municauit: nam ante Abramini ad se adueniua-  
 nos. Arith Aegyptij rudes erant huiusmodi disciplinarum:  
 hinc et que à Chaldeis ad Aegyptios profecta; hinc ad  
 Prologia Gracos tandem pernenerant. Reversus inde in  
 Chananeam agros cum Loto denuit. Orta verò  
 inter opiones cōtentione de iure ac terminis pa-  
 scuorum, arbitriū & optionē Loto permisit: ipse  
 contentus reluxta sibi portione agri submontans,  
 domicilium elegit in oppido Hebrone: id septem  
 annis est antiquissima quam urbs Aegypti & assi.  
 Loto verò campi ceperunt, & planicies Jordani  
 fluma contigua, non longè à Sodomorum urbe:  
 que sunt bona & magna, nunc diuina vltione  
 ac ira, ut ne vestigium quidem superfit, est der-  
 leta: cuius rei causa mox suo loco dicetur.

Sodomitarū clades ab Assyrīis accepta. CA. IX.

XVII. Gen. 19. **E**odem tempore cūm imperium Asia penes  
 Assyrīos esset, Sodomitarū res tam opib⁹  
 quam numero sa. iunctas florebat, ut à quinq;  
 regib⁹

regibus administrarentur: hi erant Ballas, Barreas, Senabarus, Symoborus & Balin, suo quisque regno praepositus. Hos Assyrii bello petierunt, de multisq; quadrisariam copias sub quatuor imperatoribus regione illorum oppugnabant, commissus quidem prelio victores Assyrii Sodomitarum regibus tributis imperauerunt: cumq; per duodecim annos imperata fecissent, & tributa soluerint, decimotertio defecerunt: quo factum est ut noua in eos Assyriorum expeditio fieret, ductu & auspi- ciis Marphedis, Ariochi, Chodollgomori, & Thangali. Hi & Syriae riuersam rapinis va- stauerunt, & gigantum posteros perdonauerunt: omnq; in agris Sodomiarum esset ventus, castraneatus fuit in valle puteoru bituminis: tunc enim putes fuerant in eo loco: mox vero Sodomis de- letis, lacus ibi, quem a scatenti bitumine Asphal- tidem dixerat, repente extitit: eo de lacu paulo post dicemus. Ceterum Sodomita cum Assyriis congreſsi, post egregiam pugnam editam, partim in acie ceciderunt, partim deditio[n]em fecerunt, cum quibus & Lotus captiuus est abductus, qui Sodomitis in auxilium venerat.

Quomodo Abrahamus Assyrios aggressus tam cas- prior quam reliqua præda victor reduxit. C.X.

**H**is auditis Abrahamus, tum Loti cognatu- X V L I I .  
tis, tum Sodomitarum unicoru ac vicina- Gen. 14.  
rum clade commotus, nil cunctatus in succersum  
eorum cum suis properavit: & quinta nocte  
hostem

nota  
præ-

hostem affectus circa Damnum hoc ab aliis Iordanis fontium est nomen) oppressum ex improposito  
 facile superauit. Securi enim & intans partim  
 tunc tam in cubilibus inermes sunt casi, partim prae temere  
 multorum lenta pugna invictos in fugam se conuerserunt,  
 erint quos Abramus acriter a dergo sequenti quoque  
 luce perurgens ad Soba, Damascorum compul-  
 lit. Quo facto nemini dubium reliquit, victoriam  
 non in multitudine milium, sed in bellatorum  
 alacritate consistere, & virtutem nulli numero  
 succumbere, ut quis cum domestica tricenaria  
 cohorte, & insuper decimocto vernacula triuq;  
 amicorum auxilijs tantum exercitum profligari  
 uerit: quaque autem ex hac clade evadere con-  
 ceperunt, cum ignomina domum se receperunt. Abran-  
 bam vero captiuos incolubus reductis, parte  
 pace viator ad suos rediit: rediuiti rex Sodomie-  
 tarum usq; in locum, quem Campum regiam re-  
 cant, gratulabundus occurrit: ubi a Solyma vir-  
 his rege Melchisedeco est exceptus. id uomen in-  
 terpretatur, rex iustus. erat enim revera talis:  
 erit enim cor sensu sacerdotio summi Dei ob iusti-  
 tiam dignas habitus. Sed Solyma posterior etas  
 voca. it Hierosolima. Hic Melchisedecus milites  
 Abramis hospit aliter habuit, nihil eis ad vi-  
 etum deesse passus simulq; ipsum addibitum  
 mensa meritis laudibus extulit, & Deo cuius  
 fauore victoria contigerat, debitos hymnos. ut  
 sua pietate dignum erat, cecinit. Abrahamus  
contra

contra de manib[us] decimis ei dono dedit. Rex  
verò Sedoniorū Abraham predam omnē cedens.  
solos captivis sua regionis reposiebat. Hanc con-  
ditionē ille non accepit, negans ad se quicquā in-  
de redditurō, exceptis alimentis militum: amicis  
eantē in prede partē admissis: hi efrant Eschol,  
Ennerus, & Mambres. Hac viri virtute dele Gen. 15

Etatus Deus: nos carebis, inquit, premio quod  
pro tot rebus egregiè gestis tibi debetur. Quo re  
spondente, & quam voluptatē ista premia mi-  
hi affe[re] poterunt, cum herede careā, (nondum  
enim pater factus erat) tum Deus & filiū illi est.  
pollitus, & posteritatē ex eo tantas que stel-  
las caeli posset equare numero. His auditu letus  
sacrificiū Deo iussū ipfius obtulit. Forrò sacri-  
ficiū ritus erat hic: macilata iuuenca trienni, capra  
trienni, artete item trienni, ceteras victimas v.  
iussis fuerat diuisit, solis aliis exceptis, deinde  
priusquā erigeretur ara aduolutantibus alitibus  
ad victimarum cruento, oraculo redditor, prenū  
tians progeniam eius malos vicinos per annos  
cccc in Aegypto habitu: à quo tempore gra-  
uiter afflictos, victoriū tamē de inimicis repor-  
tacunos, diuīcīsq; Charanais regionē eorum &  
urbes occupaturos. Habitabat tum Abrahamus  
circū quercum qua vocabatur Oga id agri no-  
men erat non longe ab urbe Hebron. Cetera  
agre ferens cōiugis sterilitatē, supplex à Deo pe-  
nitit ut prole sibi mascula largiretur. Tum Deus  
de

continua  
tio cap.  
cum cap.

Sacri  
ciūm A  
ra h[ab]et, qu  
le

de cetero quoq; bene sperare illum iussit, ut quod non temere Mesopotamiam reliquisset; atq; insuper liberos ei non defuturos promisso. Ibi Sara.

**Gen. 16** Dei monitus en dhalannū eius adduxit nām famularū nomine Agaren, Aegyptiā genore, quod liberos sibi ex ea quereret: & cū vterū se gerere sensisset famula, coepit cōtemptim babere Sarā, ad principatu aspirās, quasi ad prolē suā dominatio peruvētura esset. Quapropter cū Abrahamus vxori eā ad pānā dedidisset, decrevit fugere, nō ferēs afflictionē: Deumq; rogabat vt suis misereretur. Itaq; per desertum abrunti occurrit angelus iubens vt ad dominos reuerteretur: sore enim eā meliore cōditione, modò se modestè gerat: nunc enim ingratitudinis ac arrogātiae poenam luere. quod si cōtemptis Dei iussi ulterius pergeret, præsens exitiā eā manere aiebat: sī re tro rediret, matrē futurā pueri, qui tandem regne eius regionis esset potiturus. Paruit famula, & renrsa ad dominos, veniā est consecuta: nec ita mulio post Ishmaelē peperit, ac si dicas exoratum, eo quod Deus preces matris exaudierit.

**Gen. 17** Hunc Abrahamus sextum supra octogesimum annū natus genuit: cūm autē nonagesimū non ē attigisset, apparuit ei Deus, nuntias quod ē Sarā suscepturnus esset filiū: eū iussit vocari Isacū, addens produturas ex eo gentes magnas & reges, easq; iure beliā occupaturas uniuersam Chananeā à Sidone usq; Aegyptiū. Iusserit etiam genus

U I B E R . V A T I A

genus ipsius, quod nobis est alijs porrigitum. Ceterum  
padenda circumcisio, idq; octaua die narratur: causa  
causam vero nostre circumcisionis dicit alibi. Co-  
siderente vero Abraham et de Ismaele, an esse  
prosternus, responsum est, forte legatum sicut et  
multarum gentium parentem. Tam Abraham  
posteaquam Deo gratias egisset; eufratio circum-  
cisus est cum tota familia, similiter et Ismael,  
annis tunc agens decimam tertiam, ipse vero pa-  
ter noster iam agebat supra nonagesimum.

Quomodo Deus Sodomitarum gentem excidie-  
flagitii eorum offensus.

C A P . X V .

**P**er idem tempore Sodomita diuitiae Grabia-  
danica pecuniarum clati tam in homines cap. Gen. 18.  
et mulieribus erant; quia erga Deum impudicissimi qui 19. Triple  
neque beneficiorum ei non ministrarent, et hospites  
auer sat adiutori; denique manus etiam libidinibus sepe  
incestabantur. His rebus offensus Deus decretus fa-  
perbia penas de illis facere, et regione eorum  
ndeo vastum reddere, ut posthas nec plantas, nec  
fructus ullum producere. His ita decretis de So-  
domis, Abraham conspicatus treu angelos (fa-  
debat enim ad quercum Mambram profervibus do-  
micio) fuisse ratu esse hospites; ussi ergo saltem tuor nam  
nisi eos, rogavitque ut ad se dimicantes frueren- rancus  
tur hospitio. Ille vero annuntiabat inbet pungere num cri-  
simile fieri, et mortuum vitalio no affari ab  
quercu discumbentibus apposuit. At illi nisi sunt  
ei comedere, et de noce quarebant, robinia effe

d

Sara:

Et quia referente ipsius est esse, adiutum se vidi-  
 agnito post reversuros, tamq; immaturos iam ma-  
 trem. Multe autem arridisse, et negante fieri  
 ipsose ne liberos generet, ipsa monogamaria, e-  
 marito confessim quoniam agere, non sustinuerunt  
 amplius simulare, sed facti sunt se Dei affectu ange-  
 los, et quod possit esset, viuis nunciatum de filia,  
 idio vero ad delatoros Sodomitas. Quo audito  
 Abrahamus indoluit propter Sodomitas, et fur-  
 gens deprecatus est. Deum ne promiscue iniustas  
 cum iniustis perderet. Deo vero negante quen-  
 quam Sodomitaru esse bonu, aliquisi si vel de-  
 com inter eos essent, omnibus remissorum suisse  
 paucam: Abrahamus destitit, angelis vero pertine-  
 nerunt Sodoma. Gores autem cum vidissent ade-  
 lessentes forma priesteres ad Lotum divertisse,  
 ad illudendum per vincitatem eoru sunt versi. Lo-  
 to vero fidente cotinerent se neve, in probrumi  
 hospitium ruerent, sed hospitio suo non nulli hemo-  
 ris haberent: aut si temperare sibi non quirent,  
 filias se pro illis eorum libidine exhibitoru que sic  
 quidem parere valuerant. Deus autem illorum au-  
 dacia commotus ad iram, ipsos quidem excaca-  
 uit, ne in ades introiit inuenire posset: ceteru  
 Sodomitarum, populum, mulierum ad supplicium  
 adiudicauit. Lotna autem ab ipso praeconitu de  
 futuro excidia, discessit inde, assumpta etiam  
 uxore et duabus filiabus etiam tum impulsi,  
 spousta enim carnem monerent, de excludendo cop-  
 tero



temperant, ut delirum qui talia diceret. Tum  
Denique scutatus telum in urbem, eamque cum ipsis  
in oblo exiit, et agrum quoque pari denastat  
incendio, quemadmodum mihi iam dictum est illi  
commentariis quos de bello Iudaico prodidi. Cate-  
runt Loti uxori inter abeundum subinde ad ur-  
bem respiciens, et curiosus cladem hanc contra-  
mandatum Dei spectans, in statuā salis est ver-  
sa: dictum est mihi iam et de illa:na extat ho-  
die quoque: ipse vero cum filiabus in paruum quod-  
dam rus evasit, cui soli ignis omnia circunqua-  
vast quis perfercit. id Zorostrus usque vocatur, sic  
paruum Hebreorum lingua significante. In hac  
solitudine vita inopem aliquantis per toleravit.

Pueri vero universum genus humanum extin- Quo conflu-  
ctum rata, astu circumvento parente, cum inscio felicis Lot, et  
fuit congressa, curantes ne totum genus defice- Coabitum e-  
ret. Ex hoc congressu nati sunt filii, maiori Moa- appetient  
bitarum fuit autor, magna gentis etiam nostra  
atate: alter vero Ammonitarum: utriq; Syriam  
Cirene incoluit. Et in hunc medium Latus reli- X X.  
quit Sodoma. Abraham autem migravit in Gen. 20  
Gerara Palestine, Sarum ac si fororem se-  
cuna dicens, eadem arte qua quondam, nimis  
insidiarum metu: timebat enim Abimelichum  
eius loci regem, qui et ipse amore Saru captus,  
ea potiri cupiebat. Exim superbum mortuam gra-

sis impediret, dubitus invallis: atque ita mo-  
 dicoru ope destitutus, in somnis admonetur, ab-  
 stineret se ab iniuria coniugis hospitis. Mox cun-  
 meliusculle habere coepisset, indicat unicus, quod  
 Deus sibi hunc morbi invallisset vindicans ius  
 hospitis, & uxori eius ab iniuria cauescere enem-  
 sorare esse, sed uxorem legitimam. Hac locutus  
Abrahānum de consilio amicorum accersitum,  
 securum esse de pudicitia coniugis iubet. Deinde  
 enim eius curā habere, cuius auxillo nihil turpe  
 passam se illi restituere: idq; ita esse Deū testa-  
 bat, & malueris conscientiā: ac ne expetita-  
 rem quidē eam fuisse, si nuptā esse sciasset. Ad  
 huc rogabat, ut aquo animo in se esset. Deinq;  
 propitium redderet. Et sine apud se maneret: ni-  
 hil et defore sine abire mallet; deductores est pol-  
 licitus; & omnia quorum causa ad ipsam re-  
 nisset. Hac locuto Abrahamus nec omnino sīlā  
 consanguinitatem aiebat, esse enim fratris filia:  
 & sine hac simulatione parum tutam peregrina-  
 tionem credidisse: ac ne morbi quidē causam  
 ei se fuisse excusabat. Quin & salutē regi sibi  
 curae fuit: & mansurū quoq; cum illo libeter.  
 Tunc rex tam agri quo pecuniarū partē ei ces-  
 sit, & conditiones pacis bona fide vtrinq; seruau-  
 dis dixit, sedere cum eo super puteo quodā isto,  
 qui Bersabe vocatur: ea vox iuramenti putemus  
 Gen. 23 significat, & id nomē & hodie locu seruat. Nec  
 ita multo post Abrahamus filium è Sarā suscep-  
 pit.

spū, iuxta promissa Dei, quem IIsaacum nominauit. Sie risus Hebreis significatur: siquidē risus Sarā dum proles ei iam natu grandi prater expectationem promittitur in causa fuit huius appellationis: ipsa enim erat non agenaria; Abrahamus vero annorū centum, ipso anno quo Isau-  
secus e  
gen. - 2  
os est natus. Eum octava mox die circuncidunt, qui mos adhuc Iudeis durat, ut post totidem dies circumcisionem celebrent.

De Ismahel Abrahāmi filio, eisque postle-

sis Arashibus.

CAP. XII.

**A**rades verò post decimum tertium annum id faciunt. Ismahel enim gentis eorū au-

tor Abrahamo è concubina natus, post tantum tempore*n* est circumcisus, de quo iam dicendum.

Amabat Sarā Ismahelm ab initio, è famula

Agare datum, non secus ac si ex se esset genit

Gen. 21-  
tas: alebatur enim in spem successionis. Verum

post quādām ipsa Ifaciem paperit, nō amplius requū censebat Ismahelm rū hoc educari: quippe qui

natu maior, defunēto cōmuni patre iniuriam è

facile inferre potuisse. Sustis igitur Abrahamo

ut cum via cum matre aliquo ablegaret. Ille

verò primū non advertebat mentē ad Sarā con-

ſilium, rem atrocem ratis, puerū nondum adul-

erū et mulierem egenam ablegare: tandem ve-

rò approbante Deo, Sarā voluntati paruit, puer-

amq; matri cōmisiit, nondum per se peregrina-

tioni aptam, & dato eis vere aqua ac panibuo

iussit ire quod eos necessitas diceret. Et cum dico  
*c*esset cōmeatus, in anxietate erat mater: cumq;  
*nihil aquae superesset*, deposito sub abiete puer  
*animā agēte*, ne spectatrix esset expirantis nūl  
*rius pergebat*, cui occurrit angelus Dei, & fon  
*tem in propinquo indicauit*, & curam educandi  
*pueri habcre iussit*: sperandā enim illi eximiam  
*felicitatem ē salute Ismaelio. Tum verò mulier*  
*melioris spe concepta*, cùm incidisset in pastores,  
*eorum benignitate miseriam cūsīt. Postquam*  
*autē ad virilē etatē peruenit*, uxorē ei coniūxit  
*Aegyptiam genere*, unde & ipsa erat orsanda:  
*ex qua Ismael duodecim suscepit liberos*: h̄  
*erant. Nabaothes, Cedarus, Abdeel, Edunas,*  
*Massamus, Memassus, Mafmesus, Chodamus,*  
*Themanus, Iesnus, Naphesius, Calmasius: In*  
*sma elīte quicquid terrarum est Euphratē inter & rūbrā*  
*uam regiū mare habitant, Nabatae nomine regionis indito.*  
*erūt in se. Sunt autem hi à quibus Arabes gentē suā eiusq;*  
*tribus denominaverūt, tum propter ipsorum vir*  
*tutem, tum propter Abramiani autoritatem.*

De Isaco legitimo Abrahami filio. C. XI. III.

Gen. 22. ISacum autem Abrahamus supra modū ama  
*Ibat*, ut unigenitum, & quod in senectute Dei  
*dono suscepérat, hunc affectū & beneficentiam*  
*parentum puer ipse magis ac magis accende*  
*bat, omnis virtus deditus, & tam parentes*  
*quam Deum colens: quo successore omnium for*  
*tuvarum relicta Abrahamus haud grauissim*

vita excessimis videtur iudicari quod ipsi Dei be-  
 nignitate contigit. Volens tamen pietatis meae xxi.  
 periculu facere, Deum apparet ei enumeratio  
 omnibus beneficijs in eis collatis, ut victoria illa  
 de hostibus olim cæcesseris, utq; præsentis felici-  
 tate suo favore frueretur, filium I sacrum poposcit  
 ut sacrificium ex victimâ fibi efficeret. Tunc obat  
 autem ut in monte Moriorum subdactu holocau-  
 fendo ficeret: sic enim pietate eius illustriore fa-  
 res si vel filii sat. i.e. voluntati diuina posse haberet.  
 Abraham vero nefas ducens quamvis in re Deo-  
 morem non gerere, quin potius per omnia par-  
 dom ei per quæ omnes videntur, celans uxorem  
 et am Dei mandatum, quam suam de pueri eada  
 sententia: ac ne famuloru quidem illi, rem indi-  
 cans, ne forte aliquis fibi obstaculo esset: assum-  
 peo Isaco cū duobus seruis, impositisq; in astutis  
 rebus ad sacrificium necessarijs, proficiscibat  
 ad montem ac biduum quide conicati sunt omnes  
 servi eius vero die sùm iam in prospectu esse  
 mōs relictus alijs in capo cum solo puero ascēdit  
 in monte, in quo post David templum constituit:  
 ferebantq; focos quicquid ad sacrificium perti-  
 nit, absq; victima. Isaco vero qui tum vigesimus nonum  
 quintum annum agebat, anam apparato, percors-  
 tanteq; quendam mactatus esset, nullam habebus  
 hostiam: tum ille Deum daturu diebat, qui pa-  
 tens esset bennibea et que non habeat largiri,  
 ex que habet ad alium; si in illis fiduciam col-  
 locent:

Tunc 152

erat 25

locem: destruam ergo sibi quaque dictum est, si quis  
 deo propitius efficiat sacrificium interuentus. Post-  
 quam autem struxerit aratrum imposuerit, omni-  
 bra apparatus sic inficitur, malle votis te expon-  
 titum, postquam in hac vita registi summa cura  
 et sollicitudine educari, nihil beatissima exsultans.  
 quam si terrorum videre daretur, et tandem habe-  
 dem mea dilectionis relinquare. Sed quoniam Deo  
 unum et unius est ut te susciperem, ac nunc rursum ut te  
 in molam amittam, fer generose hoc sacrificium. Cedo enim  
 Deo, qui a nobis hunc bonorum repositum, pro pet-  
 petuo favore quo nos belli ac pacis tempore est pro-  
 fectus. Nunc lege nostra natu cum sis, ut mo-  
 riaris, non vulgariter habebis viam exitu, sed a pro-  
 priu patre patri vniuersorum Deo sacrificio rite  
 oblatu; ipso, ut credere par est indignu, te cese-  
 se, qui aut morbo, aut bello, aut alia quapiam  
 humana calamitate de vita decedas: sed inter  
 peccamina et facra anima tuam excepta apud  
 se collocabit: ubi tremor cur, se perissemus adua-  
 turum senectutem meam sustentabis, non quidem per  
 seipsum, sed Deum miseri curatore tuo loco relin-  
 quens. Cum Iacob laudquaquam a tanto patre  
 degeneret, libenter hac verba recopit negas se do-  
 gnum que unquam natus esset, si tam Dei quam  
 patris decreto relineras, non aliter se praberet:  
 utriusq; placitus: quod oquidem etiam si pater so-  
 lita ita vollet, nefas esset non obsequiari q; mi-  
 nimum aberat quia perpetuam facinus, ne  
 Deus

Deesse obstat isset. Inclamat enim nomine Abraham proprius nec pretercedes non enim cupidine sauginis humani, pueri cedem imperasse neque ut quam patrem ipse fecerat, liberis per impietatem orbaret: sed et probaret eius animum, an etiam talibus iussis pariturnus esset: nunc cognita eius promptiudine ac praeclenti*pi*estate, ratu se habere quicquid illi a tenus concesserat: non defuturā ante nec in posterum suam prouidentiam, tam ipsi, quam eius generi: hunc quoq; filium longissimo tempore viciturū, ultaq; feliciter exulta: filiis germanis eco probis magnum principatum relieturum. Pradixit etiam fore ut genitus eorū in multis gētes cresceret, nec minus opibus, quam numero augeretur: ipsorum etiam annorum eius generis memoriam fore sempiternā: regione quoq; Chanaea bello quasita, usq; ad inuidiam omnium exterorum gentium fortunatos fore. Hoc oraculo redditus, Deus illis arietem ad victimam ex improviso praesto esse voluit. At illa ex insperato sibi redditi, auditaq; tanta felicitatis promissione, multud se complectebatur: multata deinde victimas, in columnas ad Sacram se recuperant: viventq; beati, omnes eorum conatus Deo prosperante.

Sicut obitus Abraham contingit. CAP. XIII.

**A**ra autem non male post moritur, cum Gen. 23. Sicut affec*ta* annos vigintiseptem supra centum. Sepulta est in Hebron, Chanaan publicè iuxta d 5 sepul

sepulcri offerentibus. Abrahamus tandem malitiose sepultura locum quadringentis filiis emere de Ephremo quodam Hebronensi sive: ubi monumeta eius & posteriorum sunt exadiscata.

Quomodo è Chetui a Abrahamo nupta Troglodytarum gens provenit. CAP. XV.

**X X I I .** Post bac daxit Chetuiam, ex qua nati sunt Ge. 24.25. **P**ei filij sex, viri prudētes & industrii, Zemaranes, Lazanes, Madanes, Madianes, Lusibanes, Sunus: quo & ipsis filios habuerunt. Suo Sabacanes natus est & Dadanes. Iuis Latifimus, Asurus, Liures. Madianis vero fuerunt, Ephae, Ophres, Anochus, Ebidas Eldas. His omnibus ex filiis ac nepotibus Abrahamus deducendi colonias fuit autor, occupaueruntq; Troglodyticam Cethura regionem & Arabia Felicis quicquid ad rubrum mare pertinet. Fertur etiam quod hic Ophres cum exercitu profectus occupavit Libyā, quam postea nepotes eius penuerint, Aphricam ut ipsa denominatam. Attestatur huius opinioni c. Adeo Polylistor sic scribēs, Cleodemus, inquit, propheta, cognomine Malchus, qui ad imitationem Mosis legislatoris Iudeorū historiam contexit, narrat Abramum è Chetura aliquot filios suscepisse, tres nominationem recensens, Apliram, Surim, Iaphram: à Suri appellantur: Assyriam: ab Aplira vero & Iaphra urbem Aplrem, ex regione Aphricam nominandas: hos enim dicitur Heronius in Libya militasse contra

centra Asturum. Hencutem etiam ex Aphra filia genuisse filium Dedorum, ex hoc Sophonem prognatum, à quo Sophaeis barbari habent nomen. Isaco autem iam fermè quadragenario XXIIII.

Abrahamus pater coniungere volens uxorem.

Rebeccam Nachoris fratri sui nepum, mittit.

maximorum natu famularum ad sponsalia, prius

accepta fide obligatum: madus verò denticiendi

fuit talis. Subdita alter adderi manib[us] sibi fe-

mora, Deum ita testore invocabant eorum qua-

destinaverant. Neque etiā dona ad illos vel rara

illic vel iniquam ante visa. Projectus autem fa-

mulis diuturnū iter faciens, eo quod difficilis es-

set transitus per Mesopotamiam, hyeme propter

cenī altitudinem, aestate ob aquarum inopiam,

ad hac propter latrocinia que vitari non pote-

rant, nisi à cawis, tandem peruenit ad rivem,

Carras: et cum venisset in suburbium, incidit in-

complures puellas ementes aquatum: moxq; intra-

se precatur, si Deo grata forent ha nuptia, ut

inter illas inveniretur Rebeccā, ad quam filio de-

sponsandam Abrahamus eum miserat: Et hoc

signo dignoscuntur, quoniam ceteris negotiis ipsa

potum regāci praberet. Hec secum voluntans ac

cedit ad pustum, poscens ab eis potum. Ilis vero

consuetus aquam se nō sine labore acquirere,

quam domum deferant, non alijs prabeant: rur-

omnium obiurgatis reliquia, negādo eas iniquā

inter homines versatae, que de aquam quidem

impas

impartirent, benignè hospiti potum offert. At si-  
le certa iam sp̄e de eventu concepta, volens tamē  
verum cognoscere, collaudata prius virginis in-  
dole & benignitate que vel cum sua fatigatio-  
ne roganti subministrare non granaretur, sc̄issi-  
tatur ex quibus non esset parentibus, gratula-  
tus ei talēm filiam et imprecatus ut eam ex con-  
sumi sententia viro probō elocarent, ex quo ger-  
manos ac legiernos liberos pareret. Puella in hoc  
quoq; ei gratificatura genus suum indicat. Re-  
becca, inquit, mihi nōm̄ est, pater vero fuit Ba-  
thuel, quo defuncto Labanus frater ipsius & do-  
cūtūr inum curat & matrem, mea quoq; virginem  
tuel pāutor. His cognitus homo gaudebat ob ea que si-  
bi acciderēt, quaq; audiūisset: manifesto cernens  
Denn hoc iter prosperare: prolatō deinde monili.  
et h̄i p̄fse ex alijs quibusdam ornamentis, quibus atas ea:  
h̄uīm; quoddēlectaur obtulit puellā, dicens hanc esse gra-  
tia ēē, meā tiam & honorem pro cōmunicato potu, ipsamq;  
dignam que accipiat, cūm inter tot virginēs bo:  
felle do mitas eius emittant: rogabat etiam ut ad domo:  
sticos ipsius diversere liceat, quandoquidē nocte:  
iāp appetente vltērius progrede non detur: ferre  
se mōdum muliebri magni pretij, qui nusquam  
tior esse possit quā apud eos, quorum probi-  
tatem iam esset expertus: conjecturā enim se fa-  
care ex ipius moribus, matrē quoq; & fratrem  
pari humanitate esse præditos, neque grata tim  
hospitem admissuros; præfettum ipsas uotōneri

mee sumptui futurum. Ad hanc illam, bene eum de-  
 parentū humanitate concédere, sed non recte fa-  
 cere quod tam illoherales suspicetur, omnia enim  
 sine pretio habituum, indicaturam tamen prius  
 Labano fratri, cuius permisso ipsum adductu-  
 ram. Quo factō postquam adduxit hospitē, sibi  
 Labani camelos curandos acceperunt, ipse vero  
 ad coenā eius secum duxit: quia peracta sic eum  
 & matrē puellie est allocutus: Abrahamus fi-  
 lius est Tharri, vester autē cognatus. Nachores  
 enim tuorū matrona liberorū annis, Abrahamus  
 erat frater, eodē patre eademq; matre progra-  
 tus. Is nunc misit me ad vos, postulans hanc vir-  
 ginem filio suo cōiugē dari, quam legitimū ha-  
 bet & vnicū, ad omnium suarū facultatū ha-  
 reditatē educatū: cui cūm posset opulentissimis  
 quamvis ex eius regionis feminis deligere, nō est  
 ista vīsum: sed malens hunc honorem cognationis  
 sue habere, procurat has nuptias: cuius volunca-  
 tē nolite cōtēnere: diuino enim favore prator a-  
 līa qua mihi feliciter in hoc itinere successerū,  
 & puellā hanc, & vestras iedē inueni. Proprio  
 quia enim ian oppido, cōspicatis multas virgi-  
 nes putēs pescantes, optauit in hanc incidentem,  
 quod & fiduciam est. Haec igitur nuptias auspice  
 Deo cōciliatas, vos quoq; vestra autoritate ra-  
 gas habetote: et Abrahamus, qui me tā accurate  
 hic misit, vestro annūtu honorate. Illi vero quod  
 quod rem tam opabilē approbarent, tum quod

Deū

Dei sententiā accedere cognoscerent, misericordiam  
quibus postulabatur cōditionibus duxitq; illas  
Isacū facultatum paternarum iam dominas.

De obitu Abrahām. CAP. XVI.

xxv.

**D**Efunctus est autem Abrahāmos non ita  
multo pōst, vir in omni virtute eximius,  
et pro sua insigni pietate Deo egregie caro.  
Vixit annos C L X X V. sepultus est in Ebronē  
nos post illas iuxta uxorem Sarām, communī cura filiorum  
nuptias suā suorum, Isaci et Ismaelis.

Sicut Abra  
ham

De Isaci filiis Esao & Iacobō, & nativitate  
eorum. CAP. XVII.

xxvi.

**D**Efuncto autem Abrahāmo vxor Isaci ge-  
rebat vterū: cuius mole crescente indies,  
anxius cōsuluit oraculū. Reponsū est, gemellos  
significare pariturā Rebekā, et ab utroq; descansuram  
gentē anteri suo cognominem: et que minor vi-  
de fūrū debitur, eam fore potiorem: nec multo pōst, sicut  
esse Abra  
ham predicū erat, nascuntur ei gemini, quosū grā-  
dior à capite ad pedes erat hispidus, minor verd  
ham apparet exentis ante se calcaneū retinebat. Pater ap-  
tem amabat seniorē Esaum ex re cognomē ha-  
bitum a bētē mā Hebras pilos vocāt Seir. Iacobus vero  
post iunior à matre amabatur. Fane autē in ea ter-  
quem traxit ra grassante, Isacus volens ire in Aegyptiō pro-  
xit illa.

19. annū. pōst libertatē regionis, peruenit Gerara, Deo sic  
iubēte: rex autē Abimelechus exceptit eum, quia  
hospitij et amicitia nō inter eum et Abrahā-  
con Esau nō intercesserat. Cumq; bonitātē nō magna  
bene

5 Et Seir luctus  
et bilis

Benevolentia prosequeretur, matus iniuria non po-  
 truit in eo affectu permanere: visdens enim Deum  
 - Isaco propitiū, suorum favorē declarantem, ex-  
 - pulis illam. At ille expertus mutatiū prae mu-  
 dia, secessit non longe à Gerachis in locum quod vo-  
 catur Faaces: ibi dum federe patet, pastores ir-  
 ruentes agnoscit sicut armis opus impedire: sed ille  
 ultra cedente, rite sunt vicisse. Max tūm alio lo-  
 co fodere cœpisset, rursum vi prohibentibus alijs  
 Abimelechi pastoribus, hunc quoq; puteum im-  
 perfectum reliquit, prudenti cōsilio meliorē oc-  
 casione expectante, quā deinde oblatā roge spōte  
 fodienti potestatem faciēte, puto Rooboth nō  
 men imposuit, quod significat amplius, & priorib[us]  
 verā alterū vocavit Eſon, hoc est pugnam: alte-  
 rum syenitū, hoc est iūnicitiam. Itaq; Isaci po-  
 tentia cum opibus in dies magis ac magis cre-  
 scebat. Abimelech autem ratus contra se fortu-  
 nas Isaci augeri, cum quo parum sincere consue-  
 tudinē habuerat, & qui ob similitatis suspicio-  
 nem aliquantisper secesserat, ratione nequando  
 apud eū plus recès offensa quam pristinae anti-  
 citi a memoria valeret, utrū iniuria accepit. Il-  
 lisceretur, profectus ad illū amicitia cùm eo re-  
 nouat, uno ē suis amicis arbitrio admibito: cūq;  
 Isacus pro natura bonitate iniurias suas pater-  
 entia amicitie libenter donaret, vero compos de-  
 sumus eis reverfas. Alter autē filiorum Isaci, in  
 quem pater erat propensior, quadraginta annos

natum; duxit Adam Helonius; Et Alibahus Esse  
 beonis, dynasturum inter Chanaones; filius; iudei;  
 autoritate propria; ne patre quide consilios; ne  
 que eximis permisfus erat; si filius; sene-  
 vius ipsius expectasset; quippe qui non debet ha-  
 batur affinitate eius regnos hominum violare; ta-  
 men molestus esse filio; subito eum ut malices  
 missas faceret; decrevit rem totam silencio trans-  
 mittere. Sed cum effeysonex; Et visu orbatus; ac  
 cito filio; prafatusq; et asem; per quam etiam se-  
 cicitatis calamitas non accessisset; non licet  
 sibi amplius Deum solito culen venari; insic  
 eum venatum ire. Cura inquit; ut quod potius  
 capias; Et para mihi coenam; qua sumpta pre-  
 cabor. Deum; ut tibi dignetur esse auxiliator ty-  
 giator per omnia; vitam tuam; nam mea finis  
 quam longe absit incertus sum; que prius quam  
 me opprimat; equum est ut mei precibus Deum  
 tibi faciam propitium. Vadit Esau venatum;  
 interim Rebecca malens Iacob Deum propitum;  
 etiam prater facit mente; iabet eum biadis ingu-  
 leis cornis instruere; ille obsequitur matri iussu  
 ipsius omnia facies. Cerna vero parva; circum-  
 volat biadino; venus brachis; ut cotactu pilis  
 Iacob; pro gemellis hoc solo differebat; sollicitus ne matutinè  
 er pilos; in mala dolo deprehendit pro familiis procurans.  
 omnis; sua diras imprecations reportaret; apponebat  
 esua patrum. At Iacob sentiens in nocte proximil  
 peculat Esau.  
 tiam

pecuniae, aduocat filium: illo vero protendente  
 brachio hedera pelle amictu, Voce, inquit pro-  
 pior es Iacobo, attamen ob pilositatem Esau mi-  
 hi rideris nec quicquam doli suspicans, iam ca-  
 matus ad Deum precibus invocandu se vertit Do-  
 mine, inquit, omniū seculorū, & conditor omniū  
 creaturarū, tu patre meo maxima bona pollici-  
 tus, etiā mihi prasentem felicitatē es largitus,  
 meis quoq; postoris propitiū te fore, & maiori-  
 bus beneficijs eos cumulaturum promisisti: hic  
 tunc fauor perpetuus sit pretor, néne me propter  
 hanc debilitatem despicias, quae facit ut magis  
 etiā ope tua egeam. Serua puerū hunc propitius,  
 & ab omni calamitate illasum custodi: da ei re-  
 tam felicem, & possessionē bonorum qua in tua  
 sunt potestate: fac eum formidabilem inimicis,  
 apud anticos gratiosum. Sic ille Deum invoca-  
 bat, putas se Esau bene precari. Vix absoluerat,  
 preces, cū Esau à venatu renertit, & Iacobus in-  
 tellecto errore nihil tamen est commotus. Esau  
 vero postulabat ut sibi quoq; sicut fratri face-  
 res: denegante id patre, eo quod omnes preces in  
 Iacobū absumpfisset, lugebat quod voti cōpos nō  
 esset: quin & pater merore eius motus, studijs  
 quidē venādi, & robore corporis armorūq; pre-  
 stantia celebrē fore prædicat, eāq; gloriā tū ipsi,  
 tum eius postoris mansurā sempiternā seruittur  
 tamē fratri. Ceterū cum Iacobus timeret fra- X X V I I.  
 trem, ne panas à se exigeret ob circumventiōnē

rotio faciendo pacem, mater enim lusus p̄tinendo  
eximit: persuadet enim marita, ut Iacob Me-  
sopotamiam recorem daret propinquā genere:  
iam enim etiā Iesu duxerat Basemmathē  
Ismælis filiam. Male enim Ebanais volebant  
Isacis cion suis, priori affinitate offensi, in quo-  
rum gratiam filius Basemmathē duxit, quam  
postea magis quam ceteras dilexit.

De Iacobo metu fratrio in Mesopotamiam.  
profigo.

CAP. XVII L

**G**en. 28. **I**acobus autē in Mesopotamiam missus à ma-  
tre, nocturna auunculi sui Labani filiam, quā  
sentiente etiā patre iter faciebat per Chan-  
naā: cumq; similitudē haberet cum ea genet, nō  
lebat ad quenquā divertere, sed sub diu quiesce-  
bat, lapide vice pulvinis capiti subiecto: cui dor-  
mienti viso talu est dictata. Videret ridebatur  
scalam à terra ad celum pertinente, & per eam  
species descendentes, supra humanā naturā au-  
gustas: & in summa scala Deū manifeste ap-  
parens & nominatum se his verbis copellantē:  
Iacobe, cūm sis p̄tē bono, & tua ob suā virtu-  
tē celebri progaatus, nō debes presenti necessi-  
tati succubere, sed meliora potius sperare. M̄o  
præsidio magna te manet felicitas. n̄i & Abra-  
hamum ego ē Mesopotamia huc adduxi pul-  
sum à cognatis, & patrem tuū beatum reddidi,  
nec tua conditio deterior est futura: quare bono  
animō hanc pīgm̄ pergo, fructus me deductore:  
eneries

exeriet ex tua sententia cōingium ad quod pro-  
 peras, accedet inde & liberi: eorū numerus erit  
 magnus, & ipsi rursus maiorem problem post se  
 relinqueret: his ego terra huius imperiū dabo, &  
 eorū posteris, qui repleturi sunt terrā omnē &  
 mare quā late sol afficit: tu ne cede vlli vel la-  
 bori vel periculo, tuis curam mibi cōmittens &  
 nunc, & magis etiam in posterū. Hoc oraculum  
 Deus Iacobo reddidit: quo latius rugit lapidē in  
 quo dormienti ranea spes affulsit, & votū Dei  
 facit sacrificaturū se illic, si incolimi & facul-  
 tationis auctio redire contingere quod post re-  
 vertens soluit: omnium bonorum suorum decimis  
 oblatis: honorem etiā loco addidit, Bethel nomi- Gen. 29  
 nato, quod Gracis domicilium Dei significat.  
 Pergens deinde caput ster in Mesopotamiam,  
 tandem peruenit Carras: & cūm pastores offen-  
 disset in suburbio, & adolescentes ac puellas ad  
 puto quendam sedentes, poposcit potum. Hinc  
 erto sermone percōatus est, an noſſent quēdam  
 Labatum suum popolare, si forte adhuc sit ſu-  
 perfites. Aiant omib[us] ſibi notū: neq[ue] enim car-  
 lem eſſe ut ignotus eſſe poſſit: quin & filiā eius  
 rūa paſcere, demirariq[ue] ſe quod noſſadum adſit:  
 ex ea facile que euperet cognituran. Vix haec  
 verba finierunt, cū puella accedit comitantibus  
 ſuis paſtoribus: ei Iacobum aſtentunt, dicentes  
 hōpitē de ipſius patre ſcificari: que puellari-  
 ter gauſa Iacobi aduentu, rogabat quisnam &

mide ad eos veniret, ex cuius re causa: addone optare se ut possent illi gratificari, quacunq; re opus haberet. Iacobus vero non tam cognatione aut huic affectu quam insigni puella forma captus, obstatuit, ut qui per paucas viderat pulchritudine huic conferendas. Mihi, inquit, tecum ex cum tuo patre, si quidem Labani es filia, antiquior intercedit necessitudo, quam sit vel tua etas vel mea. Tharros enim Abrahamus, Aranes, ex Nachores fuere filij. ex his Bathuelus natus auctus Nachoris fuit filius: Abrahams vero ex Sara Aranis filia Isaacus, meus pater: est ex propinquior ac recentior necessitudo, qua sumus mutuo denincti. Rebecca enim mater mea, Labani patris tui soror est, eodem patre ac matre genita: itaque consobrini sumus ego ex tu: ex nunc venio salutarius vos, cognationisq; officia, ita ut per est, renonaturus. At illa memor eorum que de Rebecca ex patre, ut sit, audierat, sciensq; paretes desiderare aliquid de ea cognoscere, pra amore patris lacrymabunda rust in collum eius, complexoq; iuvene: Optatisimam, inquit, ex maximam voluptatem affers patriam. Non cum tota familia, qui nunquam matris tuae obliuiscitur, crebram illius mentionem facies: euntq; Rachel Jacobum cum quantavis felicitate nobis permutebant, sed haec ret. Tum iubet ut est vestigio se ad patrem sequatur, neinde diutius cum hac voluptate fraudet. His sculpatus dictis adduxit eum ad Labanum: ex agnitus ab illam

amunculo, tum ipse fuit securus iam apud suos,  
 tum illis inexpectato aduentu magna voluptate  
 attritus. Post aliquot autem dies Labanus gaudere se quidem eius presentia magis quam  
 verbis exprimere posset aiebat, rogabat tamen quantum  
 obrem venisset relictis parentibus etate confectis,  
 & qui ipsius obsequijs agre carerent: pollicebatur  
 etiam benignitate ex operam suo in quaquam  
 re opus haberet. Iacobus vero totam ei causam  
 recensuit. Isaca esse filios geminos, se & Esau:  
 dum quia fraudatus sit patris fausta impreca-  
 tione per matrem arteva in se translata, cupere se  
 interimere, quasi raptorum principatus a Deo de-  
 stinati, & reliquorū votorum paternorum. Hanc  
 esse causam sui aduentus, & mandata matris,  
 praesertim cum omnes sint inter se consanguinei,  
 sed propiore gradu mater. Sperare se in rebus  
 angustis post Deū presidiū maximū in auen-  
 tio repertur ī. Labanus contrā omnē illi humani-  
 tate pollicetur, tum propter cōmunes annos, tum  
 etiam ut affectū sorori absentī debitū erga ipsum  
 praesertim declararet. Velle se enī gregi suorū ma-  
 gistris præficere: & quando ad suos reverti li-  
 buerit, nec indonati nec inhonorati abiturunt,  
 quemadmodū tam propinquè cognatum deceat.  
 Ad hanc Iacobus, se vorò libenter accipere con-  
 ditionē quam unius laboriosam, sed aequum esse  
 mercedis loco filii dari. Racheles conjugum, quā  
 & ipsius virencie causa diligenter, & quia eius

opera in eale hospitiū sit introducta. Tum amor enī  
puella cogebat cū hāc mentionē inūcere. Ibi La-  
banus ipso vultu latitū praferens, eius petitiō-  
ni assuit, negans sibi optaturē generū potuisse  
contingere: sed opus esse ut aliquando secū ma-  
neat. In Chanaanā enim non missurū filiā, quia  
et sororis in tam longinquā regionē nuptiā da-  
re propemodum pauciter. His affectiōe Iacobo,  
de septē annis est cōnīctus: tot enim voluit servire  
mercede apud sacerdōtē, ut dato virtutis specimi-  
ne, magis cognosceretur quam vir esset. Ceterū  
elapso praestituo tempore Labanus epulū nuptiā  
apparatus noctu vero nō sentiēte Iacobo indu-  
cit in thalamū alteram filiā Rachē de maiorem  
natū, facieq; non admodum liberali. At ille vino  
et tenebris fallentibus, congressus est cū ea: luce  
deinde cognito errore expostulanit cū Labano.  
Ille venia perebat necessitatī, qua cōpulsus hoc  
fecerit. Nō malitiosē, inquit, Liam supposui, sed  
confactudine regionis tristis cogente: nihil tamē  
hōc obseruit Rachēis coniugio, sed dabo eam tibi  
videnti ac sc̄eti post alterū sepoenū. Pessus est  
hoc sibi perfuladeri Iacobus, nec enim aliter fa-  
cere poterat amore puella denūctus: et exacto

*Errat Ioseph* cere poterat amore puella denuncias: & exacto  
altero septennio Rachelēm duxit. Erant autem  
vix, non ambabus famula addite à patre, Zelpha Lise,  
*n. fuit sep* Racheli Bala, nequaquam ancilla, sed dita can-  
trenum: sed Liam male habebat amor mariti, quo  
sed septi fororum prosequebatur, expectabatq; post pri-  
1770

tum se fore in pretio; sed; afflictus precibus de  
Deo contendebat: cumq; puer masculus natu-  
esse, et matrona ob hoc propesior in ea factus;  
Rubelus nominatus, qui sibi miseratione divina  
intelligisset. Sic enim interpretatur hæc vox.  
Aliquanto post nascuntur ei tres alii: Simeon,  
quod significat excorabile ei fuisse Deum: Levi,  
quod est firmator societatis: Iudas, quod est gra-Gen. 30  
ciarū ethio. Rachel autem veritate propter fa-  
cunditatē fororis deterioriā apud maritum condi-  
tione esse, inbet formulam suā Balā cum Iacobō  
cabaret ex ea nascitur puer nomine Dan, quasi  
dicas, Dei indicium: et aliquanto post alter no-  
mine Neptishalim, ac si dicas artificio sum: quod  
mater arti certaverit cum forore fecunditate.  
Idem mox et Lia facit, sororis arte contra eam  
ipsam usq; deducit fratrem formulam in sui mariti  
accubitu: ex ea quoq; nascitur filius Gadas for-  
miciū significante nomine: et post eum Aser, quod  
sonat beatificū, quod madā facunditate se Lia  
duceret. Porro cū Rubelus filiorū Lia maximus  
mandragora mala matri afferret, Rachel hoc  
viso cōcupinat hunc cibū, partemq; a forore pre-  
cario petyt. Illa rero denegante, inventaq; con-  
tineā esse, quod honoris prerogatiō apud com-  
muniē mariti haberet: Rachel mitigatione indi-  
guationē fororis, ait se illis virum cessuram in se-  
quentem noctem: quam gratiam altera libenter  
accipiente, Deodorus cum Lia subiunxit Rachel

lis gratiam. Rursum igitur ei filii nascuntur. Iessachares, quod nomine significat ex mercede rotum. & Zabulon, quod significat pignus benevolentie: preterque filia Diva. Tandem etiam Rachel peperit Iosephum filium: ea vox significat idem.

**Gen. 31** ditam est. Hoc tata tempore, quod fuit annorum viginti, pascuis sacerdos & gregibus praebebat: quo exacto, aquam esse aiebat, ut cum uxoribus ad suas revertere. Sacerdos vero non permittente, clam hoc facere cogitabat: portentabatque animis macrum, quomodo latrare essent, peregrinatione. Quibus dum gratum hoc esset, Rachel sagillis etiam deorum patris religionis sublatis, una cum sorore fungiebat: simulque retrorsusque liberi & famili cum suis filiis, aspercati etiam totis quantitatibus facultibus. Abducobat etiam Iacob dimidium pecorum, priusquam Laban rescidre posset. Sigilla vero deorum fecit ferebat Rachel, quod deos toleret, querens contemptum a marito disincerata, et furata, sed ut si forte patet fugientes, assequeretur, habuit idole liberet quod confugeret manus impetratur ad laborem, discissu, indigatus persequebatur eum.

imo post annum validus magus. & septima deinceps die deprendens, 3 diei seru, ab omni vi se continebat, per noctem vero Deus in sonnis illi visus retulit ne quid in Cnes. 3 deprehensionem in fuga generum cum filiabus diperiret, praecura confidet, sed postea fudens iugum feriret;

feriret: nōne paucitatem fugientium cōtempneret,  
 alioqui se illis propugnatores futurum. Sequēti  
 nōrō luce Labavis Jacobum ad colloquium euo-  
 eat, non dissimulans oraculum: cumq; ille fidei  
 eius se commississet, cœpit hominē accusare, ex-  
 probrās quod pauperē omniumq; egenum susce-  
 posset, & de suis facultatibus abunde ipsi suppe-  
dīcasse. Propreterea filias, inquit, tibi cōmuni-  
 putans hoc pacto benivolentiam erga nos tuam  
 fone firmiore: tu vero neq; matrē tuam & con-  
 spūvem sanguinē, neq; uxores apud nos ducitas,  
 neq; liberos quorum ego annos sum, remittit uon  
 alicet quā hostē me tractasti: rapuisti mea be-  
 na, filiabus ut parentē fugerent auctor fuisti, sa-  
 cra patria domū tecū portasti, & apud maio-  
 res meos & apud me in summa veneratione ha-  
 bita: & qua rix hostis hosti faceret, su cognati-  
 bus, è fratre nepos, genet, hospes ac domesticus  
 concitor mihi fecisti. Jacobus cōtrā profētā affe-  
 rebat, nō sibi soli, sed omnibus esse inmatū patriæ  
 desideriū, equumq; ut post canti tēporis moras  
 rande ad eam reveratur. Quod nōrō preda in-  
 quid, abacta crimen obijici, ipso iniustitia sub  
 alio indice damnareris. Cām enim gratiā mīhi  
 pra facultatibus tuis cōfornatis & auctis der-  
 beas, an nō iniquitō est agreferre, quod partē ea-  
 rū radicā usurpaueris certè quod ad filias ac-  
 cepis, scito nō hoc ladandi animo à me factū, sed  
 claretat cōtingat hoc esse officium: sequim-  
 .....  
 e s i n t

oratio  
 ban ob  
 gatona  
 labi

Respon  
 Jacob

zur igitur non tam me quām suos liberos. Hac  
 pro se. Retorquunt deinde accusationem in  
 ipsum, quod amiculus ac fecerit donis mandatis  
 cum per amos x. v. vexaverit: ex illa quidem  
 que nuptiarum spe tulerit: quamvis per se gra-  
 mia, sibi tamen leuiora fuisse: qua vero postea  
 fecuta sunt, multo grauiora, que nemo nisi bene-  
 volus perferret. Etenim Labanus valde iniquus  
 Iacobum tractaverat: videns enim eum in omni-  
 bns rebus à Deo adiuvari, pollicebatur eis datur-  
 um se futuros factus, modo quicquid allum na-  
 sceretur, modo quicquid nigrum: cum vero magno  
 numero nascerentur qua Iacobus destinata essent,  
 non seruabat fidē in præsens, sed in proximè fo-  
 quentem annum promittebat, quod esset ad rem  
 attētior, promittens quidē eo quod non speraret  
 tantū prouentū, ac mox ubi pronenerat fallens:  
 sacras tamen effigies permissem est inquirere.  
 Rachel autē cognito patrē permissa potestate  
 uellet, deponit sigilla in sarcinā camelī qua  
 ipsa vestibatur, sedebatq; desuper, dicens se me-  
 stris laborare: ex Laban destitit amplius in-  
 quirere, credens filiam sic affectā non fuisse fa-  
 tris propius accessitram. Post hac offensa venia  
 pollicetur, vicissim alter amore filiarū, idq; iure  
 iurādo sanciente. Hoc fidus ieltū est super monte  
 quodam, ubi columnam erexerant arā species  
 unde Galades colli nomen factum, a quo Gi-  
 ladena terra est dicta. Post fundus communio cele-  
 brato,

brato, Laban ad sua rediit. Iacobo autem in Chanaanam iter captum prosequenti visiones obueniebant, bonam spem in posterum suientes: cui  
 loco Dei castra nomen iudicat. Volens autem scire Gen. 32  
 animum fratris erga se, premisit diligenter cum  
 Etia exploratores, timens eum propter veterem  
 suspicionem: quos ita fratrem insit allegui. Vlro.  
 se patriam reliquisse, ne cum offenso fratre de-  
 geret: nunc credere tantum tempore spatium satis  
 valere ad reconciliationem, ideoq; redire cum  
 uxoribus ac liberis & facultatibus industria  
 quiescatis, ut se & quicquid earum haberet illi de-  
 dat, quandoquidem nihil feliciter existimat quā  
 ea que Deus largitus est, cū fratre habere com-  
 munia. His nuntiatis Esau vehementer exhibita- Gen. 33  
 ratus, occurrit fratri cum CCCC. armatis. At  
 Iacobus, audiens eum obsiam properare cum tot  
 armatis, extimuit vobis. Deo tamen feratorem  
 fatus prouidebat pro tempore ne quid detrimen-  
 to acciperet; utq; suos atrinaria defendoret. Di-  
 stributo igitur agmine alios procedere iussit,  
 alios propere subsequi: ut si quis primos aggre-  
 deretur, ad sequēs agmē haberet refugii: et hoc  
 modo instructis qui circa se erant, premitis  
 quosdam ad fratre cū muneribus: ea constabat  
 sumētis multisq; ac varijs quadrupedib; acci-  
 pienti placitatis propter raritatem: minabant  
 item alijs post alios, ut crebrius occurrētes plures  
 quā primumc; videbātur: ex crebitate eras do-  
 nis

nus placatum remissum iram, si qua adhuc esset  
reliqua: quin et illud mandatum est praemissis, ut  
blande hominem alloquerentur. His ita per totam  
diei dispositis, noctu mous agmine. Cumque lobac-  
chum torrente traxissent, Iacobus aliquantum ab  
agmine relictus incidit in lucida cum spectro, ipse  
ob cum prior lacesitus: eratque superior. Exclamat igitur  
mactum virtute, qui non quavis aduersarium,  
sed angelum Dei vicerit: idque illi esse magna felicitatis presagium: genuique eius nunquam defore, pecunias  
nullas unquam humani viribus posse opprimi iusseratque; illum posthac vocari Israele, quod Hebreis  
angelo relunctante significat. Hac sunt predicta

Iacobus, id ipsum roganti. Cum enim sensisset an-  
gelum esse Dei, precatus est ut ex eo fatum suum  
o relochia cognoscere liceret. His dictis spectrum euauit. Ia-  
cobus vero latens auditus, imposuit loco nomen  
Phanuel: id significat Dei facie. sed quia latum  
meru inter lucidum Iesum, et ipse post eo cibo  
abstinet, et nobis illo propter eum resci non lo-  
set. Cognito vero fratre iam non longe abesse, in-  
bet vocares procedere per se quamque: cum pedissequiu, ut e longinquu spectaret pugnam virorum, si eam  
frater mallet: ipse propior factus adoravit fra-  
trem, non male de se cogitantem. At Esau: eo  
salutato, interrogabat de turba mulierum ac puerorum:  
et cum didicisset omnia, volebat eos da-  
duere ad patrem. Iacobus vero excusante la-  
stadinem numentorum, resuersus est in Scirā: illic  
enim

enim habitabat, vernacula lingua Ioco ab hirsute sua denominato. Iacobus autem peruenit ad Scenas quas vocat, vetus nomen adhuc retinetes: inde profectus est Sicima, quae est urbs Chanaorum. Et cum esset celebritas apud Sici- Gen.34 mitas, Dina unica Iacobi filia venit in urbe ad visendum cultum mulierum eius regionis: qua rō sa Sychemis Emmoris regis filius, raptus et stuprum obtulit: ex correptus amore patrē suum rogavit, ut puellam uxorem habere liceret. Ille more ei gerens, venit ad Iacobum, rogans ut filio suo Dinam in matrimonium collocaret. Iacobus vero qui neque negare poterat propter maiestatem rogantis, neque fas putabat alienigena filiam impum tradere, deliberādi spatum poposcit, Rex sperans Iacobum assensurum, abiit. Ille vero indicata filijs iniuria sororis. ex Emmoris petitione, iussit eos consultare quid facto opus esset. Maior pars hærebat incerti quid esset agendum. Sameon vero ex Leuis uterini puella fratres tale consilium inter se capiunt. Observato festo die quo Sicimite voluptati ex coniuicis operā dabant, inuasis nostru custodibus sopitos contrudicant: atq; ita facile urbe potiti, mares uniuersos interimunt rīa cum rege ac filio, solus parcebant sc̄minis: quo facinore citra cōsensum patru perpetrato, sororem rediunt. Iacobum autem ob- Gen.35 stupefactum audacia tanta filiorum, indigneq; ferente, Deus per risum bono animo esse iussu, instrare

lustrare ceteriora, sacrificiumq; quod olim post somnium illud in profectione Mesopotamica roverat, persoluere imperat. Itaq; dum lustrat, incidit in Labani deos: nesciuerait enim Rachelens eos furatan. His apud Sicima defossis in terrana sibi quadam queru, profectus inde sacrificauit apud Bethela, vbi somnium illud diuinum visiderat, iter faciens in Mesopotamiam. Progressus deinde in agrum Ephratanum, Rachelem ibi ex morte partu mortuam sepelit, Volans monumento cognatorum in Hebronē no illatam. Quam quinque annis ap mirum in modum lugeret Infantulum nomina, Beniamin, eo quò doloris causa matri fuerit. Atq; hic est filiorum Iacobi numerus, mares duo et pater sex, duo è Rachele: quatuor vero è pedisquis, è uxoris xxviii. singulis duo: quorum nomina iam dixi. Inde accas histori venit Hebronē in Canaanā siccam, vbi Isaac habebat: Nes diuturnus fuit eorum cōūctus.

Mors Isaci, & sepultura in Hebronē. C A X I X.

**Cen. 35** **R** Ebecca enim iam ante defuncta, Isaac quoq; eam sequitur, non multo post filij Mors et sepulturam: ex sepultue est à filiis iuxta uxorem in Hebronē, in monumento parentum suorum. Fuit autem Isaac vir Deo charus, et magna prouidentia dignus ab eo habitus, post Abram patrem: valde longo etiam tempore vixit. Mortuus est enim exactis cum virtute annis octuaginta quinque supra centum.

que uasat

FL. JOSEPHI ANT<sup>IC</sup>  
 QVITATVM IUDAIC<sup>UM</sup>  
 CARVM, LIBER  
 SECUNDVS.

Quomodo Esau & Iacobus Isaci filij diuiserunt  
 habitationem, & quod Esao Idumaea, Iacobo  
 Chananaea contigit. CAP. I.

**D**E FVNCTO autem Isaco, filij  
 partiti sunt inter se habitationem,  
 nec uniuersa paternam retinuerunt:  
 sed Esau Hebronē fratri concessa Gen.38  
 habicavit in Sairā, & Idumaea dominatus est a  
 seipso denominata. Adomus enim cognominatur  
 ab causam talem. Olim adolescens etiam  
 sum reversus à veratu fame lucus offendit fra-  
 trem coquētem sibypsi in prandium lenticulam  
 rubentem colore, quo magis etiam excitatus, ro-  
 gauit ut expeditum sibi cibum traduceret. At ille  
 adiuuante fratri fame ius primogeniti pro ciba  
 dare cum cōpulit: coactus enim inedia, cessit eō  
 sum, ius, interposito iurestrando. Ob eius cibū  
 colorem a collatoribus adolescentibus Adomus  
 est per ludibriū cognominatus. Adomus enī  
 Hebraic signifikat rubens: id nomen post in re-  
 gionem ipsius ditionis est deriuatum, quod Gra-  
 ci in mollius deflexerunt, Idumaeam dicendo. Ge-  
 nuit autem filios numero quinq;  
 ex his Iauis, Io- Gen.36  
 lamus, & Coreus eadem matre Alibama nati:

ex reliquis duobus Aliphaxem Asa, Raguelum  
Mosemetham peperit. Hos filios habuit Esau.  
Aliphax etem quinq; legitimi filii fuere, The-  
manus, Omerus, Ophua, Iothamus, Oceanus.  
Nam Amalecus erat notus, è Thana cōcubina  
genitus. Hi habitauerunt Idumæa regionē que  
Gobolitis dicitur, & eam qua de Amaleci nomi-  
ne Amalecitis est appellata. Quondam enim late  
patente terram Idumæa nomen cōpletebat, &  
cūus partes à primis colonorū inductoribus de-  
nominate appellationes eas postea retinuerunt.  
Quomodo Iosephus Iacobi filiorum natu tripli-  
mus propter somnia futuræ sūt felicitatis præ-  
dictionia in fratrum inuidiam incurrit. C A, I I.

Gen. 37

**I**acobus autem ad tantā felicitatem peruenit,  
ad quam vix aliis quisquam: nam & opis  
bus excellebat inter eius regionis homines, &  
propter filiorum virtutes beatus erat ac conspic-  
cius: nihil enim ei deerat, sed industrij fratre  
omnes, & generosa quadam fortitudine simul ac  
prudentia prædicti. Tantam autem ipsius felicitati-  
tis curam gerebat celeste numē, ut etiam ex re-  
bus (sicut tum videbantur) aduersis maximorū  
bonorū occasiōnē præberet, & per ipsum eiusq;  
liberos parentibus nostris viam ad exitum ex  
Aegypto præstueret ac præmuniret. Iosephum  
è Rachele sibi natum pater tum ob corporis præ-  
stantiam, tum ob animi virtutē (erat enim præ-  
dentissimus) præ ceteris liberis amabat: is pa-  
rentis

sentis affectus eodium & inuidiam fratrum in  
 eum provocauit: accesserunt & somnia, quæ sibi  
 visa patri ac illis indicauit magna felicitatis  
 prænuntia, quæ res etiâ coniunctissimos ad amu-  
 lationem facile concitat. Visiones autem Iosephi  
 fuere tales: Missus cum fratribus à patre ad col-  
 ligendas fruges messis tempore visionem vidic  
 que non poterat existimari r̄ma ex istis vulga-  
 ribus quales in somnis obuersari solent, eam ex-  
 perrectus fratribus interpretandam narravit,  
 dicens visum sibi præterita nocte suo tritici ma-  
 nūculum stare loco, illorum vero manipulos ac-  
 currentes adorare eum: quod videbatur & amplam  
 fortunam ipsi prænuntiare, & frates quo-  
 que in eius potestate futuros. At illi nihil late  
 Iosepho sunt interpretati, dissimulantes se intel-  
 ligere, sed taciti precabantur irrum fieri praesa-  
 gium, ipsumq; maiore etiam odio prosequeban-  
 tur. Dene autem aduersus eorum inuidiam con-  
 tendens, alteram visionem Iosepho immittit,  
 priore magis mirabilem. Vidit enim solem cum  
buna & undecim stellis descendere in terram,  
& adorare ipsum. Hoc somniū in praesentia fra-  
 trum, jubil. malis de illis suspicatus, patri indica-  
 uit, rogans: ut interpretari dignaretur, quod ei  
 non mediocri fuit voluptati. Praesagium enim  
 somniū colligens, & sapienter eueniū coniiciens,  
 gaudebat eo quod' ingens filio felicitas portentis  
 videretur: euenturum olim tempus quando tam

à parentibus quam à fratribus adoratione dignus haberetur. Intelligebat per solem ac lunam patrem & matrem, quod ultra augeret omnia & aleret, alter formam rebus & vim inderet. Porrò stellarum nomine fratres accipiebat, tunc quod numerus non discreparet, tunc quia vim à sole & luna habeant: Et Iacobus quidem talen interpretationem non imprudenter attulit. Fratres autem Iosephi valde contristauit id praesagiū, haud aliter quam si alieno cuspiam hac felicitas portenderetur, ac non fratri, cum quo pariter omnibus fortunis fruis possent, tam felicitatis quād generis socij: decreveruntq; adolescētem tollere: & hoc cōfilio comprobato, frumentis iara collectis, contulerunt se cum pecoribus in Sicīma agrum pascuū per commodum, non præmonito patre: atque ibi pastoriciis curas obibant. At ille nemine à gregibus veniente, nec certi quicquam nuntiante, de filijs sollicitus ac marent, mittit Iosephum ad greges, cognitum res fratrum, & quid agant remittiaturum.

Quomodo Iosephus in Aegyptum venditus à fratribus illustris ibi factus est, & fratres tandem in sua ptestate habuit. C A P . I I I .

Gen. 37 II. Ii autem viso fratre aduentate grantsi sunt, non ob aduentum germani à patre missi, sed tanquam inimico in manus suas à Deo tradito: volebantq; confestim eum interimere, neq; presentem occasionem elabi finere. Rubelus autem

libe

soph

inter

inter hos nam maximus iudicis eorum cōspirasse,  
 combatatur. impetum eorum temorari docens quā-  
 cum facinus molirentur; & qualiteram intimidiam  
 parerunt. Nefaria rem haberi tam Dei quam  
 hominum iudicio caderem hominis vel non cognos-  
 cit; sed lēge sceleratus esse nos & fraterna eos de-  
 prehendit, quo sublato etiam in patrem eam in-  
 iuriam redundatur, & matrē quoq; in luctu  
 ac diram orbicularem conjecturos. Hos respiceret,  
 reputantesq; quantā eis calamitatē allatura sit  
 mors filij, tum probi tum natu miseri, abstine-  
 rent à tam nefaria scelere. Deum quietiam ve-  
 terentur spectatorem ac testē consilij contra fra-  
 trem initi: Inunc si à coepio desistat, accepturum  
 eorum penitentiam atq; resipiscientiam: si per-  
 gravat, fieri non posse quin exigat ab eis paricidij  
 poenas: cūm nihil ipsius prouidentiā latere pos-  
 sit, sine in solitudine admittatur, sine in ciuitate.  
 Vbicunq; enim sunt homines, existimandus  
 ibi Deum quoq; adesse. Sed & propriam con-  
 scientiam post tantum scelus illis adversariam  
 fore, quam nunquā abire, siue bona sit, sine talis  
 qualis ipsorum foret, si fratré interficerint. Ad-  
 debat, ne lazo quidem fas esse germanū occidere.  
 Satius esse dare veniam amicus, sicubi nō fecisse  
 officium videantur. Iosephum vero ne peccasse  
 quidem in illos, cuius etas miserationem potius  
 mercatur, & illos ipsos tutores ac protectores.  
 Causam etiā facinus eorum granaturam,

si videatur ob iniuriam futuræ felicitatis ei viæ ademisse, qua felicitate propter cognationem ipsius quoq; frui licebat. Debere enim ita existimat, sporum esse quicquid Dei. Iosepho largitus facit. Preiude cogitandum eo: graviorem fare indignationem Dei, se cum quem ipse omni bona fortuna dignum iudicasset interimendo, materiam diuina beneficentie substrinxerint. Hec Rubelus & his plura cōmemorans conabatur eos abstergere à paricidio. Postquam autem nihil se proficere videt, sed omnino ad eadem accusos, consulebat ut saltē modū necis mitiorem eligerent. Dissuasisse quidem se primū pro virili, sed quandoquidem semel decretum sit fratrem tolli, minus male futurum si suo consilio pareant. Sic enim voluntatem eorum habituram effectum, leviorens tamē ac minus malum, si ad eadem conferatur. Satius esse temperare à manibus, & projectum in proximum puteum illic extingui sinere ut saltem manus purus seruarent. In hanc sententiam istum est, abductumq; adolescentem Rubelus fune religatum demisit sensim in puteū erat enim satis sicca. Quo facto ab eo passa quesiturus.

**B II.** Iudas autem viuis & Iacobi filius, conspicatus negotiatores Arabas Ismaelicis generis, aramaea & Syriaca merces deferentes in Aegyptum à Galadena, profecta iam Rubelo consilium dedit fratribus ut extractum Ioseplinum renderent Arabibus. & illam enim hoc pacto alegatum  
apud

apud exteris moriturum, & se impollatos per-  
mansuros. Quo approbato, eximunt eum, &  
negotiatoribus vendunt viginti mīlii annos se-  
p̄emdecim natum. Rambelus autem noctu ad pa-  
rēam veniēs iascijs fratribus fernare Iosephum  
voluit: quo fruſtra inclinato ſuſpiciatus per  
ſuam diſtentiam interemptum, frātres incuſa-  
bas, cognitoq; quid accidisset, lugere dēſiūt. His  
perpetratis frātres conſultare cuperunt, quomo-  
do patris ſuſpicioꝝ à ſe alienarent. Placuit tan-  
dem timicant qua induitus Iosephus ad eos vene-  
rat, quāq; deniſendo in putoꝝ detraxerāt. La-  
ceratam prius ſanguine hircino inficere, atq; ita  
patri allatā ſtendere, ut à feris devoratū puta-  
ret: quo factō venerant ad ſenē, non ignarum da-  
infortunio filij. Aiebant autem Iosephi quidem  
neq; vidiffe ſe, neq; ſcire quid illi acciderit: tmi-  
cam tamen hanc inueniſſe lacerā & cruentā:  
quāq; p̄brē ſuſpiciari beluarum in curſu periffe, ſi  
dāmen eam inuidia dimo extinerit. Iacobus autē  
qui bacillus tenius malū ſperaverat, captiuus  
aliquo abducētā puerū, opinionē h. ac iactu abie-  
tit, p̄videns argumentū nocti tunc datus: agnoi-  
ſebat enim eam: eſſe qua induitū misera: iactu  
hanc aliter quā extincio ſe afflittant, lugebat  
tanquam vniuersitatem, diuorum conſolationem nō admis-  
tens, quod nihil debitaret. In itinere à feris de-  
notatum. Sedebat ergo facio amictus, & neque  
filij conſolando qui quām proficiebant, nec ipſe

quā  
ue no  
tus ſi  
Iofeph

luctum satietate remittebat. Iosephum autem de  
 negotiatoribus emptum Petepires vir Aegy-  
 ptius quis Pharaonis coquus praeerat, habuit le-  
 beraliter, quem ex disciplinis ingenuorum eru-  
 diendum curauit, & victu cōmodiore quā pro  
 seruili condicione uti pracepit: deniq; totius do-  
 mus cura proposuit. Ille vero fruobatur cōcessis  
 uac tamē innatam virtutē propter hāc fui sta-  
 tus mutationem amisit: docuiq; prudentiā ad-  
 versantis fortune nō succumbere, si quo ea legi-  
 time, & non secundis tantum in rebus: reatura.  
 Herilis enim uxori cum dexteritate eius, tñ for-  
 ma in amorem illecta, rataq; se rem aperiret fa-  
 faciliter eo posituram, & in parte felicitatis ha-  
 biturum si cōtingeret ab hera se rogari, iestimā-  
 cum magis ex presenti condicione quam ex im-  
 mutabili morū generofitate, cōcupiscentia dete-  
 ūta mentionem de concubitu facia. At ille preces  
 eius repulit, nefas dicens talē ei gratiā referre,  
 qua cum tamē benigno domino cōtumelia ex in-  
 suris cōfusa esset: quin ex ipsam tortabatur  
 cum hera: morbo suo repugnaret, neq; ī unquam se in  
 hac re illi obsequuntur. Dūsuerit spectare, quo  
 potiri nō licet: sic enim fore vt mala cupiditas  
 facile sedetur. se quidvis potius perpeſſimū, quā  
 vt huic eius volūtati pareat: quānū enim adver-  
 sari hera servū non deceat. ipsam tamē rei fu-  
 ditatem reclamare ne quid tale admittatur. Il-  
 lan vero xepulsa magistris accēdebat; quid  
 non

nōn putaret Iosephum pernegeretur: cū non def-  
fante morte, secundas illi machinas admovere,  
cogitat. Ergo publico festo mēstante, cuius cele-  
britatem fieminas quoq; frequentare mos erat,  
singit morbi apud maritū, captans solitudinem,  
et ad Iosephum sollicitandum opportunitatem:  
quā nocta supplex blađicijs talibus eum adori-  
tur. Satius quidē erat primis precib⁹ non repu-  
gnātē cedere idq; vel dignitati precāis deferre,  
vel amoris rebemētia, qua cogēte oblitera me do-  
minā ad tamen abiecta verba descendit: sapies ta-  
men si vel nunc cedes, et prius erratum corriges;  
sive enim iterū rogari expectabas, iā facio ac-  
curatius etiā quām ante: nam et agitudinē ad  
hoc fuxi. Et festi latitiā tua cōsuetudini post-  
habui: sive prius diffidebas, non tentari te malā-  
tiose certo argumēto colligere potes, quia in ea-  
dens voluntate persisto: quare aut præsentē valo-  
ratem elige, et amāti obsequere, maiora etiam  
commoda expectas: aut odium meum et rapidi-  
tatem, si mee gratia castitatis opinione præferes.  
Nihil ea te innabit, nisi crede, si ad maritū te  
deferā, et de stupro me appellatā dicam: quam  
sumlibet tua veriora fuerint, meis verbis maio-  
rem fidem habitorus est Petepires, quām tuis.  
Ad hac verba lacrymasq; verborum testes, nec  
miseratione induci, nec terrore cogi potuit, quo  
minus perstaret in suo pudicitia proposito: con-  
stanterq; restitu intentiā iniusta afflictione,

maleſ' acerbissima quaq; ſufferre, quam oblatas  
 perfrui: non ignarus iusto ſe dignum supplicio, ſi  
 quicquam tale in mulieris gratiam admitteret.  
 Ipm̄ quoq; officiū ſui momuit, iuriuq; coingalit  
 ac confuetudinis, iubens hanc maiorem habere  
 rationē, quam momentanea libidinis: huic enim  
 preſto eſſe paenitentiā, qua factū quide doleat,  
 infectū tamē reddere non poſſit: ad eſſe Crimo-  
 rem continuū, qui pro magno habeat non poſſit  
 ſuum dedecus: at coniugalē confuetudinē & vo-  
 luptatē habere ſecurā, & conſientia fiduciā an-  
 tam apud Deum quam apud homines: quin &  
 condicibilius eſſe, ſi impolluta manēs habeat ſe-  
 berili iure ſubditū, potius quam flagitiū cōmuniſ  
 conſciū: ſatiuſ enim eſſe conſientia recte facto-  
 rum, quam peccati latebris fidere. Huic & alijs  
 ſimilibus verbiſ mulieris impetu retinendere cona-  
 bitur, eamq; à praua affectione ad rationis ar-  
 bitrium reuocare. At illa velimenterius instabat,  
 & cum verbiſ nihil proficeret, in eius manibz  
 hominē ad obsequiū cogere nidebat. Ibi vero:  
 Iosephus intēperias mulieris ulterius nō ferēs,  
 relata etiā interula ex qua retinebatur, proſiliſ  
 ē cubiculo. Illa partim repulſa dolore, partim  
 metu, ne ſuam petulātiā maritus cognoſceret,  
 decreuit prior Iosephū falſo deferre, & hoc pa-  
 elo vindictā de eo sumere, digni muliebri aſtu-  
 rata rata, ſi accuſationē preoccuparet: itaq; ſedou-  
 bat mores ei perturbata, qui erat dolor plorans.

ſtrata

stratum libidinē, esse indignationē tēcatae pudi-  
 citie simulans. Marito autē reuerso, & ad hunc  
 aspectum turbato, causamq; scit ante: Ne viuas,  
 inquit, marite, ni scelestū seruū, cubile tuū via-  
 lare conatū, digna pena multaueris, oblitū &  
 qualis in ades nostras venierit, et quāta benuo-  
 lentia sit à te cōplexus: qui ingratissimus habē-  
 das ni omnibus modis frugi se approbaret, ne à  
 coniugio quidē tuo iniuria abstinuit: idij die fe-  
 sto obseruat a absentia tua, ut facile apparet,  
 modestiam quāta primus pri se ferebat, ab herili-  
 metu, non ab indole recta profectā. Quod ut au-  
 deret, à te praece spem ac meriti indulgēte cor-  
 ruptus est: vidēs enim omnia tua bona fides ac  
 dispēfationi sua credita grandioribusq; cōseruis.  
 se propositū, aquam putavit uxoriē quoq; tuam  
 attrectare: & ut verbis fido n̄frueret, protulit  
 tunica, quāsi in collatione relictā. Iosephus  
 audiens nichil oratione ac lacrymis mulieris, &  
 coniugis amori plorū aqua tributis, omissa am-  
 pliore veritatis inquisitione, collaudata prima  
 uxoris fide audaci facinoris Iosephū damnum  
 de maleficorū carcerem consecit: ob uxoriūq; pre-  
 dictiā amīnagis sibi placebat, testis iam cōpertus  
 ipsius honestatis. Iosephus autem innocentiam. 111.  
 suam Deo committēs, neq; se defendere curāvit, Gen. 40  
 neq; rem ita ut gesta erat indicare: sed vinculoz  
 sum necessitate tacitus fērēs, una spē cōsolabu-  
 dor, vīnitam potentiorem esse Deum bis qui se-

vinxerat, cuius prouidentia cofestim est exper-  
 tes. Cuius enim carceris tum fidem eius ac dilig-  
 gentiam in absoluendis operū pensis considerans,  
 tum formae dignitatem, soluit eum à vinculis,  
 eamq; misericordiam aliquanto leuiorē reddidit: vi-  
 etu etiam cōmodiore quā reliquos vincitos rati  
 permisit. Ceterū his qui in eadem erant erga-  
 stulo, quoties labor intermitteretur, cōfabulan-  
 tibus ita ut solent misericordiarum socij, & inter se  
 causam damnationis percontantibus, pincerna  
 guidam regi charus, per iram ab illo ad compa-  
 des dammatus, familiaritatem cum Iosepho con-  
 traxit: & quia prudentem existimat, visus  
 somnium ei exposuit, oras indicaret si quod sub-  
 esset prasagium, deplorans suum infortunium,  
 cui non fatus erat regis indignatio, nisi per quietem  
 etiam somnijs diuinitus turbaretur. Aiebat  
 enim se in somnis viduisse trium, palmitum viti-  
 mas è singulis eratas pendere grandes iam &  
 vindemia tempostinas: easq; se exprimere, sub-  
 dente rege phialam. Colatum deinde mustum se  
 obtulisse regi, illumq; libenter bibisse. Narrata  
 hoc somnio rogabat, ut si quid scientia datū à  
 Deo haberet, interpres visionis esse dignaretur.  
 Ille verò bono animo hominē esse iubet, & ex-  
 pectare intra triduum solutionem à vinculis, re-  
 ge ipsius ministerium requirente, ad quod ei det-  
 nus sit redendum. Interpretabatur enim xieta  
 fructum mortalibus in bonum r̄sum afficeret.  
quas

quando quidem eo conciliante fides ac amicitia  
 inter ipsos faciatur, & inimicitia dissoluatur,  
 adhac molestia meroresq; vniuersitatis discutian-  
 tur, pro quibus latitia succedat. Hunc ait in-  
 quid, manibus tuis expressum accepisse regem.  
 Seito igitur bonum tibi somnium oblatum, &  
 significare misericordia huic remissionem intra tot  
 dies, ex quo palmatione fructuā vindictasti in-  
 somnis. Tu vero memento mei postquam even-  
 esceas hanc famam predicationis non falsam ap-  
 probaveris: et iam liber ne despiceris nos in hac  
 misericordia, in qua relinquimus te ad preannuntiatā  
 hanc felicitatem discendente: nam enim sanctis in  
 hac vindicta sumus cōpulsi, sed ob virtutem ac  
 modestiam quasi malefici punimur, quod potio-  
 nem habuerimus honorem domini in qua verba  
 bantur, & tuis qui nos huc contristis, quae pro-  
 priam voluptatem. Atque ita pūcērās, ut pat-  
 eris, letus hoc interpretatione enī tum expen-  
 ëtabat. Alius vero quidam somnus pītoribus rea-  
 gōis propositus, in eisq; vindicta degēs cum pī-  
 cēra, ex tam fama Iosephi interpretatione spa-  
 concepera, quia & ipse somnium viderat, reges  
 cum quidam sibi quoq; preterea noctis visio-  
 portenderet: erat autem huiusmodi: Tria cani-  
 stra, inquit, supra caput balearum milii vidabar:  
 ex his duο panibus erant plena, tertiu ciborum  
 ex varijs edulis, quadiarēgibus apparari solēta  
 Denolentes autē ab his absumpsisse omnia, & ipsa-  
 licet

licet arcente nihil deterritas. His dicitis simila priori praesagiis expectabat. Tum Iosephus conjectura somni facta, praefatuq; quod mallet ei. latiora pranuntiare, quam qua somnum portenderet, dicit duos omnes dies, vita ipsi superesse, hoc enim significare canistra: tertia vero crucis suffixus ab aliis denotandus, quas a se arcere non posset. Nec aliter genita vobisq; quam ut Iosephus predixerat. Ad praescriptam enion in somniis diem rex nos alitum epulum celebrans, prapositum postorū in cricem egit: pincernā vinculis exceptū ministeria prisano restituit.

*Iosephus autem post dictum tempore in miseria carcere exactum, nihil interim ab ingratō pimētina adiutum, Deus eripuit tali via ad libertatem praestructa. Pharaoh rex cum eadē nocte in somnis duas visiones vidisset, pariterq; in interpretationē eamque, hanc oblitus, sola somnia retinuit, nihil latē nō cogere poterat significatio: cognovatisq; prima luce doctissimus. Aegyptiorū interpretationē requirebat. Ilis vero nihil explicantibus, tanto magis rex turbabatur.*

*Quo viso piofernā sibi recordatio Iosephi, eiusque in his genitis cōiecturis prudētia: et adētō nō agēti sibi oblata, eiusq; eadē in exta illius interpretationē: quodq; eadē die postorū prapositus crucis suffixus ētō magis fidē predictionibus eius isteūq; p. Vinculis vobis à Petephise ex: quorum*

*Gen. 41.*

quorū prefecto, cuius esset seruus: ipsum autē dicere, apud Hebraos se genero ac parētibus cum primis claris natū. Hunc, inquit, evocari iubeto, nō rē cōtempsons honoratē proper p̄fōntē misericordiam: clare enim significata somniōrū ex eo discere poteris. Confessum igitur accertitū rex, manuq; apprehēsum comiter his verbis alloquitur: Bone iumentis, quandoquidē te prudentem indicio famuli mei cognoui, enarrā somniōrū meorum Somnus p̄fōntia, quē admodū et illi enarrasti, rē gratissimam mili facturus. Causa autē vel metu quicquā supprimi, vel ad gratiā ac voluptatē loquaris: sed vera omnia, etiam si fortasse nō admodū lata. Visus sum mili secundū flumē inambulare, videreq; bones bene pastas ex bene magnas numero septē in flūtis ad paludes progredivi: et alias totidē à paludib⁹ obuiā eis factas, vel remēter extenuatas macie ac visu fiedas, quae cūm denorassent septem illas saginatas ex magnas, nihil tamē proficerant: miserè à fame vexata. Post hāc visionē experressus è somno surbarusq; dñs meū agito, quidnā fibi velint species per somniū obuerſata, obrepēte sensum sōpore granatus iteris obdormiri: iterūq; somniū vidi priore prodigies, quod me magn etiā turbat ac terret. Spicis septē videbam ab una radice enatas, fringe granatas et vertice pronas, mesuq; iā maturas: iuxta quis totidē alias spicas languidas ex prae roris inopia deficiētibus similes: Prodigium  
 qua

que cū illas alteras ingētes ac pulchras absump-  
tissent, attonitum miraculo me reddidimus. Ad  
hoc Iosephus, Sōnius hoc Rex, duplice licet spe-  
cie visum, nū tamē & cunctē eventū significat.  
Namq; & bones animal aratro & laboris na-  
tū, visa ab exilioribus denorari, & spica à de-  
terioribus absumpera, famē Aegypto & sterili-  
tatem ad totidē praniūtiāt annos, ad quod prius  
rēbūtatis felicitatē horumq; fertilitatē à totidē  
sequentiū sterilitate absumendā. huic ino-  
pienō facile videtur prospicere & occurrere id  
quod inde conīcio, quia macra bones denoratis  
pinguibus, satiari non potuerūt. Sed ista Deus,  
nō re terreat et cōrisplet, praniūtiāt hominibus:  
sed ut pramonti sibi prouideat, quo levius im-  
minenti malo premiatur. Tu ergo si rēbūtatis tē  
poris prouenias reposueris ac d' spensaueris, in se-  
quentē peruriam Aegyptus non sentiet. Cumq;  
rex admiratus Iosephi prudentiā & sapientiam  
percōtaretur, quonāmodo esset in futurū prospō-  
ciendum rēbūtatis tēpore quo tolerabiliōr fieret  
rēntura sterilitas: monuit et consuluit Aegyptus  
intendū parsimonia, & quod praeſenti vſui ſu-  
peresset ad futurā necessitatē reſervādō: ſuasit  
etia ut iudicta perfectione frumenti aratores nu-  
beret id in horrea cōdere, & quantum ſat eſſet,  
& nō amplius, populo diſtribueret. Ibi rex tam  
cōſilio quam interpretatione Iosephi collaudatis,  
ipſum huic diſpensationi praficit, inbetq; prouide-

dere quæsumq; putaret in r  esse vel ipsius regis,  
vel populi: prefatus neminem sibi videri magis  
idoneum ad hoc c sili  exequend , quam ipsum  
eius auctore. Quia potestate a rege auctus, acce-  
pto etiam anno regis signatorio, & iure purpu-  
re gestanda, in sella curuli sublimis per Aegy-  
ptum circumiectabatur, frumentumq; c porta-  
bat, tant  inde aratoribus demeti s, quant  in  
alimenta & sementem sufficeret, nemine sciente  
causam cur hoc faceret. Trigesimum iam et  
atis annum exegerat, in summo apud reg  honore  
habitus, & ob incredibilem prudenti  Psont -  
phanechus ab eo cognominatus, quod occulto-  
rum inventore significat: sed & coniugium na-  
tus est honoratissimum. Duxit enim, rege c『m  
biu[m] hoc procurat , virgin  Peteptr  Heliopo-  
litani sacerdotis filiam, cui nomen erat Asan-  
the: ex qua & liberos genuit ante agror  steri-  
titat , ex his maior dictus est Manasses, quo no-  
mine significatur obliuio, quia meliore fortun   
natus venit in prioris obliuionem: iunior vero  
Ephraes, quod redditu significat, eo quod ma-  
iorum suorum libertati restitutus esset. Aegy-  
ptum antem iuxta Iosephi interpretam tum se-  
ptenrio per diuitiem affluent  ex alto, octauis  
annus fame infestabat, & quia malum impro-  
visum erat, promiscua multitudo graniter labo-  
rans ad fores regiae c fuebat. Rex Iosephum ac-  
cessit, qui mox frumenta diuendendo fernator  
populi

tr. liter. p.  
gen. 4

populi citra controversiā extitit: nec solam eius  
 regionis hominibus forū aperuit, sed et exteris,  
 existimās viuēsū, genus hominum inter se cognati-  
 fūt; & in rebus angustis fortunatorū ope sub-  
 Gen. 4 leuari dignū. Et quoniā eadē calamitas et Cha-  
 nanaeā & reliquas orbis regiones premebat, Ia-  
 cobus quoq; omnes filios in Aegyptū frumenta-  
 tum mittit, cūm cognouisset quod & exteris ea  
 foro uti liceret, solo Bējamini retēto, quem à Ra-  
 chele suscepere at, uterīnum Iosephi fratrem. Qui  
 postquā in Aegyptum peruenere, Iosephū acce-  
 dunt, mercatū sibi permitti rogantes: nihil enim  
 nisi ex ipsius sentētia gerebatur: nā tum demū  
 ecce coluisse proderat, sine Iosephō quidem gra-  
 tia negligeretur. Ille agnitus fratribus, nihil tum  
 minus quam de se cogitatibus, quod adolescens  
 ab eis distractus iam per etatē faciei lineamēta  
 mutauerat, ac de tanta dignitate ne suspicari  
 quidē poterant tētare eos decrevit, quali mente  
 essent praditi, nam & frumenti emēds potestatē  
 eis negauit, et pro speculatoribus cōprehēdi re-  
 bus, dicens cōuenisse ē diversis regionibus, & co-  
 gnatiō simulare: qui enim fieri posse ut vir  
 priuatus tot cā insigne filios educauerit, qua fe-  
 licita cvel regibus raro cōtingeret. Id faciebat ut  
 de patre cognosceret, quōve in statu per suā ab-  
 sensiam res eius interim fuerint, quid'ne de Ben-  
 iamine sit factū sollicitus enim erat ne et eum,  
 quem admodum se, de medio sustulerint. At illos  
 magnus

magnus panis occupat, immunes periculum reputantes, & frustra se tantum iter emēsos existimantes: cumq; crīmē amoliendū videret. Rūbelus nam maximus sic cōmune causam agere ceperit. Nos neq; speculatū huic venimus, neq; regi dantū aliquid allaturi: sed dira fames cuius effugiū querimus, venire huc cōpulit, fretos nostra humanitate, quos nō ciuibus solis, sed extēri quoq; salutē vobis debituris frumentum venale proposuisse audīimus. Quod autem fratres simus & ex eodem sanguine, vel facies nostrae argumēto sunt nō admodum inter se variantes. Pater nobis est Iacobus vir Hebreus, qui nos duodecim ē quattor mulieribus suscepit, qui donec omnes essent incolumes, res nostrae satis prospera fuerat. Ceterum uno, cui Iosepho fuit nomen, absupto, domesticā fortuna in peius labi experunt. Pater in perpetuo luctu est, cuius lamentatio non minus nos afficit, quam olim suauissimi fratri immigratus interitus: nunc frumentatū venimus, patris cura Beniamini natum minimo commissa. Hac ita esse, potes aliquo ad nostrā domū missō cognoscere. Hac Rūbelus profectus ac fratribus, quo falsam Iosepho suspicionem eximeret: qui cognito patrem ac fratrem esse incolumes, iubet eos includi in carcerem, quasi per olium questionis admotū. Post triaū deinde productū, quoniam, inquit, asseneratis vos in detrimentum regis ac regni non venisse, fra-

Oro Nam  
ad JOSCE

tresq; esse ex parte quē nominasti, faciatis milia  
 fidem hac ita, se habere, si relatio interis vno  
 ex vobis apud me nihil durius passuro, cum fra-  
 mento ad patrem profecti, rursum ad me reuer-  
 sum, adducētes vobiscum fratrem quem rebeatis  
 illuc relictū esse; hoc enim erit arguendum vos  
 nihil fingere. His verbis perculsi, ratiq; iam ex-  
 tremam calamitatē iustare, lamen tabatur for-  
 tunam suam, crebro tactāes, adesse dicas vltre-  
 ces fratris per summā immanitatē oppressi. Ru-  
 belus insuper increpabat, seram & inutile eori  
 penitentiū, fortiter ferenda mala dictatas, que  
 Deus innocētiae vindex in impios fratres immis-  
 teret. Talibus se iniicem allegabantur, créden-  
 tes linguae Hebreæ gnarum interesse neminem  
 merebantq; omnes taciti verbis Rutali, & sae-  
 les perpetratum damnabant, ac si non ipsi essent  
 autores facinoris, cui tum iustissimam puniam à  
 Deo iudicabante infligendam. In hac ansietate  
 constitutos vidēs Iosephus, dissimulare fratrem  
 vlerius nō valens, quod lacryma iam prorumi-  
 perent, quas etiam tum celeri nolebat, subduc-  
 xit se de medio. Nec multo post reuersus, retento  
 Simeone qui interim obses esset dum fratres ad  
 se redirent, frumentū emere permisso, abire insit,  
 quā prius vni è suā mādasset, ut pacunia quam  
 pro frumento attulerat, clam in sarcina aindita  
 potestatē abewidi eis ficeret: peregit mandata  
 famulus. Iacobi vero filij reuersi in Ciranangā,  
 renunt

reuolum auerunt patri quicquid eis in Aegypto  
 acciderat. Et quod pro speculatoribus regni fue-  
 rint comprehensis: cumq; ascéret frātres se esse, et  
 undocimū domi relictū apud patrē noluisse illos  
 cedere: relictū etiam Simeonē apud præsidē-  
 donec Beniamin illuc profectus, verbu corū fidē  
 astrueret: postulabatq; ut pater nihil sollicitus  
 iuuenē cum eis mitteret. Iacobo vero filiorū fa-  
 Etum dispuicit, et cum ne Simeonē quidem illuc  
 relictū probaret, morte dominus putabat etiam  
 Beniaminē primari: ac ne Rubelo quidē rogante,  
 filiosq; suos dedente, ut si quid Beniamini acci-  
 disset in itinere, in illos autem sciret, Iacobo ut  
 assentiret persuaderi potuit. At illos quid agen-  
 dum incertos magis etiā terruit pecunia reperta  
 in sacculi frumentarijs. Ceterū deficiente iam tri-  
 tico, urgente fame, cōpulsus Iacobus deliberauit  
 Beniaminē vñā cum reliquis mittere: non enim  
 licebat eis in Aegyptum reverti: nisi seruato pa-  
 elo. Cumq; indies maior necessitas incūberet, et  
 filii rogare non desinerent, adhuc tamen hafstra-  
 bat. Tandem Iudas vir natura vehemens cœpit li-  
 berius anguere patrē, quod nimis de fratre solle-  
 citus esset, cui nibil præter voluntatē Dei possit  
 accidere sua foris siue domi: se vero in certā per-  
 niciens tradi, dum ob inanem de puero curam  
 omicū à Pharaothie præsidū admittitur: habendā  
 etiam rationem Simeonis incolumentatis, no dum  
 Beniaminem peregrinationi cōmittere cunctan-

tue, inderim ille ab Aegyptijs occidatur: credentes  
 Deo salute filij se certe aut eum salvum reducitu-  
 rum, aut illic una periculum. Ac cum demum Ia-  
 cobus cedes tradit eis puerū, & duplex frumenti  
 pretiū: addit & dona ferenda Iosepho ex prouerno  
 Chananea, balanum magnētū, stacten, terebin-  
 thū & mel: atq; ita multis utriusq; fusis lacry-  
 mis à patre digreditur, sene misere timente sa-  
 luti filiorū, illis contrā sollicitus ne per suam ab-  
 sentiam mœrori pater succumberet. In hoc dolore  
 integrū dicunt exegerunt: mox pater affliktans se  
 domi subsistit, illi in Aegyptum tendentes pre-  
 sentem tristitiam spe melioris fortunæ leniebās.  
 Quò postquam est peruentū, apud Iosephum di-  
 vertunt, nō parū solliciti, ne calumnia sibi inten-  
 deretur, quasi dolo male priori frumenti pretiū  
 secum abstulerint: quod mox apud Iosephi dif-  
 pensatore diligenter excusauerunt, dicentes pe-  
 cuniā domi repertā in frumento dum saccos exi-  
 uaniūt, quam nunc bona fide reportarēt. Illo ve-  
 ro negante se unquā eam pecuniām desiderasse,  
 liberati hoc metu securiores esse cœperūt: mox qd;  
 Simeon iam liber inter fratres versari est per-  
 missus. Interea Iosepho ab officio reverso, dona  
 & offerūt, et scitati de patre, bene valere aūunt:  
 cum ille cognito Beniaminē superesse, quem inter  
 eos videbat, percontatur an is esset frater natu-  
 rae minimus: & audito quod il is esset, hoc tantum  
 effatus, Deum universis rebus promulgare, fecerit  
 nolens

nolens ab eis aduerti lacrymas, quas vltorius  
continere non poterat. Acceptos deinde conuinque-  
 ius sit ordine, quo apud patrem solebant discum-  
 bere: cumq; omnes comiter haberet, duplicitus  
 partibus Beniaminē honorabat. Post canam v. i.  
 autem illus iam cubarib[us] nobet dispensatorem Gen. 44  
 frumentū admetiri quod asportacuri erant, &  
 prētiū rursus in sacca abscondere: in Beniamini  
 verò sarcinam cyphum argenteum, quo ipse  
 pricipue delectabatur, immittere. Id faciebat  
 nolens experiri fratris animum, esse[n]te affu-  
 stari Beniamini reo furti: ac illo relicto, ac si ma-  
 leficiū hoc nihil ad se attineret, ad patrē reuer-  
 terentur. Que vbi facta sunt ut imperatū erat,  
 prima luce omniū ignari filij Iacobi profici scu-  
 tur assumpto Simeone, lati tam huius restitu-  
 tione, quam Beniaminis reditu, quē patrī se re-  
 ducturos fidem dederant: & ecce agmē equitum  
 repente illas circumuenit, inter quos erat famu-  
 lis qui cyphum in sarcinam indiderat. Illus verò  
 turbatis inopinato incutie, & rogantibus em-  
 irruerent in vires quos paulò ante honore hospiti-  
 tij signati fuerint: Aegyptij contra sceleratos  
 inclamat, qui huius ipsius beneficij, Iosephiq;  
 comitatus immemores, ansi sunt pro talibus me-  
 ritis iniuriam reponere: datusq; furti pemas  
 minit ab auctor: non fecelliſſe enim eos Domus, li-  
 cet ad tempus ministrum mensæ fecollerint: &  
 mens regitare satis ne sani essent, quasi vnde

nesciant statim se ad paenam rapiendos. His &  
 similibus verbu famulus pre ceteris insultabat.  
 At illi ut qui nihil de dolo cōposito sciebat, con-  
 sumtiabantur ei, demirari se hominis intēperitus  
 temere obijcentia furti crimen eis viris, qui ne-  
 frumenti quidem pretium in sacris inuentū reti-  
 merint, sed secū reportauerint, cūm nullus de ea  
 pecunia prater ipso sciret, tantū abesse ut data  
 opera damnum inferre vellent: certiorē tamen  
 rati inquisitionē quām negationē, dubent, eos  
 scrutari sarcinas: nec recusabitur riuersi paenas  
 dare, si viuis aliquis ex ipso in furto deprehē-  
 deretur: lata erat securitas & innocentia fidu-  
 cia. Acceperunt illi cōditionem inquisitionis, sup-  
 pliciū tamē solius fore penes quem furtū inuen-  
 iū fuerit. Inquisitionē deinde a gressi, omniūq;  
 ordine sarcinatis scrutati, postremo ad Beniamini-  
 nem veniunt, non quid nesciret in eius sacco ta-  
 tere cyphū, sed ut accurate officiū facere vide-  
 rētur: itaq; ceteri iam securi de se, de uno Ben-  
 iamino adhuc vōnabil erant soliciti: sperabat ta-  
 men nē ipsum quidē in maleficio deprehēdendū,  
 adō ut iam liberius indignarentur persecutori-  
 bus, per quorū importunitatē stetisset, ne bonam  
 partē itineris iam confectam haberent. Ut verē  
 Beniaminis sarcinam scrutati cyphū protulerūt,  
 ad lamenta & ploratus cōtinuo versi, tum fra-  
 trem deflebant mox furti suppliciū daturū, tum  
 suām iporum vicem, qui fidem de Beniaminis  
salute

fiducia parentis ducam præsentis casu fallere cogi-  
 rentur. Augebat etiam dolor eorum, quod cum  
 maxime quaerisse omnia pericula videbantur,  
 fortune intuicia peruenient in tantam calamiti-  
 tam: atq; huius tam fratri quam parentis in-  
 fortunij se rancores fatebantur, qui insutum ac  
 rebuē tandem ad puerū simul mittendum precibus  
 importuniabantur non compulissent. Et equites  
 quidē cōprehensionem Beniaminem ducebāt secum  
 ad Iosephum sequentibus & reliquis fratribus.  
 Tam ille videns fratre in carcerem contruso ca-  
 teros lugubris habitu adstare: Ita, inquit, sce-  
 lestissimi omnium vel meam humanitatem vel  
 Dei prouidentiā contempsistis, ut tam nefarium  
 facinus cōtra hospitem ac benefactore vestrum  
 auderetis? At illi vicarios se pro Beniamine ad  
 supplicium offerentes & rursumq; Iosephi crebra  
 mentio, faticem eum qui morte à vita calami-  
 tibus sit exēpisse, si ramen efficeretur mortuus: quid  
 si viuas, qui dignus sit habitus ob cuius iniuriā  
 Deus tam scuere: in ipsis vindicaret patris quo-  
 que se pēstē esse & infortunij maximū, cui ad  
 veterē luctum recentē hunc afferrent: nec des-  
 nobat Ribelius denuo illis scelus eorū exprobare.  
 Iosephus vero negabat se alios morari, quorum  
 innocentiam cōpertam haberet, contentus vniuersi  
 pueri supplicio: nam neq; hunc dimitti in gratiā  
 insonoriū equum esse, neq; illos alieni peccati pœ-  
 nas persoluererabat qno vellat, se curaturum

ut tutum iter facere liceat. His verbis grauiditer  
stetos, caseros pra dolore vox defecit. Iudas vero

Oro. Jude qm patri adolescentiam missere permauerat, vix  
ad Joseph salutem periculo obsecrare. Faciemur, inquit, l'raefos.  
pro Benia grauiter à nobis peccatum, suppliciumq; commo-  
ritos, quod parati sumus omnes luere, licet non  
min.

omniū sit culpa, sed unius matu minimi: sed quā-  
uis salutem eius penè pro deplorata habeamus,  
vnuca tamen effugit spes in clementia tua boni-  
tateq; supereft: quamobrē oramus ut nō tam no-  
stri comissi rationē habeas, quā tua natura. Et  
in hac causa non indignationē iustum, sed nati-  
vam tuam bonitatē in consiliō admībebas: itaq;  
magno animo comprimas, cui vulgares homines  
in magnis iuxta ac paruis rebus succumbere fa-  
lent. Dispice queso, num ex tua dignitate sit eos  
occidere, qui ipse se dedunt ad peccātū, et salutem  
non nisi precario tibi debere cupiunt, quoniam  
nunc primū tua benignitati sunt acceptā latu-  
ri: ne cōmittas illud beneficium tibi pereat, dum  
famam eripi, et frumento liberaliter admībis, etiā  
ad familiū eodem periculo laborantē domū alt-  
menta perferēdi potest atē fecisti. Eiusdem emira  
bonitatis est, seruare fame de vita periclitantes,  
et morte meritis culpam cōdonare, quibus for-  
tuna tuam beneficētiā inuidisse vīsa est: eadē  
planē gratia est, diuerso modo collaca. Seruabis  
enim quae panisti, et vitam quam pra fame  
deficeris

deficere non es passus denuo donabis, quo commendabilius sit tua clementia, dum et vita dominas, et per qua vita retinetur. Quoniam etiam Deum ipsum existimo tibi hanc virtutem exercendam materiam suppeditare: ut appareat te proprias quoque offensas beneficiendi voluntati postulare, et non in folios invoxios egenos liberaliter esse. Quantumvis enim magna lumen est opere ferre in rebus angustis, non minus tamquam principi ornatae clementia, praesertim in causa qua ad ipsius iniuriam priuationis attinet. Si enim parva peccata remittentes merita laus sequitur, quid in capituli criminis iram colibuisse, an non divina clemetia proximitatem videri debet? Quod nisi Iosephi interita compertum haberet quam molestie serat pater orbari filiis; non adeo pro salute nostra laboraret, nisi quatenus tibi clementia laude conciliatura videtur: et si non haberemus quibus mors nostra luctum ac macorem sic allatura, aquo animo supplicium perferrentus. Nunc vero quando non tam nostri nos miseret, tandem si inuenies adhuc non multum fructum aut voluptate vita perceperimus: quam parens non ferri, etate curiisque confecti, has tibi preces illas quoque nomine offerimus, et vita nobis donari oramus: supplicio per hodiernum malofactum obnoxiam. Ille certe vir bonus est, nosque ut similes essemus genuit, degener qui nunquam talam calamitatem experiat, qui nunc ob nostram absentiam caris ac misere

seruiciatur: quod si tale nostra merita nesciunt  
 acceperit, simulque eius causam, non sustinebit am-  
 plius vivere, nostra mortis infamia illius morte  
 approparet, hoc ipso infelicitate, quia ne nostris  
 dedecoris rumor sentiret, et viuis excessus vide-  
 bitur. His igitur perpensis tametsi ad insiam in-  
 dignationem hoc sceleros permotiss, patri tamen  
 iudicet et gratia facio: ex plus illius miseratione  
 apud te valeat, quam nostra iniurias. Defen-  
 hoc honoris senectuti eius, que si nobis urbetur  
 superstes durare nec volet nec poterit, defension  
 parentis memoria, defer ipsi patris vocabulo quod  
 tibi iam contigit, ita tibi Deus omnium pater hoc  
 felix faxit ac perpetuum: quem ex ipsum honor-  
 abilis hac pietate propter commune nomen, si te  
 calamitatis senis patris misereat, quam orbatum  
 manere est credibile. Nam otium est que nobis  
 Deus dedit curare possumus, non auferendo iterum  
 dare, ex hoc pacto Dei benignitatem imitari, ex  
 hoc parte simile ei fieri. Cum enim tantundem ad-  
 virtutibet rales praestat bene facere quam male,  
 ex potestate contentus sui iuri non meminisse, sed  
 tantum ad seruados homines potentiam tibi datam  
 existimare, ex quo pluribus salutem dederis, hoc  
 et ipsum illustriorem fore. Potes autem fratri erra-  
 ri via data nos omnes seruare: neque incolu-  
 mos esse possamus, nisi hoc incolimus, neque domiu-  
 mus: hoc ad patrem redire licet, sed hic seren-  
 dum est: quicquid frater subiectus est in aliis.

gratiam à te Praes petimus, si hanc non impe-  
 tramus, quām vt nos eodem officia supplicio,  
 nō fecis ac sieleris socios: hoc enim satius fuerit:  
 quam si p̄ea maiore nobis ipsi manus infera-  
 rous. Non addam insuē ēsse, & per etatē non-  
 dum satis sapere, & talibus nō grauatiū venia-  
 dari solere: sed hic suē dicendi faciam, vt siue  
 domine mūr, milia imputetur non satis diligenter-  
 habere causa patrocinato: siue absoluatur in soli-  
 dūs hanc gratiam tua clementie, ac bonitatē  
 debeamus: cuius laudi hoc quoq; accedit, quod  
 non solum vos seruaueris, sed plorāt etiam quām  
 nos ipsi in causa nostra qua pro nobis faciant.  
 videris. Sine igitur plectere nisi hunc, me vita-  
 rio ad supplicium accepto, patri eū remitteto. Siue  
 ad seruitum addicere malis, ego tuis ministerijs  
 magis sum idoneus, & ad verunus nō vides:  
 magis paratus. His dictis Iudas promptus ad  
 quidus pro fratri salutē libenter subiundūs,  
 accidens Ioseph ad pedes, quantum in se erat,  
 molire ac placare iram conatur: pariū modo &  
 ceteri prostratiū, pro Beniamine se se offeren-  
 tes. Ioseph autem pietate victimus & iam agri Gen. 48  
 personam irati sustinens, allegat alios qui tum  
 aderant, vt sine arbitris a fratribus agnoscere-  
 tur: cumq; soli essent, aperit seipsum & insit.  
 Pietatem vestram ex amore, quo fratre pro-  
 sequimini, non laudare non possum, quēm maiori-  
 rem compario, quām expectaratu, conielucam  
 ficiens.

faciens ex his que mihi olim acciderunt: in hoc  
 enim hac omnia feci ut fraternæ benevolentie  
 caperem experimentum: cuius quoniam egregium  
 specimen edidistis, ne illud quidem in me con-  
 missum vestre naturæ imputare libet, sed Deo  
 potius voluntati totū ascribo, qui vobis in præ-  
 sentia cōmoda procuravit, et maiora est largi-  
 turus, si nobis propitius fauorem suam non sub-  
 traxerit. Quando igitur et patris incolumente  
 optatam magis quam speratam cognoui,  
 et vos tales quales cupiebam erga fratrem cōpe-  
 ri, libenter mania olim mihi facta obliniscor,  
 malens vobis ut ministris diuinæ prouidētia in  
 hoc tempore cōmuni nostra utilitati prospicientis  
 gratiæ habere: quam vestre, ut tum videri po-  
 terat, malitia meminisse. Vos quoq; tēporis illius  
 immemores iubeo bono animo esse, et mali con-  
 filij bonū enentib; libenter ferre, neq; pudore pra-  
 corum errati quisquam cōtristari. Quid est enim  
 cur vos male habeat inique quondam vestra  
 sententia penitentia, quam frustrata esse iam  
 videtur? Leti igitur hac diuina dispensatione ite  
 felices patrem hac renūciaturi, ne forte illo con-  
 sumpto immoda de vobis solitudine, praci-  
 piatis felicitatu mea fructus intercidat, prius-  
 quam ille in conspectu meum veniat, et horum  
 honorū fac particeps. Quamobrē et ipsam et  
 uxores ac liberos vestros totamq; cognationem  
 assūmētes migrare vos huc volo. Nō enim docet  
 mīhi

multi charissimos ab hac mea felicitate abesse, præsertim fame quinque adhuc amis duratura: hæc locutus complectitur fratres. Illi verò in lacrymis erant ac moerore, tanto maiore poenitentia, quod in tam bonum fratrem peccauissent: mox coniunctionem est secutum. Rex autem cognito fratribus Iosephi aduenit, quasi sibi ipsi aliquid boni accidisset letatus est, donauitq; eis curvissimos frumento & aurum ac argentum, munera ad patrem deferenda: qui pluribus etiam à fratre acceptis, partim patri, partim in singulos donatis, sed præcipuis Beniamini, reversi sunt ad suos. Iacobus autem postquam ex filiis statum Iosephi cognovit, quod non solum mortem effugit, quam tandem luxerat, sed etiam in splendida fortuna viuit cù rege administrans Aegyptum, & penè totam illius regionis gubernationem commissiam habens, facile ista credidit, cogitans tum magnificentiam Dei, tum erga se fauorem, tametsi aliquantis per ut videbatur intermissione: nec diu moratus iter aggressus est ad Iosephum properans.

Quomodo Iacobus cum tota progenie ad filium migravit. C A P. IIII.

**V**IT verò ventum est ad puerum iuramen. Gal. 4<sup>6</sup>  
tū oblati Deo sacrificio, tum timeret ne filius propter ubertatem Aegypti cupiditate habitanda regionis capitis posteritas sua nō rediret in Chanaan occupatur a eam insita promissa Dei:

Dei: nēne inconsulta Deo migratione praeſentā  
 facta genus ipsius clade aliqua feriretur: ad hanc  
 ne forte ipſe antequam Iosephū aspicere conti-  
 gat, ex hac vita eximatur: eadīa voluntati in  
 cōmū cōfōrmo grātia. Deus per visionē asti-  
 tit, cūmīq; bis nominatim inclamauit. Quo no-  
 gante quīsnā eſſet: at non agnoscia, inquit, Iaco-  
 bē Dēcūm perpetuum tam tuum quām tuorū me-  
 iorum protectorē ſimul cō auxiliatore? qui con-  
 tra patris tui propositum principem familiæ re-  
 constitui, cō cūm ſolus in Mesopotamiam profe-  
 ctus eſſes, effecis ut coniugium naſlus fortunatum  
 redires cō liberis multis cō facultatibus auſtros  
 incolumen etiam progeniem tuam feruauit, cō  
 quē amissiſſe videbaris Iosephum, ad tam ſubli-  
 me dignitatē fastigium euexi, ut nō mulcē à rege  
 Aegypti differat. Nunc quoque in hoc venā, re-  
 me ducem tuos itineris habeus, vtq; tibi pre-  
 nuntiem inter manus Iofoplū te ē vita exiturū,  
 cō posteritatē tuam per multa ſecula potenter  
 fore, ſimul cō illuſtri, occupaturamq; terrā eu-  
 ins dicionem ei ſum pollicitus. Hoc ſomnio freat  
 eo libentius in Aegyptum cūm filijs ac nepotibus  
 properabat, qui erant in uniuersum l. x. x. Eorū

70. poſte nomina cū ſint diuina nos eram adscripti, rū  
 ri Jacob nūi propter quas dā, qui nos Aegyptios cōtendūt  
 eſſe, non Mesopotamenos. Ergo Iacobis filij fuere  
 duodecim, ex quibus Iosephus iam anteā vene-  
 rat: recenſendi ſunt nūc reliqui, cum ſua quinq;  
 progne-

progenie. Rubeli fuerunt quatuor filij, Anoebes,  
 Phalles, Esaron, Charmisus, Sixeonis sex, Iunius,  
 Laminus, Puthodus, Iacobenus, Zoar, Saar.  
 Lewis quoque tres fuerunt, Gelsemis, Caathus,  
 Mararis. Jude item tres, Sala, Phares, Zara, ex  
 duo filij Phara Efron et Amyrna. Issachar  
 quatuor, Thudas, Plururas, Hobus, Samaron. Za-  
 bulonis tres, Saradus, Elon, Jael: ex hoc quidem  
 genus est Lia, que sicut ducbat filias Diana,  
 quorum numerus trinitates. Rachelis autem  
 filii fuerunt duo, quorum alter Iosephus filios  
 babuit Manassem et Ephraimen: alteri vero  
 Beniamini fuerunt decem, Balaofsus, Baccharia,  
 Asabel, Gela, Nicanor, Ises, Ares, Naomphitis,  
 Optais, Sarodus: isti quatuordecim superioribus  
 additi, fuit numero quadraginta septem: ex le-  
 gitimum quidem Iacobi genus hoc fuit: est Bala-  
 nerò famula Rachelis fuerunt Danus et Ne-  
 phethalim, quem quatuor sequebantur filij, Elei-  
 nus, Gunes, Sares, Hellimus. Dana vero vniuers  
 erat filiae nomine Vgis: his ad iam dictos addi-  
 tis, quinquaginta quatuor numerus expletus.  
 Gades autem et Asserius nati fuerunt est Zelpha  
 Lia famula: ex his Gadem sequebantur filii  
 septem, Zophonias, Vgis, Sanus, Zabros, Ae-  
 rines, Erodes, Ariel. Asserum vero tua  
 filia, et mares numero sex, quorum nomi-  
 na Iorunes, Eesus, Iubes, Baris, Abarna,  
 Melmiel: his quindecim adiectis ad predi-  
 ctes

post enim

lob ex

Lia et Na

chel q-

Qx Ba:

et Zelph.

Z Z.

Elos quinquaginta quatuor, supradictus numerus copletur, annumerato etiā Iacobo. Iosephus autem cognito patrem aduētare (etenim Iudas præcurvens id significaverat) prosectorus obuians ad Heroum oppidum illi occurrit, qui præ nimilitatitia minimū absuit quin expiraret: sed Iosephus eum refunxit, quoniam ex ipse præ gaudio periclitaretur, non tamē aequè ac pater. Deinde iusso eo paulatim progrederi, ipse assumptis quinque fratribus properavit ad regē, nuntiaturus adesse cum familia Iacol. m: quo audito latus ille percontatus est Iosephus quibusnam studijs potissimum delectarentur: ait, pastoralem artem caldere, & nihil aliud exercere: idq; eo consilio respondit, ne forte distraheretur, sed ut una degentes curā patris haberent: tum ne qua amulatio cū Aegyptijs interueniret, se circa eadē cum illis studia versaretur. Nam ei gēti nō erat licī-

Gen. 47 tum greges aut pascua curare. Iacobo autē salutatū ad regē perducto, post faustas ominationes acceptas, rogauit eum Pharao, quantū temporis vixisset: ex cùm audisset trinita supra centum annos natū, admiratus est hominē tam longāvū: cumq; ille adiecisset maiores suos lōgoris etatis fuisse, insit eum cum filijs degere in Heliopoli.

Heliopolis ubi etiam regi pastores habebant pascua. Fames autem crescebat in Aegypto, nec aderat remedium, neque flumine agri rigante, non enim ascendebat, neque ruis de calo pluviae: ad has

grauias

granis erat malum, quia vulgo improbusum,  
 qui nihil parati habebat, neq; Iosephus frumento  
 dabant nisi numerata pecunia: qua postquam  
 defecit, pecudes ac mancipia pro frumento per-  
 mutabant: quibus vero agri fuere, partem ali-  
 quam in pretium alimentorum regi decidebant:  
 cumq; ad hanc modum omnes eorum posses-  
 siones in ius regis denenissent, alius alio migrabat,  
 quo certius esset regium dominium: soli sacerdo-  
 tes immunitatem & agros retinuerunt. Postre-  
 mo hac necessitas adeo non corpora solum, sed &  
 animos gentes in servitutem redigit, ut nihil tu-  
 pe putarent quo vietus utrumque parari posset.  
 Postquam autem cessavit famae, & rigante flu-  
 mine terra ad pristinam fertilitatem rediit, Iose-  
 phus regionis urbes obesudo, conuocata per sin-  
 gulas multitudines, agrorum quos regi cesserant  
 sum fructum illis restituit, & adhortatus, ut  
 non feceris quam proprios colerens, iussit quin-  
 tam partem fructuum regi pendere, que ei iure  
 dominij deberetur. Qui leti insperata restitu-  
 tione agrorum cultura strenue aggrediebantur:  
 atq; hoc pacto tum Iosephi autoritas, tum gentis  
 erga regem benevolentia non mediocriter crevit:  
 & ius quinta pars frugum etiam per reges re-  
 gum posterorum ac successores permanxit. Iaco-  
 bus autem cum decimum septimum annum in  
 Aegypto exegisset, inter manus filiorum vitam  
 finivit, precatus en prius prosperitate & abun-  
 dantiam

dantiam, & vaticinatus quod singulorum posse  
sti in partem possessionis Chanavee terre es-  
sent peruenturi, id quod factum est aliquanto post  
tempore. Præterea collaudato Iosepho quod obli-  
tus iniuriarum plura fratribus bona contulxit,  
quam vel benefactoribus deberentur, mandauit  
suis filiis ut Iosephi filios Ephraemen & Manas-  
sen in suum numerum admitterent diuisuri for-  
te Chananeam, quemadmodum postea dicetur.  
Postremo rogauit ut in Hebronе sepeliretur.  
Mortuus est autem cum vixisset annos centum  
quinquaginta minus trilii, ex majoribus suis  
nulli pietate secundus, cuius digna præmia Dei  
benignitate est consecutus. Iosephus vero permis-  
ente rege doportatum patri corpus in Hebro-  
nem magnifice sepeliuit. Ceterum fratribus recu-

Non con sanctibus cum eo reuerti, quod timerent ne defun-  
griat hoc eto patre in se vindicaret, cum non amplius esset  
cum his in cuius gratiam daturum veniam speraret, iussit  
eos posito metu nihil mali suspicari: & reduplica-  
toria. No secundus magnas possessiones largitus est, nec un-  
quam eos summa benevolentia prosequi destitit.  
Moritur autem & ipse centesimo & decimo xi  
ta anno exacto, vir admirabili virtute pradi-  
tus, in omnibus negotijs prudens, & potestate  
bene usus: quibus artibus factum est, ut neque  
externum genus, neque calamitas, de qua dixi-  
mus, quicquam offecerit quo minus ad summam  
dignitatē eucheretur. Reliqui etiā fratres vita  
felicitati

feliciter exacta in Aegypto sunt mortui, quoru[m] corpora filii & nepotes in Hebronem relata se peluerant. Ioseph autem ossa postea transflas-  
serunt in Canaanam per Hebreos dum ex Aegy-  
pto populariter migrarent: hoc enim ipse abu-  
ratus prius mandauerat. Sed & hoc & alia trau-  
ias populi gesta narratur, dicemus prius can-  
nam propter quam ex Aegypto exierunt.

De afflictionibus Hebreorum in Aegypto per  
annos eoc.

CAP. IV.

**A**egypti gens delitata & ad laborem se-  
vindicatum: lucis deliciae male volebat Hebrei,  
quod per inuidiam ferre aquo amictu illorum fe-  
licitatis non poterat. Videntes enim genus Israe-  
litarum florere, & epibaa labore atque industria  
quaesitus abundare, non satis tuta sibi eorum in-  
clemencia existimaverunt: & cum iam Ioseph  
beneficiorum memoriam tempus obliterasset, re-  
gnante Aegypti in alienam familiam demigras-  
set, inhumane trahabant Israelitas, & varijs  
laboribus attendebant nam & flumen in multas  
fossas deducere sumo iussi; & mentia exadis-  
cere, & reges exstruere, multos inundatores  
nus fluminis arcebentur: pyramidem etiam insa-  
nis substrictionibus vacabant gentem nostram;  
cogendo varias artes ediscere, & laboribus fe-  
rendis aspescere: atque in hunc modum per  
cccc annos fuit laboratum, Aegypti id  
IP.

b 2 agens Et ipsi  
falsum fruc  
contrarie  
decerni

agentibus ut Israëlitas nimio labore perderentur  
 nostris contrà omnes difficultates eluctari con-  
 nantibus. Exortum est deinde aliud quiddam,  
 cur genus nostrum magis etiam cuperent extin-  
 ctum. Quidam ex eo genere hominum quos gens  
 illa vocat sacerorum scribas, quorūq; predictio-  
 nibus multum tribuit, prænuntiat regi uascitis-  
 rum per id tempus apud Israëlitas quēdam res  
Aegyptiorum olim grauius afflicturum, Israë-  
 litas contrà eucturum, si modo ad etatem adul-  
 tam perueniret: nam & virante fore præcessen-  
 tiūm, & gloria per eum anum celebrem.  
 Quo terrore percitus rex, edictum ex ipso moni-  
 toris sententia, quicquid masculini sexus inter  
 Israëlitas nasceretur in flumen proiectum uacan-  
 zi: obſtrices etiam Aegyptias diligenter obſer-  
 uare partus Hebrearum ac parturitiones. Sic  
 enim cautum putabat, ne obſtrices ob cognationem  
 editum regium contemnerent: proposuit  
 etiam potuī si quis clam fernare foetus anderet,  
 vt cum tota familia tolleretur. Grauius fuit haec  
 calamitas, non eo ſolū, quia liberū orbabatur,  
 & quia parentes ipſi ministrī eorum inten-  
 titus eſſe cogebātur: ſed futurum quoque tempore  
 proſpicientes inconsolabiliter triftabantur, cer-  
 sum generis extiūm expectantes, quandoquā  
 dem & proles necabantur, & ipſis parentibus  
 non multo poſt erat morieundū: atque ita in  
 extremo iuſfortunio conſtituti ſibi videbantur.

Sed

Sed nemo potest Dei voluntati resistere, etiam si Exoda  
 infinitas artes in hoc continescatur: nam & puer  
 de quo sacerorum scriba predixerat, elusus regis  
 obseruatoribus clam fuit educatus, & rati non  
 fuisse rationem euentus rei comprobauit. Amara-  
 mes Hebreus vir inter suos nobilis sollicitus tum  
 publico periculo ne gens defectu innentatis ad Exoda cap. 2.  
 nihilcum redigeretur, tum priuatim quod domi  
 praeignantem uxorem haberet, inopia consilij la-  
 borabat: & ad implorandum dinum praef-  
 dium conuersus, orabat ut tandem miseraretur  
 homines à quibus unius perpetuo cultus fuerit: Ora cuius-  
 daretq; finem praesentis afflictionis, que toti ge-  
 neri permiciens minaretur. Deus autem preci-  
 bus supplicis ad misericordia flexus, astitit ei per  
 somnum, insitq; in futurum bene sperare. Me-  
 morem se esse pietatis eorum à maioribus acce-  
 pta, nec ipsis defutura premia, sicut nec proge-  
 nitoribus defuisse. Se enim illorum progeniem ad  
 tam numerosam multitudinem adxisse: suo fa-  
 vore Abramam solum è Mesopotamia in Cha-  
 naneam profectum prater reliquias felicitates  
 ex uxore antea sterili liberò suscepisse, & su-  
 cessoribus amplas regiones reliquise, Ismaheli  
 Arachiam, Chetura filijs Troglodytidem, Isaco  
 Chananeam. Res etiam bello meo auspicijs fe-  
 liciter ab eo gestas manquant sine impietatis  
 & ingritudinis nota non minimisse potestis.  
 Iacobis vero nomine etiam apud exteris gentes

celebre est, tam ob eam felicitatem in qua ipse  
vixit, tam ob eam quae postea eius quasi heret  
ditario iure obligat: qui a septuaginta annis pa-  
triæ in Aegyptiū comitatus oris volvi sicut ad sexages  
torum millium numerū creuerunt. Nunc quoque  
scito mili cordi esse & publicana vestram inco-  
lumentatē, & privatū tuam gloriā: puer enim  
iste cuius natiuitatis metu Aegyptiū, factus ne-  
stros ad necem damnaverunt, tibi nasceretur: hic  
neq; deprehendetur ab observatoribus, & posse  
quam euaserit prater opinionē educatores vñr-  
etus, suo tempore Hebraos ex Aegyptia seru-  
tute liberabit, memoriamq; sempiternā hoc præ-  
claro facinore consequetur, non apud suos tan-  
quam, sed & apud exterorū, ne istud beneficiū im-  
te tuosq; posteros conferente. Fratré quoq; talens  
babebit, qui dignus sit meo sacerdotio ipse. Et  
posteri eius in onore eum. His per visionē cogni-  
tis Amarames expperctus narravit hoc lochar-  
beli uxori, que res utriusq; solicitudinē auxit;  
iam enim nō puer tantū timebat, sed ne quo pa-  
etro promissa felicitate intercederet, sed mox ex-  
calo fidē fecit mulieris partu, que tam facile est  
enixa, ut observatores sefellerit, nihil sentientes  
eorrū quae in vulgarib puerperijs sentiri solent.  
Nūc infantulū per tres menses clam nurrierunt,  
deinde Amarames veritus ne re depreliajā irā re-  
gis incurreret, ac mox & ipse via cū puerō sig-  
natus ē medio premisiōne Dei faceret irritant  
maluit

maluit salute filii tota ipsius prouidetiae comita-  
 tere ratus etiā puer lateret, quod tamē perdif-  
 facile erat, molestū tamē in eōtinuo periculo ve-  
 were nō erat tantū, sed & suo. De Deo vero certa-  
 tā spē habebat prouisoriū ut oraculi veritatem  
 enetus indicaret. Hoc consiliū postquā satis pla-  
 cuit, ex cogitatione tale quiddā: lectulo ē papry-  
 ro contexto, quanties infantulū commode capere  
 poterat, bituminēque illito, nē aqua penetrare  
 posset, inciderunt puerū: atq; ita in flumē proie-  
 cti salutem diuināe prouidetiae commiserunt. in  
 hunc modū cum à flumine deferretur, Mariam  
 infantulū foror iussa matris ex adiutorio perti-  
 pam descendebat, obsernatura quō tandem pa-  
 pyraceum illud vas reportaretur à flumine. His  
 verò manifestissime Deus declarauit, nihil hu-  
 mana sapientia, sed omnia bonitate illius omni-  
 potenti confici: eosq; qui propter utilitatē suam  
 aut securitatē alijs perniciem moluntur, qua-  
 talibet videntur diligentia, sāpe tamē roti com-  
 potes non fieri. Rursum, qui suam salutem Deo  
 committant, prater opinionem ē medijs perirentis  
 emergere: quod et in hoc pāero videre licet. Erat  
 filia regi nomine Thermuthis: hac dum ludit ad  
 ripas fluminis conspicata vas finitās, missis na-  
 toribus iubet lectulum ad se in ripā extrahit:  
 quo ut iussum erat allato, mirè placuit puer,  
 quod esset magnum ac pulcherr. Tanto enim fau-  
 te Deo Moysen prosecutus est, ut eam fecerit ab

illis ipsis nutriti & educati, qui propter eius na-  
tum inimitabilem reliquos quoque Hebreos perdetos decre-  
uerant. Itaque inbet Thermuthis mulierem alicunde

~~videatur radduci, qua pueru mammam prebeat: quo non ad-~~  
~~mittere mammam, sed adversante, idque cum alia~~  
~~febre post aliud adduceretur. Mariame quasi non data~~  
~~recomit opera, sed fortuito ad spectandum intervenisset.~~

~~Nihil agis, inquit, regina dum nutrices infantis~~  
~~ad hunc alieni generis mulieres: quod si Hebreas~~  
~~aliquam accerces, tum forte popularius man-~~  
~~mam admitteret. Cumque restare monere videretur~~

~~tu genetrix puerilla, iussa est ipsa hoc negatum exequi, &~~  
~~deinde eam stancem quampliam adducere: ac mox usq; per-~~  
~~missa potestate, rediit adducens communem ma-~~  
~~ditationis trem, ignorata omnibus qui tunc aderant. Tum in-~~

~~let philo sans perquam libenter inhaerere mamilla visus est:~~  
~~& rogante regina mulier commisi infantis curam~~  
~~suscipit: & quia projectus fuerat in profluen-~~  
~~tem, ab hoc casu nomine est fortis: aquam enim~~

~~Aegyptij vocant Moyses vero fernatos: quare~~  
~~composita voce ex utrisque nomine infanti fuit in-~~  
~~nomines ditum: qui deinde citra controversiam prudentif-~~  
~~feruntur Hebraeorum enasit, ita ut Deus iam ante~~  
~~predixerat: erat enim ab Abraham septimus.~~

~~nam ipse Amaram filius fuit, sicut pater eius~~  
~~Cathus, hic vero Lenus, & Lewis Iacobi, qui ex~~  
~~Ilsaco erat prognatus: hic autem Abraham erat~~  
~~filius. Puer autem non pro etate proficiebat intel-  
lectum, sed inter ludendum praeceteris aequalibus~~  
~~sapere~~

sapere videbatur, et quicquid ageret, noua qua-  
 dam indole res magnas olim gerēdūs p̄ se fere  
bat. Post tertium vero annū etatis admirādam  
gratiam ei Deus addidit: nemo enim erat ad e  
cclivus, ut visa Moysis pulchritudine nō obstu-  
pesceret: et persape accidebat, ut dū gestatur ac  
circūfertur, obuios quosq; in se cōuerteret, ita ne  
relectis serīs negotijs malēt praecellentī eius for-  
ma oculos pascere. Tanta erat puerilis gratia,  
ut iniuiti homines ab hoc spectaculo discederet:  
quo factū est ut Thermultus hunc sibi filiū adop-  
tauerit, cūm alioquin germanis liberis careret:  
allatumq; patri ostētabat, dicens de successore se  
cogitare, etiā si Deno illi nullū filium gignere de-  
derit. Hūc puerū, inquit, ego educavi non minus  
indole quam pulchritudine diuina excellentem,  
quem N̄lū ipse in sinū meum tradidisset videri  
potest, quē deorem adoptare mihi filiū, tibi redi-  
in principatu ac imperio successorē: & cum di-  
cēto patri infantem in manus imposuit. At ille  
postquā acceptū ad pectus appressisset filia gra-  
tificaturus comiter diadema suū eius capiti im-  
posuit. Moses verò capitū pueriliter detrahitum  
prolabi in humū passus, pedibus etiā calcavit: id  
quod mox ominosum est visum, ex regno nihil  
boni portēdere: moxq; ille facrorū scriba qui na-  
cuitatem eius Aegypto cladem allaturam pra-  
dicerat, occidere puerū volebas, vociferās: Rex,  
puer iste per eū uincens nobis securitatē Deus

pollicetur, vaticinium iana cōfirmauit, in sulcādo  
 tuo regno, & diadema calcando. Horū inter-  
 emptō tam Aegyptijs metū, quām Hebrais spērāt  
 & fiduciā adams. Thermutis verò cōfēstīm eum  
 eripit, rege quoq; non inuitō, cui Deus talēs an-  
 tum indiderat, Moysis saluti p̄mōdēns itaque  
 educabatur quām accuratissimē. Quamobrem  
 Hebrai quidem felicitatem suis generi sperabāt;  
 Aegyptijs verò suspecta erathac educatio. Sed  
 cum nemo extaret vel è cognati regijs vel ex  
 alijs optimatibus, qui etiam si Moyses sublatus  
 esset, magnopere videretur procuratus Aegy-  
 ptiorum commoda, abstinuerunt ab eis cede-  
 x. Itaque sic natūs, & sic educatus, postquā ado-  
 lexit, breui sua virtutis specimē edidit & quā-  
 tum momenti vel suis vel Aegyptijs esset allata-  
 rus, occasiōne natus talem. Aethiopes qui su-  
 pra Aegyptū incolant, agebant & ferobāt fa-  
 cultates Aegyptiorū: illi moti indignatione da-  
 cunt in eos exercitum, contumeliam cum iniuria  
 cōiunctā vlturis: mox prālio cōmissō, partim in  
 ucie ceciderunt, partim in fugā turpiter cōpulsi  
 retro ad suos se receperunt: quo fūtessu eliti  
 Aethiopes fagientibus instabant, & ignauum  
 rati si fortuna non vterentur, cōcepta spe subin-  
 ganda Aegyti, late eam populabantur: degn-  
 stataq; prāda dulcedine, non temperātes sibi ad  
 maiora audenda accendebantur: cumq; vicinas  
 regiones pernagātibus nemo cum armis obarum  
 ret.

fuit, pergebat ulterius. Memphim usq; & mare,  
 nulla ciuitate resistere valent. Quibus calamiti-  
 tibus Aegypti presi, mittunt qui remedium  
 ab oraculis petant: cumq; responsum esset, He-  
 braeum in auxiliū aduocandū rex à filia postu-  
 lat. Moysen, qui uniuersis copijs cum imperio  
 praesit. Parvit illa, sed prius rege iururando ob-  
 stricto nihil in perniciē iuueni machinaturum,  
 pro magno hoc auxiliū impudā, & sacerdoti-  
 bus protro dante, quod nō pudetū nisi cito opem  
 implorare, quē primū verō stem occidendum esse  
 monuerint ac iussierint. Moyses verò Thermuti-  
 di simul ac regis rogatu libater hoc negotiū su-  
 scipit: quod factum gentis triusq; ratibus lati-  
 tiā attulit. Aegypti post partā eius virtute de-  
 Aethiopibus victoriā, occasiōne sibi per dolum  
 tollēdi nō defore sperabat: contrā Hebrai, Moysē  
 copijs praeposito, a fore sibi facultatem euadēdi  
 ex Aegyptia fessitate. Ille verò notēs hostē op-  
 primere priusquā de aduētu suo cognosceret, non  
 per fluminis ripā, sed per interiora terra expedi-  
 tionem fecit: qua in te satis declarauit quantum  
 ingenio polleret ac prudētia: cūm enīm hoc iter  
 difficile esset prae multitudine serpentū (narrat hic  
 trattus plurimos gignit, aliquot ē generā que-  
 nū, quā alibi reperiūtur, noxios omnes ex ipso  
 aspectu horrendos, ex in līs quosdā volucres, ut  
 non solum humi latētes insidiētur, sed ex subli-  
 mes ex improviso nocteant) commissus est ad se-  
 curitatem

Bellum

currit

yoperbut

Douce

Moysē

Moysis iter exercitus stragema dignū admodum ratione: vasa enim plexilia non pauca ē papyro in arca formā fieri curauit, que cōpleta ilibet secum deferebat. Est autē hoc animal infestissimum serpentum generi: quapropter fugit atque evadere petram insectationem, & inter fugiendam sicut in vacante cervis retrahili deuorātur: sunt autem mansuetissimae, & cōtra folos serpentes feroceſ. de quibus nunc desinu plura, utpote apud Gracos non trahit. Post quād igitur venatum est in terrā venenosis bestiolis scatentē, ibes illis immisit, quae libile  
 1613, ex rū bona opera vsus, itinere impunitē peracto nec  
 serpentum opinos Aethiopes iniatisie: commissoq; prælio fatigatos at fugatos, & spe occupanda Argypti frumentos retro in suam regionem compulit: nec hoc contentus oppida illorū euertebat, & ubiq; magna cedes hostium patrabatur. quo factum est, ut post hanc amspicijs Moysis feliciter gesta tam tam alacritatē exercitus præ se ferret, ut nihil non laboris toleratus videtur, iamq; aut exordium aut capititas Aethiopias immitteret. Ad ultimum expulsi in Saba regiam eius gentis, quam postea Cambyses Persarum rex de sonoris sua nomine Meroen appellavit; obsidione sunt cincti. Erat autem penè inexpugnabilis, utpote Nilo circumquaque cincta, accedensibus ad eius munitionem, & alijs fluijs Astapo & Astaborra, qui obiectu suo difficultiorem tractulum facerent: itaq; sita in insula, & mare vicido

lido inclusa, non fluminibus tantum arcibat ho-  
 stem, sed et ageribus, qui mania inter et flu-  
 mina ad eorum inundationes prohibebat instructi,  
 ad hoc quoq; tum proderant quod hosti etiam post  
 superata flumina aditum ad urbē oppugnādam  
 negabant. Hic cum Moyses defidere exercitum  
 otiosum ageret ferret, hoste non audente manus  
 conserere, interim tale quiddam accidit: Erat  
 Aethiopum regi filia nomine Tharbis: hac Moy-  
sen miliebus exercitum admouentem et egre-  
 giē dimicantem conspicata, virtutemq; viris ad-  
 mirata, qui et Aegyptiorū fortunā labantem  
 in integrā restitueret, et Aethiopas modō vi-  
 tores in extremam periculū adduxisset, rete  
 mēti eius amore est correpta: quo indecētē,  
 mittit ad eum ē seruis fidissimos coniugitū suum  
 offerens. Assensit ille bat conditione interurando  
 firmata post urbē sibi traditā ducluram se eam  
 vacorem, ac mox dicta factum sequitur. Semitū  
 est nihilominus in hostem, et actū Deo gratiē  
 nuptijsq; celebratis, Aegyptiorum exercitus vi-  
 stor domū est redactus. Illi vero accepta salutē  
 odium pro gratia Moysi reposuerunt, et mai-  
 stibus studijs insidias cōtra eum machinabāturs  
 suspicatijs, ne rabus feliciter gestis clausores  
 nouis in Aegypto moliretur, quond regē eū cadi  
 accusauerint, iam enim et ipse suspicione no-  
 minem habere ceperat, partim inuidia motus,  
 ab bellum fortiter ac prudenter administratione,  
 partim

CONIUGI  
 Moysi cu  
 Tharbe  
 V legis Aet  
 yopum file

partim etiā metu alienis clades, sollicitantibus  
lucis & irritantibus indeſinēter scribis ac sacris.

**XI.** fisis: ut iam Moyses minima minus abessest à per-  
nicie, opprimendis dubio procel, nisi rem olfa-

frega, nō ſipies in ipſo tēporis articulo ſe xliane ſubduxiſſet.

& cum rias obſeruari intelligeret, per ſolitudo-  
nes fugā arripiuit, quā euaforū inimici minima-

ſuſpicabātur: & quānis alimēta nusquam in-  
venient, inediā patientia ſuperabat: cumq; ad

vrbē Madienā pervenifſſet in rubri mari litore  
ſicam, denominatam ab uno ex Abrahami co-

Chaturē filijs, ſedens ad quendam puteū laſſiſ-  
dinem ex labore ſo itinere contradictā recrēbat.

Erat enim tempus moridianum, & vrbē iam in  
prospectu habebat. Hoc loco ēt negotium inclu-  
natum ex incolarū viuenti ratione, per quod ea

virtutē ſuā declarauit, & melioris fortune ve-  
cacionē iuuenit: iū enim ea regio laboret aqua-  
rium inopia, paſtores operā dabant, ut priui paſ-  
teos occuparet, ne forte exauſta aqua ab alijs,

ipſorum pecora potuſcarere cogerentur. Veniana

igitur ad puteū ſep̄tē, virgines, ſorores, Ragnellis

Sacerdotis filiae, qui in magno honore ab eius locis

habitatoribus trahebatn, qua patris gregārum

ram gerentes, id quod etiam per ſcēmīus apud

Tragodysas ex mare ſi, hanc ſtā aqua quārum

fatis ridebatn, gregib; eam potandam in la-  
cum ad hunc uſum factis daffundunt. Cumq;

paſtores ſuperueniſſent, & repelliendo paſtores

qui in aqua.

quam sibi usurparent. Moyses iniquum ratus,  
nō ferre opem iniuriam patientibus virginibus.  
Et se inspectante viam virorum plus polere quam  
iis puellarum, ab actis usurpatoribus auxilium  
eis ita ut decebat, prabuit. At ille accepto bene-  
ficio postquam ad patrem reverant, et pasto-  
rum iniuriam, et quomodo ab hospite aduta-  
suerint, ei retulerunt: rogabatque ne illi hoc bene-  
ficium periret. Tum ille collaudata puellarum er-  
ga benefactorem gratitudine, iussit ut Moyses  
adduceret meritam gratiam recepturum. Qui re-  
venit, indicauit ei, quomodo ex filiabus cognos-  
set de auxilio quod eis tulerat, et virtutem  
eius admiratus, in non ingratos hoc beneficium  
collocatum aiebat: relaturum enim se gratiam pro-  
modo parem, sed aliquanto maiore. Deinde adop-  
tato in filium unam ex filiabus nuptias tradidit:  
ad hanc pecorū, ex quibus olim universa barbar-  
orum possessio constabat, curatorem cum ac dor-  
minium constituit. Hanc fortunam Moyses na-  
tus apud Iethgleum, quod Raguēlis cognomen  
erat, debebat apud sociū pascens pecora. Alter  
quanto verò post egit pastum greges in monte  
qui dicitur Sina, omnium in ea regione certissi-  
mum, et pascens valde commodum: abundabat  
enim herba, eo quod vulgato rumore nūmē illuc  
habitare, pastoribus haec tenuis in accessus ob re-  
ligionem loci fuerat. In eis monte mirabile videt  
prodigium: ignis enim ruli fructu depascens

huc de  
adoptione  
re Eze  
credo

XII.  
Exod. 3

Antiqua  
religio  
montis  
Syna  
risu,

Ut ~~pro~~ <sup>in</sup> ~~pro~~ dei visus, nec frondes, nec flores, nec ramos quicquam  
 lexit, cum tamen inde maxima & fla-  
 grantissima flamma emicasset. Ille tam inopi-  
 nato spectaculo non mediocriter attonitus magie-  
 etiam obstuavit, postquam vocem ex igne emis-  
 sam, & nominatum sibi vocato verba faciem  
 audivit: quibus & audaciam eius taxauit, qui  
 non sit veritus locum hactenus ob religionem ho-  
 minibus in accessum calcare, et consuluit insuper  
 ut quam longissime a flammis abscederet: & con-  
 sentius quidem sit ha visione: non indignus ea,  
 propter suam ac maiorum suorum virtutem habi-  
 tus, ceterum veterius nihil curiose inquirat.  
 Pradicavit etiam quantum honore ac gloriā con-  
 secuturus esset apud homines diuino favore assū-  
 stente: iussitq; confidenter in Aegyptū proficiens,  
 futurum illuc ducom ac ductorem Hebreorum mul-  
 titudinis, & liberaturū cognatum populo ab  
 iniqua eius genti dominatione. Etenim habita-  
 tori sunt, inquit, terram illam quam Abraham  
 eius generis vestri princeps tenuit, & omnia be-  
 na eius percepturi, tua prudētia ad hanc felici-  
 tate illos perducente. Sed fac memineris, ut edu-  
 fatis Hebreis ex Aegypto in hoc loco sacrificium  
 gratiarum actionis ob felicē succēsum offeras.  
 Et oraculum quidē tale ex igne prodijt. Moyses  
 vero tam visus, quam auditus, territus insit! Poten-  
 tiae quidem tuae, domine, quae et ego reveror,  
 & maiores mei coluerunt, non sum tam insensu-

ut parere dubitem: attamen non intelligo quomodo vir priuatus & nullus viribus præditus, vel meis persuadere potero, ut relicta terra, quæ nunc habitant, me ducē sequantur: vel etiam si persuasero, quomodo Pharaones sit cogēdus ut illos exire permittat, quorum opera & labore constat Aegyptiorum felicitas. Deus autem iussit illum securū esse de toto hoc negotio, se illi numquam non ad futurum pollicitus: & sine verbis opus fuerit, vim persuadendi largitur: sine operibus, viriū satis additurū. Mox iussit, ut virga in terrā proiecta fidē promissoriū acciperet: quo facto, draco humi rep. b. it, & in spiras se cōvolvens caput erigebat, quasi repugnaturus, si quis insequeretur: ac mox denuò in virgā est mutatus. Post hoc manū in sinū mittere iussus cū paruissest, albam & colore calcis similem exemit, quæ mox in pristinū colorē redidit. Iussus deinde aquā è propinquo haustā humi effundere, vidit in colore sanguineū versam. Ad hanc stupentē ut confidat hortatur, cum sciat maximū sibi adiutorē affore: utq; apud omnes his prodigijs vtendo fidē illus faciat à Deo se missum, eiusq; iussu omnia facere. Iret sine cunctatione, & festinus in Aegyptum properaret, neq; die neq; nocte iter intermissione: neue diu tēpus terēdo, longiorē Hebrais seruitutē & afflictionē redderet. Moyses autem nihil amplius dubitans de promissionib; quarum certitudinem tot argumentis auditis.

ditis & visis satis colligebat, precatus ut eandem potentiam in Aegypto, cum exerta opus fuerit, experiretur: supplex illud etiam rogabat, ut quem conspectu ac colloquio suo dignatus fuerat, ei nomine quoque suum volens ac libens indicaret, ut rem diuinam illi aliquando facturus nominatim eum ad sacrificium innocare posset. Tum Deus aperit ei suum nomine, namquam antea hominum ulli auditu aut cognitum, quod milii eloqui nec ius nec fas esse arbitror. Moysi vero non tunc tantum, sed quotienscumque opus esset talium prodigiorum facultas aderat, atque ita nihil dubitans de oraculo ex igne redditis veritate, de quo Dei adiutoris favore, magnam spem concepit, fore ut tandem & suis liberarentur, & Aegyptum insigni aliqua clade afficerentur. Cumque cognovisset Pharaonem

Aegyptiorum regem, sub quo ipse fugerat, esse  
defunctum, à Raguelē commeatum rogat, ut  
salua eius pace ac gratia liceat sibi in Aegy-  
ptum ob publicam cognatorum ac tribulum  
suum vilitatē proficisci. Quo impetrato, ex  
assumpta quam ibi duxerat. Raguelis filia, li-  
berisq; communibus, Gerso & Eleazarō, iter in  
Aegyptum arripuit: quorum nomen prius  
peregrinum significat, posterius, Dei auxilium,  
quod diuina ope insulias Aegyptiorum euasi f-  
set. Cumq; iam non longe à limitibus abessent,  
Aaron frater venit obuiam, Deo sic iubente:  
cui mox indicavit quicquid in monte viderat,

et omnia mandata quæ divinitus illic accep-  
rat. Mox ulterius progressus obviis invensis pra-  
stantissimos quosq; Hebraorū, qui ad eundem eius  
præsenferant: et mox, ne quid amplius de fide  
Moysis dubitarent, prodigia diuina voluntatē  
attestantia sunt eis ob oculos exhibita: quibus  
præter omnem opinionem visis attoniti, sperare  
iam cuperunt prouidentiam Dei securitati illo-  
rum et incolumenti non defuturam. Atq; ita  
obsequentiores natus Hebraos, et in potestate  
ipsius se futuros pollicentes, accensos nimirum  
libertatis amore, ad nouum regē se confert. Ibi Exo. 5. 7.  
posteaquā cōmemorasset operam suam pro Aegyptiis contra Aethiopias contemptim agros eo-  
rum vastates nauatā, laboresq; exhaustos, dura-  
mō aliter quam pro suis popularibus bellum ad-  
ministraret, adycit malā gratiā pro tot benefi-  
ciis sibi redditā oraculum deinde in Sina monte  
acceptū regi aperit: nec non prodigia quibus de  
voluntate Dei confirmatus omnē hesitationem  
posuerit, singillatim enumerat. Addit deinde pre-  
ces ne per incredulitatem Dei decrevis obstatulo  
esse velit. Ceterum cum a rege contemptim ar-  
diri se animaduerteret, exhibet illi specimē pro-  
digiorum quæ in Sina viderat. Rex verò iratus  
sceleratum eum appellat, qui Aegyptiorū olim  
fugitiuus, nunc magicis prestigijs instructus  
ad reliquos decipiendos venerit. Habere se quo-  
que sacerdotes, qui eadem ostenta repræsentare

nossem, non minus peritos huiusmodi artium : nec  
 esse cur se Moyses iactare debeat, quasi solus do-  
 mina prae ceteris virtute polleat, atque ita apud  
 crudem multitudinem quasi supra mortalem condi-  
 tione positus, se venditet: confessimq; cum & ipsi  
 suas virgas protecissent, in dracones sunt versæ.  
 Tum Moyses nihil his motus, ne ipse quidem, in-  
 quirat, ignorat aut contemnit artes Aegyptiorum:  
 attamen quæ ego operor, tanto præstantiora esse  
 aio, quam istorum magiam, quanto inter ualores  
 diuina humanas post se relinquunt: iamq; mani-  
 feste declarabo, nō esse hac præstigias, veritatis  
 specie parū cautis imponentes: sed ipsissimā Dei  
 virtutē, argumentū omnipotētis illius voluntati  
 apud incredulos futurā: & cum dicto virga  
 in terram mittit, iubens ut fiat draco, quæ mox  
 dicto parens Aegyptiorum virgas quæ draconis  
 specie reptabat, unam post aliā aggressa omnes  
 ad unam devorauit. ac mox in pristinam speciem  
 reuersam Moyses rursum sustulit. Rex autē ad  
 indignationem magis quam admirationem hoc  
 facto commotus, cum nihil acturū respondisset;  
 neque quicquam Aegyptiacis artibus profectu-  
 rum, mandat operarum exactori qui Hebreus  
 erat præpositus, ut de labore nihil eis remittat;  
 sed grauioribus etiam quam arte operum diffi-  
 cultatibus premat. At ille prius paleat eis ad la-  
 teres fingendos præbere solitus, post hac id facere  
 desit: sed interdiu detentos in opere, noctu ac  
 compor.

comportandis paleis dimittebat, pristini labo-  
ris onus complicatus. Moyses autem neque Exo.16  
minis regis à proposito deterrebatur, neque assi-  
diis suorū querelis: ut à coepio desisteret, vel mi-  
nimū fletibatur: sed obfirmato cōtra vtrumq;  
animo, in hoc totus erat, ut suos in optatissimā  
libertate restitueret. Itaq; denuo regem accedit,  
suadens ut dimittat Hebreos in Sina montem,  
illuc Deo sacrificaturos: hoc enim ipsum iussisse,  
nec posse quenquā eius voluntati resistere: qua-  
propter dandam operā ne favore eius cōtemnere  
videatur, utq; populo potestate excundi faciat,  
ne forte contrā molando posthac culpanū in se  
transferat, si quid ipse tale acciderit, qualia Dei  
voluntati resistentibus enenire solent. Nam ne-  
cessario calamitates eos cōprehendere, qui diui-  
nam iram in se pronocauerint: & tum terram  
tum aērē illis infestū existere, tum procreationē  
filiorum parū feliciter procedere, elemētū etiam  
glā vindictandū in eos concitatis: atq; hac mala  
non posse evitare Aegyptios, etiamsi Hebreos  
regionē eorū exire cōtingat, nisi hanc profectio-  
nem bona pace ipsorū impetraverint. Rege verò  
mibili faciente verba Moysis, neq; vel cantillū  
ad eius preces aduertente, gravissima mala in  
Aegyptios incubuerūt: quae singulatim recense-  
bo, tum propter eorū vnitatem, tum ut eo magis  
apparet, non varas fuisse vatis nostri predi-  
ctiones: postremo quia hominū interest talia co-

gnoscere; quo magis ea caueant, quibus iritatus

**Exo. 7** Deus ad infligendas penas cōmoueri solet. Primum annis sanguineis fluentis prolabēs, ad po-

**Plaga** atus inopia eos redegit, cū praterea nullum fonte habeant: nec coloris tantū id erat vitium, sed si quis siti coactus gustaret, confessim acri dolore corripiebatur: eratq; talis Aegyptijs solis, Hebreis vero dulcis ac potabilis, & omnino pristinā naturā retinens. Quo miraculo rex nops cōfisiū, timēs incolumentati gētis, permisit Hebreos abire: cumq; malū cessasset, rursum ad pristinā

**Exo. 8.9** mentē rediūt, sentētiā suā revocans. Deus autē motus hominis ingratitudine, qui nec à periculo liberatus vellet sapere, aliam plagam Aegypto infligit: Ranarū vis immēsa terrā eorū popula batur, refertus erat & fluuius, ut aqua inde nō nisi sanie harū viciata hauriri posset, immorien tibus earum plerisq; & imputrescentibus plena erat & terra turpi limo ex quo emasebantur, rursusq; in eum de resolutebantur: quin & dome

sticō vietū fcedebat in esculentis atq; poculentis nūsquā nō reperta, & in cubilibus quoq; passim oberrātes: ita ut omnia facterent putore è ratis mortuis exhalante infecta. His malis cū exag iarentur Aegyptijs, rex iubet Moysen cum Hebreis abire quod velit: & quamprimum hoc dixit emauerunt ranā, terraq; simul & flumē in pristinā naturā sunt restituta. Vix dum hoc malū secesserat, cū Pharaosthes denuo mutatus, prio

rum oblitus retinere populum caput: & quasi  
aliarū etiā afflictionū naturas experiri vellet;  
negabat exitū quem prius cōcesserat timore ma-  
gis cōpulsus quā ex animi sui sententia. Rursum  
rigitur Deus alia clade in hominē fraudulentum  
vindicat: peduncularū enī magna vis è corpo-  
ribus Aegyptiorū scatebat, à quibus malis male  
perdebat, neq; lauacris, neq; medicamentorum  
inunctionibus extinguere eos valentes. Qua no-  
na peste turbatus rex, & non magis ipso peri-  
culo quam eius feditate ac turpitudine terr-  
tus, nequā cū esset, agrè dimidiata ex parte re-  
fipuit. Hebrais enim exire permisus, ac mox ma-  
lo cessante, liberos & uxores redditus obsides ab  
eis exigebat: quo facto magis etiā Deū exasper-  
rat, putans se prouidentiam etiam circumuenire  
posse, quasi Moyses & non potius Deus paena  
de Aegyptijs Hebreorū oppressoribus sumeret.  
Varias ergo & multiformes bestiolarū species  
immittit, quales nemo ante eam dīe inquā vi-  
derat, tanta copia, ut tota regio malo hoc reple-  
retur: præ quarū frequētia & homines plurimū  
extinguebantur, & terra nullo patto coli pote-  
rat: & qui præsentanē exitiū euadebant, infe-  
cti tamē eam veneno à morbis corripiebantur.  
Rege verò ne tum quidē respiscēte, ut volūtati  
diuine cederet, sed mulieres quidē cum viris da-  
mittente, pueros verò retinere volēte, nō defue-  
rant Deo varia prioribus etiā grauiores peccata.

quibus ob regis malitiā in uniuersam gentē se-  
verē animaduerteret: sed exulceratis intus in cu-  
te corporibus miscrabilem in modū non medio-  
cris numerus absu[m]ebatur. Et cū ne siquidē rex  
resipisceret, grando nunquam antē in Aegyptio  
calo visa, tunc verò maior quā apud alios hi-  
berno tēpore, aut in septentrionali regione, vere  
iam adulto supernē ruens omnes eorum fructus  
cōtrivit: & si quid intactū grando reliquit, nu-  
bes locustarū superuenientes ita absumperunt,  
vt fructuū colligendorū spes Aegyptiū omnib[us]  
omnino sit adempta. Quod si rex stultus tantū,  
& nō etiā malus fuisset, poterat vel iam dielis  
cladib[us] admonitus resipiscere, vt tandem de ali-  
que tot malorum remedio cogitare inciperet. at  
Pharaohes tametsi non ita insaniebat, vt cau-  
sam non intelligeret, tamē tanta malitia peccatum  
eius obfederat, vt adduci nullo modo posset, quia  
Deo quasi per contentionē repugnare, & nō pu-  
blica cōmoda sciens volensq[ue] peccare pergeret.  
Itaq[ue]; tandem Hebreis pueros etiā vna cū multe-  
ribus concedit: sed ius sit, vt bona sua Aegyptiū  
sanquā prædam relinquerent, eo quod ex ipsorū  
bonus nihil post tot calamitates superesse cōque-  
rebantur. Moysē verò negante aquum postula-  
ti, alioqui non habituros unde sacrificarent. ac q[ui]  
has controversia diutius dūrante, tām densa te-  
nebra, omnisq[ue] luminis expertes, Aegyptiū sunt  
circumfusa, vt prosp[ectu]s in uniuersum priuati  
alij

alij alio casu absumeretur, illo quoque metu imminente, ne forte penitus ab ea caligine absorberentur. Deinde his discussis post tres dies ac totidem noctes, cum nondum flecteretur Pharaos, ut liberū exitū permitteret, his verbis eum Moyses aggrediuit, Quousque repugnabis Dei Exo.1Q voluntati, qui omnino vult ac iubet Hebraeos di 11.12 mitti, nec est aliud prater hoc remedium aduersus mala quibus affligimini. Rex verò iratè frens hanc dicendi libertatem minatus est eum capite plectendū, si post hac de hac re molestus esse pergeret. Respondit Moyses, se non amplius hac de causa verba facturi, sed ipsum cum optimatibus Aegyptijs ultrò Hebraeos rogaturum ut quamprimum inde proficiantur: atq; his dictis abiit. Deus autē cum decreuisset adhuc una planga ieiros Aegyptios cogere ad dimittendos Hebraeos, iussit Moysen edicere populo, ut paratum habeant sacrificium, preparatum tertia decima Xanthica mensis in quartadecimam, qui apud Aegyptios Pharmuti vocatur, idem Hebraic Nisan, & Macedonibus Xanthicus: utq; ipse Hebraeos educat, omnia sua secum portantes. Ille verò instructos prius ad profectionē, & per soliditia distributos in uno loco continebat. Illustrante verò quartadecima, omnes ad exitum animati sacrificabant, & sanguine domos lustrabant, aspersas hyssopo: & peracta cena reliquias carniū exuferunt, tanquam exituri. Unde

nunc quoq; solenne manet nobis idē sacrificium,  
 quam festinitatē vocamus Pascha: id transitū  
 significat, eo quod Deus illa die prateritis illas  
 Hebreis, Aegyptios mōrbo percussit: nam pestis  
 illa nocte absumpsit primogenita Aegyptiorum,  
 ut agminatim ad regiā cōcurreretur à proximis  
 vociferatibus, nō amplius detinendos Hebreos.  
 Tum rex accito Moyse mandat ut abeat, ratus  
 post eorū exitum regionē cōstantib⁹ calamita-  
 tibus subleuandā: donis etiam Hebreos honora-  
 bāt, ali⁹ quō celerius discederēt, ali⁹ propter vi-  
 cinitatis cōsuetudinē: atq; hoc pacto exitum, est  
 flentibus Aegypti⁹ & penitētibus ob prateri-  
 tam malā tractationē. Iter autem faciebāt per  
 Latopolim tūc desertā: Babylō enim post eo loco  
 est cōdita, Cābyse Aegyptū vastatē. Cūq; abeū-  
 tes iter strenuē cōtinuarēt, tertia die peruererūt  
 Beelsphōtē ad rubrū mare sitā: cumq; nihil per  
 viā inuenirēt propter soliditudinē, macerata fari-  
 na & modico calore in panis speciem solidata se-  
 sustētabāt: quo rictu per triginta dies sunt vſi:  
 neq; enim plus commeatus Aegypto extulerant,  
 atq; eum ipsum parcè dispensabāt ad necessita-  
 tē magis quā ad satietatē: quapropter in memo-  
 riā eius mōpiæ festa per octo dies celebramus,  
 quos vocamus Axymorū. Ceterū multitudo mi-  
 gratiū vniā cum liberis & uxoriis vix erat  
 numerabilis: qui vero militarem atatem habe-  
 bant, sexcentorum milium numerū explebant.

Quo

Quo Moysē duce Aegyptū reliquerūt. C. V I.

**R**eliquerūt autem Aegyptum mense Xan-<sup>Exo.12</sup>  
thico, luna quindecima, anno quadrin-  
gentesimo trigesimo post quam Abraham pater  
noster in Chananaeā venit: & post Iacobi mi-<sup>lecte fuit</sup>  
grationem in Aegyptum anno ducentesimo de-  
cimoquinto. Moyses vero annum tunc agebat  
octuagesimum, & frater eius Aaron trienio erat  
maior: diferebant etiam secum ossa Iosephi, ita  
ut filii suis mandauerat. Aegyptios autem pœx  
intuit quod Hebreos dimisissent: cumq; rex pra-  
eateris hanc rem agre ferret, totum præstigij  
Moysis imputans, decretū eū est, ut in eos irrue-  
ret: & correptus armis reliquoq; apparatu, per-  
sequebatur, retracturi si possent assequiri, non enim  
timendum ne Deus offendatur, cum iam semel  
excitus illis sit concessus: sperabant etiam facile  
se in potestatem redacturos inermes, & de via  
lassis. Itaq; obviū quenq; rogates quā tenderet,  
raptim insequebantur, rameti per viam diffici-  
lem non solum exercitibus, sed expeditis quoq;  
riatoribus. Moyses autem hac Hebreos ideo dis-  
cit, ut si Aegyptij mutata sententia persequi eos  
vellent, penas malitia & violatiq; facti persolu-  
rent: neve Palæstini, quos ob vetere simulatem  
infensos habet, de hac profecitione certiores fieri  
possent: est enim illorū regio Aegypto contermi-  
na. Quapropter omissa via que in Palæstinam  
ducit, per desertum via dissipiosa ac diffi-  
cili

cili voluit Chananaam invadere: obiterq; iuxta  
Dei mandata in montem Sina populu sacrificia-

**Exo. 14** turum adducere. Sed ubi ad rubrum mare per-  
uentum est, ecce Aegyptiorū multitudo circum-  
fusa in arctum eos copellit: aderant enim septin-  
tigenti currus cū equitu quinquaginta millibus,  
ducenta milia scutatorum peditū: hi vias  
omnes obsederat, quibus effugiu Hebreis patere  
poterat, inter rupes & mare conclusi, quo loco  
mous præ aspergit inuius ad littus usq; procur-  
rit: atq; ita ne fugæ quidē sp: relicta Hebreos  
mare inter & monte obsidione premebant, op-  
positis armatis quā exitus in campos aperieba-  
tur. In hac locorū iniquitate cōclusi, cūm nec ob-  
sitionē præ inopia tolerare, nec exitū ad fugam  
inuenire possent, nec arma adessent etiam si ma-  
ximè pugnare cuperet, nihil superesse videbant,  
nisi ut turpi deditio saluti cōsulerent: quo fa-  
Etum est ut Moysen incusarent, obliti prodigio-  
rum quibus libertatem eis Deus significauerat:  
minimumq; aberat quin prophetæ lapidato, con-  
temptisq; per incredulitatē pollicitationibus, de-  
ditione in pristinā seruitutē rediret: nam et la-  
mentis mulierē ac puerorū exasperabantur, nō  
bul nisi perniūc expectantiū, cūm essent rupibus  
& mari & armatis circuī ca cincti, nec ullæ  
pes effugij relinqueretur. Moyses autem effera-  
ta licet contra se turba nulli succumbens diffi-  
cultati non cessabat eis prospicere, Deo fatus,  
quem

quem posse tot libertatis præsagia probabile non  
erat permissurum ut aut deterretur, aut in pote-  
statē inimicorum relati erentur: cumq; medius in  
cōcione cōstitisset, sic ad eos ~~merita~~ fecit: *Si homo*  
*aliquis res vestras bene ac prudenter haetenua*  
*administrasset, oportebat et in posterū similis*  
*eius curā et diligētiā expellare nūc post quā*  
*Deus ipse gubernandos vos suscepit, quanta in-*  
*sania fuerit eius opem non sperare, qui per me*  
*ultra vobis præstidit quicquid ad vestrā salutē*  
*ac libertatē cōferre videtur, immo hæc ipsa dif-  
ficultas et angustia magis vos ad sperandum ac-  
tendere debuerat: ipse enim vos in arclum hunc*  
*locū cōcludi voluit, ut ex tanta necessitate præ-  
ter vestrā aquā ac hostiū opinionem seruaret,*  
*atq; in hunc modū declararet, nō solū potentiam*  
*suā, sed fauorē etiā quo vos perpetuū prosecui-  
tur. Non enim in paruis rebus Deus propitius au-  
xiliū afferre solet, sed cum potissimum, quādo spes*  
*superest minimū. Ergo huius ope freti, qui potest*  
*et ex paruis magna facere, et horū potentiam*  
*debilem reddere, ne terramini Aegyptiorū ap-  
paratu, neq; propter fugā mari et motibus im-  
peditam animū despondete: potest enim Deus eō  
hos in planicem et mare in terram vertere.*

*Quomodo mare scissum Hebreis et Egyptios*  
*fugientibus viam aperuit. CAP. VII.*

**H**AEC effatus ad mare eos Aegyptiū spe-  
ctantibus ducebat. I habentes enim eos sub  
oculis,

oculus, quod essent persecundo defatigati, pugnam in sequente diem differre cōsultius putabant. Ut verò ad extremū littus vētum est, tunc Moyses sumpta virga Deum in auxiliū supplex inuocat, dicens, Tu domine Iesu ipse quod nec vi-ribus nec artibus humanis ullum hinc nobis patet effugium: superest ut ipse salutē huic populo expellas, qui Aegypto relicta hinc est delatus, tuam voluntatē tuamq; fidem secutus: ad te solum omni alia spe, omni cōsilio, destituti confugimus: ad tuam tantū prouidentiam respicimus, qua sola nos iratis Aegyptiū eripere potest. Suc-  
 curre igitur properè, & potentiam tuam exere, & populum iam cōclamat & salutis ad fiduciā rā  
 & spem excita: in difficultatib; constituti su-  
 mus, sed nostris non tuis. Tuum est domine bac-  
 mare, tuus & mons qui nos claudit: & hic pa-  
 test te iubente aperiri, & illud in terram vertie  
 possumus & per aerem sublimes effugere, si ita  
 nos seruari tibi placeat. Hac precatus, mare  
 virga percudit: quo iuctu repente scissum, &  
 retrosum se recipiens, nudum solum Hebrais ad  
 eborum fugam capeſſendam relinquit. Moyses autē vi-  
 dens adesse Dcūm, & mare de ſuo ſolo ceſſiſſe,  
 primus progreditur, hortatur Hebreos ut ala-  
 criter ſequantur per viam diuinitus datam, &  
 lati præterito periculo gratiis agat ob tam in-  
 credibilem ſalutis rationē tam ſubito exortans.  
 Illis verò impigre ſubsequentibus, nimirum di-  
 uina

nina ope fretis, Aegyptij primum insanire eos patabant in manifestam perniciem ruerentes. Postquam verò viderunt eos lōge processisse, & impune absq; omni impedimento iter facere, impletu facto persequi eas cacerunt, quasi & ipsi tum per mare iter habituri: & praemissis equitibus à littore descendebant. Iamq; in aduersum lictores enaserant Hebrei, hostibus à tergo relictis, quos armis graues ipsa etiam miraculi nauit. is non nihil est remorata: sed cùm incolumes illos terrā tenere viderent, sibi quoq; eundē euertum pollicebātur. Verūm fefellit eos hæc opinio, nescientes non quorumus talem viam esse, sed Hebraeorum tantum, & fugientibus tantum ad salutem patere, non hostibus qui eos perdendis animo inseclarentur. Ergo cùm iam riuersus exercitus introgressus esset, refunditur iteris marie, & Aegyptios suos hostibus involuit, ventis etiā eodem impellantibus: accesserunt & imbres de calo, & aspera tonitrua fulguribus simul intermicantibus: fulmina quoq; defercantur, & nihil omnino decreat eorum quæ ab irato Deo hominibus ad perniciem immitti solent: nam & nox eos caliginosa nimis ac temerosa comprehendit, atq; ita totus ille exercitus est deletus, ut ne nuntius quidem cladis domum reuertetur. Hebrei verò vix sui compotes erant p̄gaudio ex tam inopinata salute concepto, accedente huc etiam hostium interitu, quo maior esset

esset libertatis securitas, nemine superstite qui eos in seruitutem vindicare cuperet, & Deo ex professo illis auxilium submittente: quapropter cum sua salute, cum inimicorum suppicio leti, magis quam rlli antehac homines in hymnis & hilaritate totam noctem exegerunt: & Moses carmen, laudes Dei, & ob præsentem fauorem gratiarum actiones continens, hexametro versu composuit. Hæc ego ut in sacris codicibus inueni, ita sigillatim conscripsi. Nemo autem mirari debet tanquam incredibilia, si priscis hominibus & ad malitiam etiam tum rudikus, de salute periclitantibus via per mare patuit, siue Dei voluntate, siue natura sponte: quandoquidem heri & nudiustertius Alexandri ductus Macedonilus Pamphyliū mare cessit, & aliam viam non habetibus illac iter aperuit, cum Deus eius opera ad destruendum Persarum imperium ut decruiisset: id quod omnes tantur, qui res gestas illius regis scripto prodiderunt. Sed de his ut cuique libet ita sentiat. Postera verò die cum asilius & ventus arma Aegyptiorum in littus expulisset, in quo tum Hebrei castra posuerant. Moses id quoq; diuina prouidentia factum interpretatus, ne posthac inermes essent, collecta viritim distribuit: atque ita iam probe munitos ad Sina montem duxit, sacrificatus ibi Deo, & munera pro salute populi oblaturus, quemadmodum iussum esse iam ante dictum est.

PL. IOSEPHI ANTIC  
 QVITATVM IVDAI-  
 CARVM, LIBER  
 TERTIVS.

Quomodo Moyses populum ex Aegypto in  
 Sina montem eduxit.

CAP. I.

**R**ECENTEM hanc letitiam ex  
 insperato acceptae salutis offusia-  
 uit nonnihil itineris molestia, quo  
 per deserta in Sina montem duce-  
 bantur: quod emetienda esset regio difficilis pro-  
 pter ciborum & aquarum extremam inopiam,  
 & ne brutis quidem alendis, nedum hominibus,  
 idonea: erat enim tota squalida, & nihil omnino  
 humoris habens, unde fructus prouenire solebat:  
 tamen autem viam necessariam sunt ingressi, cum  
 ali am non possent: deferebantq; secum aquam  
 priusquam desertum intrarent hanciam, duce-  
 ita praeponente: qua absumpta putres magno  
 labore propter duriciem terre fodientes aqua-  
 bantur, ac ne si quidem vel satis bonam, vel  
 quantum sufficeret inueniebatur. In hunc modum  
 iter facientes permeniunt prima vespera in lo-  
 cum quendam, cui propter aquas vitiosas no-  
 men fecerunt Mar, anatorem vocabulo signifi- Exod. 15  
 cante: ibiq; laesus de via & comeatu quoq; iam  
 absumpto inopia tentare incipientibus duertere  
 placuit. Invitabat ad maledicu putres forte re-  
 k pertine

pertus, qui tamet si tantis copijs non posset sufficiere, non nihil tamen solatiū propter naturam regionis prabebat, audiebant enim nihil aquae in progressu se inuenturos: huc ipsa quoque amara fuit & nulli potabilis, non homini solum, sed instrumento quidem. Moyses autē videns eis animū cecidisse, nec habens quod diceret, non enim erat res cū hoste, quē virtute repellere posset, sed ex viri & imbellis mulierū ac puerorū multitudo ex aquo periclitabantur, agrè expediebat consilium populi miseriā ad propriū infortuniū referens. ad hunc vnam enim concurrebant, muliercula infantibus opem implorantes, viri verò mulieribus, ne sc̄ despiceret, utq; salutis remedium aliquid quereret. Ad preces igitur versus orat: Deus mutata aqua ex vnitiosa potabile regdat: quo annuente hanc gratiā, arripit frustum ligni forte ibi iacēs, & mediū per longitudinem scissum in aquā mittens, docet Hebreos Deū ex auditis precibus pollicitum daturum se aquā de-

siderantibus, si gnauiter iussa perageret. Quibus roganib; quid factō opus sit, vt aqua mutetur sub robustissimū quenq; certatim puteum ex haurire, dicens; maiore parte enacuta reliquā potabile fore: quo factō aqua agitatione cōtinua purior redditā, potū iam nō aspernandum multitudini exhibuit. Hinc castris motis peruenientē in Illym, agrū, vt primo aspectū e longinquo vndebarur, nō malū, ferebat enim palmas: vt vero propius

propius est ventus, fefellit omnium expectationem:  
 palma enim non plures erat quam septuaginta,  
 eaque non admodum procerae propter loci ariditatē: contra  
rīus ī  
modetur  
 nam ne à fontibus quidē rigabatur, qui duodecim eo loco erat, sed non ita tardi ut emissis riui-  
 lis humiditatē terra subministrarent: quare ad  
 egerendā harenā versi in nullas venas incidere  
 poterant, & si quid modicū distillaret, fossione  
 turbatum inutile ad potū reddebat. Arbores Exo. 16  
 quoq; non multū fructū ferebat propter eandem  
 aquarū inopiam: confusi  
lamenta quamobrē exortū est murmur  
 multitudinis contra ductorem, omne miseria sua  
 causam in unū illum conferentis. Triginta enim  
 dierū itinere confecto, comeatum omniē, quē secū  
 extulerat, iam ab sumptū desiderabant, & cum  
 nihil adimentorum in terra deserta inuenirent,  
 minimum à desperatione aberant: atq; ita pre-  
 sente egestate præteriorū tam Dei quam Moy-  
 sis beneficiorum memoriam excutiente, in iram  
 cōcitati videbatur iamā correptis saxis in im-  
 peratore suū inuasuri, autore interitus sibi cla-  
 mitantes. At ille irritatā multititudinem & tam  
 acriter in se concitatam animaduertens, fretus  
 Deo & conscientia rei bona fide administratæ,  
 prodit in medios vociferantes & Taxa intenta-  
 tes. Cumq; singularem quadam gratiā in vultu  
 præferret, populari q; facundia cum primis polle-  
 ret, exorsus est iram eorū mitigare, obsecrans ne  
 in presentē necessitatē intenti omnium præterito-

rum beneficiorū memoriā abūcerēt: vtq; à diffi-  
 cultate tunc promente animū ad Dei gratiam  
 ac dona verterent, quibus toties præter opinio-  
 nē cumulati fuissent: nunc quoq; expectarent eū  
 bonum exitum procuratur, quem verisimile sit  
 ad probandam eorū fortitudinē, patientiam &  
 gratitudinē, vtq; appareat præterit a ne an pre-  
 sentia plus apud eos possint, hanc rerum angu-  
 stiam immisisse. Cauendū igitur ne ob intolerā-  
 tiā atq; ingratitudinem diuino fauore indigni  
 deprehendantur, qui & voluntatē ipsius quam  
 fecuti Aegyptū reliquissent, contentant, & se  
 ministri eius iniquis odijs persequantur, præfer-  
 sim cūm hactenus in nullo eorum que Dei iusserat  
 suscepereat, deceptos se queri possint.  
 Enumerat deinde sigillatim, quomodo afflicti  
 fuerint Aegiptij dum eos contra Dei voluntatē  
 detinere conarentur: quomodo idem flumen illis  
 quidem cruentum & ad potū inutile, ipsis ve-  
 rò dulce fuerit ac potabile: quomodo item refluo-  
 mari locū eis & viā ad effugium cedente, ipsi  
 quidem per eam evadentes salistem sunt consecra-  
 ti, inimicos verò intermissione deletos inspecta-  
 nerint: & quomodo in eā r̄sq; diē inermes, Deo  
 præbente armorū quoq; copiā sibi cōparauerint:  
 tum quoties ex ipsis inserviūs faucibus eos præ-  
 ter omnīū opinionēs incolumes Deus eripuerit,  
 quā cūm semper sit omni potens, ne tum quidem  
 de ipsis prævidentia disperādum. Quamobrem  
 aqua

equo animo serenda omnia, cogitandumq; non  
esse serum auxilium quantu[m]is differatur, quod  
rebus adhuc integris accipitur: & sic existi-  
mandum, non contemni a Deo sua pericula, sed  
fortitudinem explorari ac libertatis amorem, ut  
videat utrum eius cupidine & ciboru[m] & aqua-  
rum inopiam sustinere valeant, an potius more  
pecudum dominis in suum usum paſcentibus ser-  
uire malint. Se quidem no[n] tam sibi priuatim ti-  
mere, cui c[on]ſeo iniuste[n]tia nihil mali accidere posse:  
quam ipso[r]u[m] incolumenti, si per istam lapida-  
tionem facta & cōſilia Dei damnare videan-  
tur. His verbis furentes ad ſaniorē metē reduxit  
& iam ad facinus arma: is saxa de manibus ex-  
cussit. Sed quoniam intelligebat no[n] de nihilo co-  
citos, ad preces & supplicationes confugit: &  
conſenſa quadā ſpecula, opem Dei rebus per ino-  
piā afflictis depoſcebat, in cuius ſoliuſ manibus  
ſaluuſ populi reponita eſſet: utq; propitiuſ venia  
daret populo duris rebus exasperato, & popter  
hoc more humano ab officio decederet. Deus verò  
cur[ia] ſibi populuſ fore polluetur, & opem quam  
peterent iamiam affuturā. His impetratis Mo-  
yſes deſcedit ad multitudinē: illi verò animaduer-  
tentis promiſſionibus diuinis latuſ, & ipſi poſito  
merore vultus hilares ſumpſerūt. Tum ille ſtans  
in medio concionis, ait ſe praſenti neceſſitati a  
Deo remediu[m] afferre, nec ita multo poſt ma-  
gna viſ coturnicū, quod genus aut[em] praecateris

Arabicus sinus alit, superato interiacente mari  
longo volatu fessarū, qui alioquin etiam non est  
sublimis, in Hebraos defertur. Illi vero cibos di-  
uinitus oblatos certatim cōprehendentes, reme-  
diū in opia querebant: & Moyses rursum ad  
supplicationes vertitur, ob auxiliū à Deo pro-  
missum simul atq; exhibet: qui ad hunc modum  
pastis, alia mox alimenta demisit. Nam iute-  
rim dum Moyses precabundus palmas attollit,  
**Manna**  
**xod. 16.** eos de caelo delabitur qui cum manibus eius  
harenſis concrevijſet, ſuſpicatus ille hāc quoq; ali-  
moniam à Deo demitti, deguſtat: letusq; re cō-  
perta, turbā ignarā & putantē hiberna tempe-  
ſtate ningere, monet opinione fallī, nec vulgarē  
torē de caelo descendere, ſed alimoniam qua ope  
alia deſtitutos periculo famis eximeret: ac mox  
prægustatū offert, ut experti crederent. Illi vero  
ad eius exemplū nouo cibo leti fruebantur, qui  
ſuauitace ad mellis dulcedinem accedebat, aſpe-  
ctu vero ad aromatis ſimilitudinē quod Bdell-  
icum dicitur, magnitudine coriandri ſemini ſi-  
milis: eumq; profe quifq; certatim colligebat.  
Sed mox edicto admonetur, vt ex aquo aſſaro-  
nis mensurā quotidie colligeret, nō enim defore  
hoc cibi genus: quod eo factū eſt, ne infirmiori-  
bus deſeffet, dū robustiores per auaritia plus fa-  
tis colligunt. Quod si quis contempto edicto vltra  
præscriptū modū collegiſſet, plus defatigatus ni-  
bilo plus babebat quam cateri: quicquid enī  
vlera

ultra assaronē sequēti die supererat; inutile red  
debatur, amaritudine ac vermis corruptum;  
adēdū dūnus & incredibilis erat hic cibus: cuim  
hēc natura est, ut qui hūc hābet, alium non do-  
sideret. Quin & nostris tēporibus ita ea regio Note  
genere hoc compluitur, quemadmodum olim in  
Moysis gratiam Deus in alimentū demisit. Hoc  
Hebrei Manua vocant: nam hac vox Man, in  
nostra vernacula est, percōtativa, Quid hoc est,  
interrogans. Atque ita perpetuum gaudium ac  
securitatem per hunc cibum sunt adepti, quo per  
annos X. deinceps sunt sustentati: tantū enim  
temporis in deserto hāserunt. Sed ex loco in quo Exod. 17  
hac primum contigerunt castris motis, postquam  
in Raphidim peruenierūt, extrema iam siti labo-  
rabatur: eò quod & precedentibus diebus raros  
fontes innenire datum est, & tunc in regionem  
omnino aquis carentē inciderit. Rursum igitur  
Moysi irascebantur. Ille verò declinato aliquan-  
tisper turbā furore, ad deprecādum vertitur, ro-  
gans ut qui cibum in egestate dederat, nūc potius  
quoq; in extrema necessitate largiretur tam  
non siti deficiētib; quādoquidē solum cibus in  
hoc rerum statu nihil proderat. Dens verò nihil  
cūtatus promittit Moysi daturum se fontem &  
aqua rū abundantiā unde minime sperarent: in-  
betq; ut virga ferīs petram in conspectu sita,  
inde peteret ea qua desiderabant: velle se ut per  
etiam & absq; labore potum adipiscantur. His

acceptis à Deo Moyses reuertitur ad populum prae-  
pulcentem & intentis oculis, si spectantem iam  
enim videbant à specula descendente. Qui post-  
quam reuersus est, ait Deum eorum ex his etiā ne-  
cessitate liberaturū & insperato modo salutem  
largitorū, fluuo de petra illa prorumpente. Quo  
audito territus, si laetitudine ac siti eneclis petra  
esset excidēda, Moyses ferit eam virga, quæ eue-  
stigio deliquescens aquā evomuit copiosissimā se-  
mul ac lippidisimā. Illi verò inopinato specta-  
culo attoniti, vel aspectu ipso recreabantur:  
moxq; magna cū voluptate bibebat, quod esset  
dulcis & qualem diuitias datum esse cōuenie-  
bat. quapropter & Moysen plurimi faciebant,  
quem Deo tam carum riderent, & Deo pro ac-  
cepto beneficio quas poterant per sacrificia gra-  
tias referebant. Testantur autem sacra litera  
in templo dedicata, quod Deus Moysi pradixerit  
petram ex se aquā profuentem esse edituram.

De Amalécitā um & sociorum clade, & pre-  
da quæ Israëlitis inde obtigit. C A P. II.

**E**xo.17 **H**EBRAORVM autē fama longe lateq; diuul-  
gata, rumoribusq; de his per omnes gētes  
circunquaq; sparsis, nō mediocris metus accolit  
eius regionis occupauit: & missis ultrō citroq;  
legationibus adhortabātur se inuicē, ut aut ar-  
cerent, aut delerent etiā, si modo possent, adue-  
tantem multitudinē. Principi verò huius expe-  
ditionis instigatores erant qui Gobolitidem re-  
gionem.

gionem & vr̄lēm Petram incolant, rocanturq; Amalecita, inter eas gentes pugnacissimi: hos  
 rum reges & se inuicē & finitimos ad Hebraicū  
 cum belū concitatabant, exterritū exercitū Aegyptiorū fugitiuos perniciē sibi struere dicitatē:  
 quos nō oportere contēni, sed priusquā vires eo-  
 rum augeantur vberē aliquā religionē adeptā,  
 & fiducia ex iſſorū cessatione cocepta priores  
 bellum aggrediantur, tutō posse opprimi: consuli-  
 tiusq; esse in deserto eorū conatus vlcisci, quād  
 expectare dum vrbibus bonis ac opulētis potiā-  
 tur. Hoc enim esse prudentiū, initū aduersario-  
 rum potētiae quād primū obſtare, nec ſpectare  
 dum quotidiani ſuccēſſilius in maius augeatur,  
 & potius curare ne in discriminē veniant, quād  
 vt periculo extimātur Post huiusmodi legationes  
 decretum eſt cōmuni consilio, vt Hebreos adorti  
 prælio repellere conētur. Nihil tum minus expē-  
 etabat Moyses, quād motum aliquē indigena-  
 rum: ergo cūm videret trepidare ac tumultuari  
 populus, cui de improuifo & imparato cū instru-  
 ētiſſimo hōſte configendū erat: hortatur vt Dei  
 ſententia ſreti, cuius aſp: cū libertatē ſeruituti  
 prætuliffent, nihil aliud quād victoriā cogita-  
 rent: nē ve reputarent quōd armis, pecunījs, com-  
 meatu & alijs huiusmodi fr̄aſidūs ſint inferio-  
 res: ſed cum Deum pro ſe contra hōſtes ſtantem  
 habeant, tales animos cōciperent. ac ſi humānū  
 etiam opibus eſſe longe ſuperiores: nec ignorare

illos quantus sit adiutor, toties in gravioribus  
malis expertos, hinc & hostibus esse infensum.  
 Et Hebreis propitium: cumq; fauore satis decla-  
ratum dum famē ac siti prodigiose ab eis de-  
pellit, dum mari & monte inclusis insperatū ef-  
fugium expedit. Adhuc tanto magis ad victo-  
riam aspirandū, quod post hāc nihil sunt deside-  
ratur eorū que ad humaniorē vietū pertinere  
videntur. Talibus dictis animato populo, conuto-  
catisq; tribus & optimatibus, vniuersos &  
singuloshortatur, iuniores quidē ut grādiorum  
dicto audiāt, hos verò ut omnes imperatoris sus-  
natus obseruene. At illi periculum contemnetes  
& conflictus cupidi, sperabant hanc pugnā mi-  
seria finem allaturā, & vltro Moysen rogabant  
ut se cōfestim in hostē duceret, ne ve intēpestiuā  
cunctatione alacritatē milicium hebetaret. Tunc  
ille selectis è reliqua multitudine ad pugnā ida-  
neis Iesum præsicit Naueci filiū è tribu Ephra-  
mitide, virum manū ac cōsilio iuxta promptū,  
& pietate insignē, & à Moysē præceptore hac  
parte non degenerantem aliquot etiam cohortes  
ita disponit, ne ab aquatione intercludi possit:  
plures etiam ad præsidium castrorū et imbellis  
multitudinis relinquit. Per noctē deinde ad præ-  
sidium se expediunt, & armis simul ac corporib[us]  
curatis intenti signum classico per Moysen dari  
expectant: qui & ipse pernox cū Iesu cōsulta-  
bat, cumq; de instruendis ordinib[us] admonebat.

App

Appetente verò iam die, hortatur duce ut spēi  
de se concepta respondere studeat, & re feliciter  
gestā existimationē sibi apud milites cōparare:  
similiter Hebraorū optimū quenq; priuatum, ac  
mox omnes armatos verbis ad fortitudinē accē-  
dit: atq; ita instrūtos & animatos Iesu & Deo  
committit, ipse monte ascēdit. Iamq; ad manus  
ventū erat, pugnabaturq; strenue, nec adhorta-  
tiones mutuae deerant: & quandiu Moyses ere-  
ctas manus tendebat, Amalécite deteriore con-  
ditione praliabātur. Moyses verò extēsione ma-  
nuis lassatus, cūm obserua, set quotiescumq; ma-  
nus dimitteret, toties suos non ferentes hostis im-  
pressionē cedere, iubet frātrem Aaronem, & so-  
roris Mariamē maritum Vronē, utrinq; astātes  
manus sibi indūsiēter sustinere, neq; permittere  
ut per lassitudinē deferrētur. quo factō egregiè  
vicerunt Hebrei, fūissentq; interneccione delecto  
Amalécite, nisi interueniente nocte sua & la-  
zebris quidam eorū salutē sibi quāsissent. Qua  
victoria nō alia vel magnificētior vel magis op-  
portuna maioribus nostris contigit: nam & oc-  
currentē exercitum fuderūt ac fugauerunt, &  
omnibus circunquaq; degentibus magnū terro-  
rem incuserūt, & laboris prēmium prædā op-  
mam reportanerunt: namq; castris etiam hosti-  
libus expugnatis publicē & priuatum sunt de-  
lati, qui ad eam quem vix quotidianum viētum  
sēbi parare poterant. Nec in præsens tantum ea

UT

- rībus

Maria

Iacobi

Mosis

vict

victoria profuit, sed in futurū etiam non solum  
 enim corpora aduersariorū, sed animi quoq; eo  
 pralio sunt frātē: & omnibus circunquaq; gen-  
 tiliis ex illo tempore facti sunt formidolosi: ipsi  
 vero opulentia non mediocris accessio est facta:  
 multum enim aurī & argenti in castris fuit re-  
 pertū multa armēta vel escaria vel coquina-  
 ria, magnus etiam pecuniae signatae numerus: ad  
 hęc textilia & armorū ornatus, aliaq; supellec  
 castrensis, & varia preda iumentorū & impe-  
 dimentorū, que exercitum sequi solent: quin &  
 audaciores multo successus hic Hebraos reddi-  
 dit, & fortitudinis ac industriæ magis studiosos,  
 nihil nō sibi pollucētes si virtutē strenuè coleret.  
 Et hoc quidē pralium talē exitum est fortitum.  
 Sequenti verò die Moyses cæsorū cadauerā spo-  
 liauit, arma qua fugiētes abicerat collegit, &  
 illis quorū opera insignior fuerat præmia distri-  
 buit, Iesumq; ducē pro cōcione collaudauit, mi-  
 lite per acclamations laudem viri cōprobante.  
 Adeoq; incruenta fuit hac victoria, ut ne unus  
 quidē ex Hebreis desideraretur cūm hostilium  
 cadauerū numerus præ multitudine incōpertus  
 manserit. Maestatis deinde pro gratiarū actione  
 victimis, aram D E O VICTORI posuit:  
 prædixitq; intervectione deledos Amalecitas, vt  
 ne unus quidē eius generis relinquit, quod He-  
 braeos ultr̄o armis aggressi essent, idq; in deserto  
 & inopia laborates. postremo duem exercitus  
 vitor

victoriali epulo exceptit. Hoc fuit primum prælium post exitum de Aegypto. quo hostem la-  
cessentem fortiter reiectum magna clade affec-  
runt: post quod per dies aliquot festis epinicijs ce-  
lebratis, & quiete viribus reparatis, instructo  
agmine iter continuabant: iam enim creuerat  
armatorum numerus: ex ad hunc modum pas-  
latim procedentes, tertia mensa post quam ex  
Aegypto mouerant, ad montem Sina peruenie-  
runt, in quo Moyses visionem ardoris rubi vi-  
derat, ut iam ante commenorauimus.

Raguei: consilium quod genero suo Moysi  
dedit.

CAP. III.

**C**um autem tri feliciter gestæ fama ad Ra- III.  
guelem quoq; peruenisset, gratulabundus Exo. 18  
occurrit Moysen ex Sepphoram & eorum liberos  
salutaturus. Is latius occiri aduentu sacrificium  
instaurat, & popula epulū præbet prope rubrum  
qui flagrationem illas susserat. Dum vero  
multitudine per suas quæsq; cognationes epulatur,  
Aaron cum suis assumptio & Raguele laudes  
divinas concinabant, auctores salutis ac libertatis  
celebrantes: duce quoq; sicut faustis carminibus  
prosequebantur, cuius virtute omnia filii ex se-  
tentia successissent. Raguei quoq; priuatum mul-  
ta in populi laude, multa in Moysis eius serua-  
toris cecinit, cuius a spicis tot viri boni ac for-  
tes regerentur. Sequenti autem die Raguei III.  
videns Moysen multitudinem negotiorum ourni  
*(iniebo)*

(finiebat enim lites quorum opus erat, omnibus ad ipsum deferētibus, et alio arbitro ius suū tenere se posse non existimātibus, et his etiam quā causam sub tali iudice perdebant aequo animo sententiā ferentibus) tunc quidē siluit, neminē volens impedire quō minus iustitia viri fruētur. Vbi verò tandem à negotiorū tumultu abſolutū vidi, seductū seorsum quid factō opus es-  
ſet docuit: cōſuluitq; vt minores causas alijs co-  
gnoscēd̄is cederet, ipſe verò tantū Reip. negotia  
tractaret. non deessa enim Hebreis & alios dījū  
dicandis l̄tilis idoneos: curā verò tot milium  
ſalutis ſuſtinere posſe neminem nifī Moysi ſimi-  
lcm. Itaq; cū non ignores, inquit: tuas dotes, quae  
toties populo periclitanti fuerant vſui, tibi ipſe  
parcēs, permitte alijs vt ipſi inter ſe lites ex in-  
re dirimant: tu verò diuino tantū cultui deditus  
eſto quō facilius populum ē praſenti neceſſitate  
eximas. Quin & illua pro virili cōſuluerim, vt  
lustratis ac recēſitis copijs eas in dena milia di-  
ſtribuas ſingulis huiusmodi legionibus ſuos du-  
ces praſificido: easq; rurſum in cohortes mille-  
narias, quingenarias, centenarias & quinqua-  
genarijas partiaris: itemq; in manipulos triginta  
& viginti et decem commilitonum: tum deinde  
ita diſtinctis praefectos imponas, ſingulis appella-  
tionē à numero ſubditorū militum indita. Ju-  
dices autē viros virtute ac iuſtitia prēſtātes po-  
puli ſuffragijs creabis, qui de cōtreuersiis eoram  
deſer

desernat: & si fortè quid grauius inciderit: cuius cognitione ad te releget. Atq; hoc pacto neq; Hebraeorum quisquam suo iure fraudabitur, & in fine interpellatione Deum colēs fanorē eius propensiōrem exercitiū conciliabis. Hoc Raguelis v. consilium Moyses libenter adnisiit, fecitq; quicquid ille monuerat, non sibi hoc commentū r̄supans, neq; autorem eius calans, sed pro concione populo indieans cuius hoc inuentū fuerit. Quin & in libris suis Ragueli ascribit iniunctionem originum militarium ac iudiciorum, maleſ dignos sua laude nō fraudare, quam sibi alienum decus r̄surpare, ut hinc quoq; virtutem ipsius cōcere liceat: de qua suis locis ſaþe nobis dicendū erit. Interea dum his locis populus heret, Moyses pro concione ait ſe ire in montem Sina collocuturum cum Deo & aliquid utile eis inde reportatum: iubetq; ut ipſi interim in propinquō caſtra metentur, viciniores Deo futuri.

Moyses cōcēſo Sina mēte acceptas à Deo decē præceptorū tabulas ad populū reportat. C. IIII.

**H**ic diēis ascēdit Sina montē omnium rē. v. i. Mon. Syna  
igionis eius celiſſimum, & ob nimiam altitudinem cautesq; praruptas non ascēſſes tantum hominum, ſed aspectus quoq; ipſos defagantem, ut non immerito propter numē incoleſ religiosus haberetur. Hebrei verò iuxta mādatum profeta motis caſtris radices montis occipiunt, ſuspensi anīmis quidam boni ita ut præmiser

miserat, esset à Deo reportatus: atq; interitum  
 dum ductorem suum expectant, fostos dies ager-  
bant, cāstitatem seruantes tum in ceteris, tum  
 abstinentia à cōgressu mulierū per triduum, si-  
 cut iussi fuerant, & assiduis presibus Deum so-  
 licitātes. ut propitius Moysēm excipiens, donum  
 sibi per eum aliquot mitteret, quod ad uitā bene  
 ac feliciter dēgendam conduibile foret. Interim  
 & vīctus sumptuoso ritebantur, & ornati  
 splendidiore vīa cum uxoribus ac liberis excole-  
 bantur. atq; in hūc madum duabus diebus inter-  
 epulis exactus, apparet iam tertia nubes pr-  
imum prater solitum supra tota castra Hebre-  
 aurum sublimu pependit, tēctoria quām late pate-  
 bant cōtegens, reliquā cūlū circunquaq; clara  
 serenitate obtinente: procella deinde cum imbre  
 vehementi rubeant, & fulgura simul crebrā mi-  
 cantia terrebant, fulminaq; elisa significabant  
 Moysen ex sentētia cūm Deo propitio cōuenisse.  
 Hac lecturi ut cuiq; placuerit accipiāt, mihi  
 certē fas nou fuit dīscēdere ab illis quā in sacra  
 histōria conscripta habentur. Ceterū Hebrei  
 vīsa insolita rēpētate, eiusq; horrendo strepitū  
 aurā seriēte supra modū turbabāturū et redi-  
 nouit. us terrebat, & rumor vulgatus de manib;  
 quod crebro Deus eū inuiseret: qui tabrē contine-  
 bāt e intra tabernacula mōsti, puerātes & lō  
 de salute Moysi, et illo per irā Dei sublatō se quinq;  
 simile exitū manere. In tali rerum statu eice-  
 sitib;

Cibi Moyses exultas letitia, vultuq; ipso animu  
 gando gestientē preferens: quo cōspecto repente  
 metus omnis abiit, inq; locū eius spes magni ali-  
 cuius boni successit: nam & aer ad eius aduen-  
 tum pristinā serenitatē recepit. mox igitur con-  
 cione aduocat, audituram quae mandata à Deo  
 referat. quam ubi conuenisse animaduertit, è su-  
 periore loco, ut ab minuersis audiretur, in hunc  
 modum est affatus: Viri Hebrei, Deus optimus  
 maximus, quemadmodū nunquam antea vota  
 nostra est aspernatus, ita hoc quoq; tempore me  
 legatū restrum benignissimè exceptit, & iam in  
 castra vestra præsens ac propitius adest, præscri-  
 pturus vobis viuendi rationē, qua nulla beatior  
 ne cogitari quidem potest: quare per ipsum perq;  
 eius magnifica opera vos obsecro, ne contemnatis  
 que vobis dicturus sum, meam mediocritatē in-  
 tuentes, quodq; humana lingua audituri es: tu:  
 sed expendentes mandatorū bonitatem ac utili-  
 tate: agnoscite eius maiestatē, qui ut vestra cō-  
 moda prouehat, me internuntio ad vos uti non  
 est dēdignatus. Non enim Moyses Amaram &  
 Iacobelis filius, sed is qui pro vestra salute Ni-  
 lum sanguineis fluentis labi fecit, & Aegyptio-  
 rum contumaciā tam varijs calamitatibus fre-  
 git: qui per mare viā vobis muniuit, qui omnium  
 egenis cibos celitus excogitauit, qui potum de-  
 sider. antibus è petra scatere iussit, à quo Ada-  
 mus terre ac maris ysum fructū accepit, per quē

Moys  
Oratio

Noë diluvium effugit, per quem Abrahamus nostri generis autor ex errore possessor Chanaanæ terra est factus, per quem Iesus confectis senio parentibus est natus, per quem Iacobus XII, honestissimus filius est ornatus, per quem Iosephus in Aegyptiorum praesidem euasus inquam vobis hac præcepta largitur, ego nihil aliud sum quam tanti numinis interpres. Ea vobis sacrosancta erunt, & coniugibus ac liberis antiquiora. illis enim parendo beatam vitam agetis, frumentos terra fertili, mari tranquillo, progenie iuxta natura leges felici, eritisq; hostibus vestris semper formidolosi, ego enim cum Deo coram collocutus, immortalem eius vocem audiri: adorare illi corda estis nos & generis vestri in columnas. His dilectis adducit populus cum liberis & coniugibus ut Deum loquentem eis audiant, & quid agendum docentem, ne dicta minus autoritatu haberent, si per humanam linguam in animos eorum illaberetur; itaque omnes audiebant vocem eum sublimi descendente, ut nemo non intelligeret. Præcepta autem que Moyses duabus tabulis inscripta reliquit, non est fas totidem verbis euulgare, sententias

**X**co. 20 tantum eorum indicabimus. Docet enim nos

Primum præceptum, Deum esse unum, &  
hunc solum colendum.

Secundum, Nullius animalis simulacrum adorandum.

Tertium, Non temere iterandum.

Quartum,

**Decalogus**

Quartū, Septimi diei serias nullo opere praefanandas.

Quintum, Parentes honorandos.

Sextum, A cade abstinendum.

Septimum, Non adulterandum.

Octauum, Non committendum furtum.

Nonum, Non deponendum falsum testimonium.

Decimum, Nihil alienum concupiscendum.

Hac r̄bi multitudine leta ex ipso Deo sicut Moy- Exo.23  
ses prædixerat audiuit, dimissa est cōcio. Sequē-  
tibus autē diebus sapientis ad ducis tentorium ven-  
titantes postulabāt ut etiam leges eis à Deo de-  
portaret. Ille & in hoc eis gratificatus leges tu-  
lit, & quid quoque modo agendū esset per idē tē-  
pus præscripsit, sicut suo loco dicetur: sed maiore  
legū partē in aliud tempus diffēro, priuatum de his  
comentaturus. Eodē fere tempore Moyses rursum  
in Sina monte ascendit, præmonito antē populo:  
nam & spectare eos ascensionē suā voluit. Cūq; Exo.24  
diutius moraretur, per x l. enim dies absuit,  
experient solliciti esse, ne quid gravius illi acci-  
disset: neq; in tot erumnis aliud quicquam eos sic  
constristauit, ut interitus Moysis opinio: varia-  
bant enim rumores, dum alij devorati à bestiis  
iactant, maximè qui minus eum amabant: alij  
rapturi a Deo rideri malunt: qui vero pruden-  
tiiores erant, inter utramq; senserūt accepentes,  
quod alterum ab humanis casibus non alienum,  
alterū r̄ris illius virtuti cōuenientius videbant,

ipſius ſortē ſatis aquo animo ferebant: ſuā autē  
 ricē dolebat, quod tali präſide ac patrono eſſet  
 orbati, quale alio inueniri credebāt imposſibile:  
 & neq; foliſitudo ſperare eos ſinebat, neque ſpe  
 adempta nō dolere poterant: ac ne caſtra mouere  
 quidē ardebat, rediū expeltare iuſſi. Tandem  
 x l. diebus totidēq; noctibus elapsis reuertitur,  
 nullo interim humano aliamento deguſtato: ad-  
 uentuq; ſuo tota caſtra ingenti gaudio repleuit,  
 diuinam prouidentiā illis adofſe significās, & ra-  
 zione bene ac beate viuendi ſe per eos dies didi-  
 ciſſe: poſtulareq; Deū ut tabernaculū ei faciant,  
 quō deſcederet quoties placaret, quod etiam mi-  
 grātes ſecū circumferre poſſent, ut nō fit opus am-  
 plius in Sina ascendere, ſed interuiſitans crebrō  
 & tantū non coabitās präſto fit votis eorū ac  
 deprecationibus: menſurā quoq; & formā taber-  
 naclū ſibi prämoſtratā, nihilq; ſuperelleſſe niſi ut  
 ad eius fabricam quām primū ſe accingeret. His  
 dictis profert duas tabulas continētes decē prä-  
 cepta inſcripta, in ſingulis quina: erat autē Dei  
 manus ea ſcriptura. Illi verò pراجentia ſermo-  
 neq; Moysis leti pro ſe quisq; certatim ad ſtru-  
 cturā tabernaculi conſerebat aurū, argentiū, cu-  
 prū, materiē ligneā elegante & contra cariem  
 ſirmā, pilos caprarū, & ouiu pelleſ partim hya-  
 cinthina partim punicea tintura, quasdā etiā  
 candidas colore, & alias purpuræ flore infectas:  
 adhac lanas eisdem coloribus tintas, & linum  
 byſinum:

byssinum: lapillos quoq; pretiosos, qui ad ornatū  
auro includi solent, atque insuper vim magnam  
odoramentorum: nam huiusmodi erat materia **Ta**  
**berna** **cucumer**  
tabernaculi, quod nihil ab ambulatorio templo  
et portatili differebat. Ergo posteaquā ista spe-  
cies ambitiose sunt collatae, viritim cōtribuenti-  
**ambulat**  
bus, nōnullū etiā plura quam pro domesticis fa-  
ciliatibus, architectos operi propheta praficit  
ex mandato Dei, sed tales ut non aliij diligendō  
fuerint, etiam si populi suffragijs res commissa  
fuisset. Eorum nomina etiā nunc in sacris codi- Exo. 36  
cibus extant: Rezel ex tribu Iude, Vronis filius  
& Mariammes, quae eras ducis soror: & Elian-  
bus Isamachi, tribus Danidis: plebs autem tan-  
ta alacritate operam & impensam offerebat,  
ne edictō coēreendi fuerint, & praconis voce  
admonendī, non esse opus pluribus: ita enim fa-  
bicatoribus est usum. Atq; ita structuram ta-  
bernaculi aggrediuntur, Moysē & Mensurā &  
magnitudinē designante, sicut in monte ex Dei  
colloquio didicerat, tñ quātū instrumentū capere  
deberet ad usum sacrificiorum & sacerdū mini-  
sterium, rite ac ordinatè prescribēte: nec minor  
fuit largitio mulierū circa vestes sacerdotales,  
& calera qua vel ad tabernaculi ornamenti,  
vel ad diuinum cultum attinere videbantur.

De tabernaculo per Moysen in terra deser-  
ta factō quod similitudinem templi por-  
tatis referebat.

C A P. V.

**E**xo.36 **O**mibus autem paratis, & vasis aureis,  
 & aramentis ac textilebus, Moyses indi-  
 cto festo & sacrificio pro cuiusq; opibus, taber-  
 naculum erigit hoc modo. Atriū primo dimen-  
 sus latitudine l. cubitorū, longitudine c. vallos  
 areos statuit altos quinq; cubita per longiora la-  
 tera vicenos, & in postuo latere x. In uno quoq;  
 inerant anulis, & capitella argentea, bases ven-  
 iaurata mucronata, ima basta similes, ex are fa-  
 cta & in terrā defixa: anulis innectebantur fu-  
 mes: qui ab altero capite clavis ereis cubitalibus  
 lumen cōfixi singulos vallos firmabat, & contra-  
 ventorū vim tabernaculū muniebat. Linteū de-  
 inde byssinū mollissimū circūtendebatur à capi-  
 tellis ad bases dependens, totuq; eum locū sepiēs,  
 ut nihil à pariete differre videretur: atque hoc  
 modo se habebat septi tria latera. quartū vero  
 latus l. itē cubitorū totius operis erat frons, cu-  
 ius ianua viginti cubita patebat, utring; habēs  
 geminatos vallos instar postium: ex argento hō  
 quoq; cōstabant preter bases, qua erat anea: ab  
 utroq; autē latere stabat tres valli bene firma-  
 ti: erat autē & illi linteō è byssō cōtexto circun-  
 ducti: ad ianuā vero pēdebat velum viginti cu-  
 bita longū, & quinq; altum, ex purpura byssōq;  
 & hyacintho cōtextum, varie picturatum exce-  
 ptis animantium formis: intra ianuas autē erat  
 asperiorū aneum, basi ex eadē materia super-  
 positū, unde sacerdotes manus abluerent. L. pen-  
 des

des perfunderet. Hunc in modum septum atrij se  
habuit. Tabernaculo autem statuit in eius me-  
dio versus ad orientem, ut sol surgens rados in  
illud mitteret, eratq; longa cubita trigesita, &  
datum duodecim: alter parietum erat australis,  
alter ad septem triones obue suis: tergum ad occi-  
dente spectabat, attolebaturq; tantu, quantum  
in latitudine patebat. Erantq; tabula lignea vi-  
cina ex vitro; latere, quadrangule, crassitudine  
quatuor digitorum; latitudine unius & dimidiij  
cubiti, intus & extra laminis aureis cotecta: &  
singulis tabulis inerat cardines bini immisi per  
duas bases que erant argentea, & in suis for-  
minibus tabularum cardines suscipiebant. Parietis  
vero occidentalis tabula sex erant, intus & ex-  
tra deaurata, inter se omnes ita compaginata,  
ut unus paries esset videretur. Ex lateribus autem  
tabula erant vicina, quarum latitudo habebat  
mesuram unius & dimidiij cubiti, crassitudo ter-  
tiam partem palmae, & illa trigesita cubita admu-  
plebant. Posterioris vero parietis novem cubitos  
sex tabula faciebat quibus coniuncta sunt alie-  
ntiae tabula, ex medio cubito secta, quas angu-  
lares posuerunt ad instar maiorum tabularum. Singu-  
la vero tabula annulos habebant aureos, per ex-  
teriores frontes eminetes, velut quibusdam radicio-  
bus cofixos per ordinem, ad injucem per circuitum re-  
spicientes: & per eos deaurati rectes immisi,  
singuli cubitorum quinq; tabulas. coniungebant:

intrabatq; caput veclis mūstiusq; in alio ce-  
 pite in modū pyxidis: ex post tergū parietum in  
 longitudine positorū, unus erat ordo, per taba-  
 las onenes radens, quo per vncinos utriusq; pa-  
 rietis latera cōtinebātur, incastrationibus factis  
 ex immis̄is ad insuicēoatq; ita cantū est taber-  
 naculo contra ventorum vim aliōsue impetus, re-  
 secrū ex immobile cōsisteret. Intus autē dimis̄a  
 in tres partes longitudine, post decē cubita inti-  
 ma, statuta sunt colūnae quatuor eodē opere et  
 ex eadē materia factae, similibus basibus impo-  
 sitae, paribus interallis per trāfuersum dis̄sita:  
 ultra has fuit adytum, reliquum verò taberna-  
 culi sacerdotibus patebat. Atq; hæc tabernaculū  
 trifaria dñisio, minueritatis naturā referebat:  
 nam tertia pars qua intra quatuor colūnas con-  
 tinebatur, sacerdotibus inaccessa calū Dei quo-  
 dannmodo representabat: viginti verò cubiterū  
 spatiū, tanquam mare et terra hominibus inac-  
 cessibilis, soli sacerdotibus concedebatur: à fron-  
 te verò quā auditus patebat, columnas statue-  
 runt quinq; areis basibus innixas: post hæc vela  
 sunt per tabernaculū exp̄sa, è bysso cōtexta, et  
 purpureo. Hyacinthino, puniceo, coloribus distin-  
 cta: horū primū cubita decē qua aqua uersum pa-  
 tebat, quod per colūnas est distetū, qua adytū à  
 reliquo spatio disparabat, et à cōspetto hominēs  
 excludebat: totūq; hoc fanū vocabatur Sanctū,  
 adytū verò ultra 111. colūnas sc̄iū dicebatur  
 Sanctum

Sacrum sanctorum fuitq; hoc linteū omnis generis floribus qua terra fert alijsq; ornamentijs pī-  
eturatum, exceptis tantum armantij figuris: alterū autē velum magnitudine, colore, textura,  
priori par, circa ingressum sitas quinq; columnas  
tegebat: quod à summo ad dimidium columnarum  
pendens ibi anulis sustinebatur, & accessum sa-  
cerdotibus subintransitibus prabebat. Hinc penè  
cōtiguū erat aliud velū magnitudine par, sed è  
lino contextū, anulis à fūniculo per transuersum  
pendens: quod aliquando adducēbatur, aliquando  
festus p̄cipue diebus reductū populi prospectū  
admittebat. Reliquis diebus, & maxime parum  
serenis obiectu suo p̄cūturatū illud velū à tempe-  
statisib⁹ protegebat: unde mos māst etiam post  
tēplū exadūficati⁹, vt velū hinc simile in aditus  
pratenderetur. Erant præterea decē aulae qua-  
ternorū cubitorū latitudinis, lōgitudinis vicerū.  
Octonū cum vñcinis autem qui contiguorū anulis  
ita inserebātur, vt coaptata vnū videlicet: que  
extensa fanū supernē obtegebant, & parietes à  
lateribus & à tergo, minus uno pede ad terram  
pertingentia. Erant & alia peripetasimata un-  
decim aquē lata, sed longiora, videlicet triginta  
cubitorum singula, è pilis eadem subtilitate qua  
illa è lana contexta: que tegmine suo usq; terrā  
fusa in star thalami exhibebant, uno à fronte  
prominēte, quod in hunc usum supra denarium  
numerum erat adnexum, Hac rūsus ab alijs è

pellibus consutis contra aestus ac pluuiarum iniuria protegebantur: quapropter est longinquus spe-  
ctantibus res erat miraculo dignissima: colores  
enim tabernaculi non aliter miscabant, quam si cec-  
lum quis contueretur. Ceterum cilicia ex pelli-  
cea vela ita pendebant, sicut illud circa fani in-  
troitum, ad arcendas tempestates obiecta.

De arca in qua tabulas regis Moyse collo-  
cavit.

C A P. VI

Exo. 37 VIII. **T**abernaculo autem hunc in modum constituto,  
etiam arcam Deo sacrā inferunt, & mate-  
riae natura valida ex ab omni carie inviolabilis:  
hec veracula nostra lingua dicitur Heorō, signa-  
ta tali. Longitudo eius erat quinque palmarum,  
alitudo vera. Ex latitudo trinū palmarū, eratq;  
intus & extra tota lamina aureis incrustata,  
& habebat tegmen aureis cardinibus copta-  
tū, nulla ex parte prominēs: ex retroq; autē lon-  
giore latere inerat anuli aurei duo, totū lignum  
penetrantes, & per eos veles aurati vring; tra-  
iecti, ut quoties opus esset quocūq; transportari  
posset: neq; enim à iumentis vehabatur, sed sacer-  
datū inumeris transferebatur Operculo autem eius  
imposita erat effigies duæ, quas Hebrei Cheru-  
bas appellat sea sunt animalia volucris, noua  
specie nec unquam cuiquam hominum visa: que Moy-  
ses in Dei folio viderat figurata. In hac arcā re-  
posuit tabulas decē precepta continententes, in uera  
que quina, & in singulis paginae duo cum dimi-  
dio:

dio: ipsamq; arcam intra adytum recondidit.

De mensa & candelabro aureis, deque alta-  
ribus tabernaculi. CAP. VII.

**I**N fano autem mensam collocavit Delphicis nō i x.  
Labris milcm, longitudine duam cubitorū, lati-  
tudine minus, altitudine palmorum trium: eam  
sustinebat pedes dimidia sui parte inferiore per  
omnia pedibus. similes quales lectis Dorientes  
addere solent, sed superne quadrangulares erāt:  
habebatq; circū quaq; labrū quatuor digitus tam  
inferne quam superne prominēs: & per singulos  
pedes inerant anuli ferè circa summū pede, adhī  
bebanturq; vtrīq; duo cœu manubria è ligno fir-  
missimo deaurata, qua non per circulū viruntq;  
ut veclies trājciebātur, sed fibulato morfu mēsa  
labrū superne, infernè pedis anulū cōprehenden-  
do, facultatē trāsferēdi quocūq; opus esset prae-  
bebāt. hac solebat deponi in fano versus septen-  
trionalē parietē nō longe ab adyto, & in ea di-  
sponebātur duodecim panes nō fermentati, sene è  
regione fibi duobus ordinibus oppositi, mēdissi-  
mi cōfecti è farina duorū assaronū, que mēsura  
Hebreorum septē cotylas Atticas cōtinet. Super  
panes autē ponebantur due phialæ aurea thure  
plexa: post septē verò dies aliij panes infereban-  
tur, festo quod nos vocamus sabbatū cuius ritus  
cap/a alias est à nobis indicanda. Ex aduerso x.  
mensa propius meridianum parietē situm erat  
candelabrum ex auro fusile, sed nō solidō, pondo

minarum centum: hoc pondus Hebrei cinchares.  
 Graci talentum sua lingua nominant: eratq; di-  
 stinctum globulis, lilijs, malis pimicis, craterculis  
 ab una basi in altum assurgentibus, in septem ra-  
 mos diffisis iuxta numerū solis & reliquorum  
 planetarū. Exibat autē in septem capita ordine  
 inter se se respondentia, quibus imponebantur  
 septē lucernæ secundum totidem planetarū nu-  
 merū, respiciuntq; ad orientem & meridiē, can-  
 delabro obliquè posito. Inter hoc & mensam ut  
 dixi si: a erat arula suffumigatoria, & ipsa è  
 ligno imputribili, sed solida lamina tiriū qua q;  
 coniecta, cubitali in quadrū latitudine, altitudi-  
 ne vero dupla: super qua stabant focubus corona  
 aurea circunquaq; cinctus, cui anuli inerāt cum  
 suis vestibus quo per viā à sacerdotibus depor-  
 tari posset. Sed & pro foribus tabernaculi erat  
 ara alia, hac quoq; lignea, laminis areis intecta,  
 in quadrum quinque cubita patens, altitudine  
 trium cubitorum, inaurata, craterem pro foculo sis-  
 perpositam habens: excipiebat enim terra quic-  
 quid ignitum superne decidebat, quod basis nul-

**E**xo. 38 la subeisset. Ad aram vero præsto erant infun-  
 dibula & phiale, tinctibulaq; & crateres cum  
 instrumento alio rei diuina peragenda accom-  
 modo, nihil non ex auro purissimo.

De pontificali ac sacerdotali ornatu. C. VII.

**x I.** **E**t tabernaculū quidem cō parato suo sic se

**E**xo. 39 habebat. Nunc restat discendere de vestitu

nam reliquorū sacerdotum quos illi Charæas vo-  
 cant, quām pontificis, quem Anabarchen nomi-  
 nant, sic summum sacerdotē significātes, ac pri-  
 mum de vulgo sacerdotū. Sacerdos sacris opera-  
turus purus iuxta legē & castus accedens ante  
 omnia Manachæsen quē vocant induitur, quasi  
 dicas constrictorum : est autem subligar circa  
 verēda consutū è bysso retorto, in quod pedibus  
 insertis subducūt velut dimidiatas brachas, atq;  
 ita circū ilia constringunt: super hoc induit lin-  
 team interulam byssinam è duplicata tela con-  
 fectam, Chetomene nostris vocatur, significatq;  
 ea vox lineam, linum enim vocamus chethon: id  
 indumentum est tunica talaris corpori astricta,  
 habens manicas circa brachia et ipsas strictas,  
 que accingitur circa pectus paulo axillis infé-  
 rius zona lata digitos quatuor intus inani, ita  
 cōtexta ut serpētis exumiū videri possit: floribus  
 etiam picturatur puniceis, purpureis, hyacinthi-  
 nis & byssinis: stamen vero è sola bysso constat,  
 quæ semel atq; iterum circa pectus resoluta ad  
 talos vsq; defluit, tant spēr dum sacerdotes à sa-  
 cris feriantur, idq; ad ornatū conferre videtur:  
 cùm vero sacrī est ministrandū, ne ventilata sit  
 impedimento super humerū lauiū reūcitur: hanc  
 zonam Moyses nominauit Abaneth, nos voca-  
 bulo à Babylonīs mutuato Emian dicimus, sic  
 enim illi nominant: sed tunica nusquam sinuat-  
 tur, habetq; circa collum amplam aperturam,

cuius orā vncinis à pectore & à tergo committit  
 tūtur. Massabax anē vocant: super caput autem  
 gestat pileum non fastigiatū, neq; totum caput  
 cōprehendentē, sed paulo plus quam mediū: hic  
 vocatur Mafnaemphes: est autem tali paratu,  
 ut videatur vitta linea sepe in orbē replicata  
 & confusa, quam superne alia tela integrit usq;  
 ad frontē descendēt, & per superficiem verticis  
 suturariū deformitatē occultans: hic adaptatue  
 accurate, ne inter sacrificandū delabatur. Et sa-  
 cordotum quidē ornatus in genere est talis. Pon-  
 tifex verò vtitur quidem etiam hoc, nihil eorū  
 que enum̄ rauimus omittens, sed superinduitur  
 hyacinthīnē tunicā talarē, quam noſtrates Me-  
 thir nomināt, aſtringitq; eam zōna coloribus ſu-  
 pradicte ſimili, niſi quod auro intertexta: cate-  
 ūtima vēſtis ornabatur limbo effigie malorū  
 punicorū diſtincto, à quo tintinabula aurea ſic  
 depēdebant, ut mediū eſſet quodq; malū punicū  
 inter duo tintinabula ſitū, & tintinabulū inter  
 duo malapunica. Hac tunica non cōſtat è duobus  
 ſegmentis, ut futuras habeat in humeris ac late-  
 ritibus: ſed vnicā tela in longum contexta apertu-  
 ram in ſummo habet nō transuersam, ſed in locis  
 gum deſcēdentiē à tergo, & aite usq; ad mediū  
 pectus: cui decoris cauſa aſſuta eſt fimbria, ne  
 ſaiſſura appareat: eodem modo quā manus exer-  
 runtur eſt ſciſſa. Super hanc tertiam etiamnum  
 induit vocatam Ephioden, græcanice epomidi  
 ſimilem.

simile, ea fit hoc modo: ex varijs coloribus auro intermixto ita cōtexitur, ut circa modū pectus lacuna quædi relinquatur, maniculis quoq; ita extantibus ut plane tunica appareat: lacuna re  
tò inseritur frustum amplitudine palmi auro eisdemq; coloribus quibus epibodes variegatum: id vocatur Essē, ac si dicas rationale: quod ita quadrat, ut ad amissum spatiū illud circa perclus à texēte relictum expleat: id cōmittitur cō tunica anulis aureis per singulos angulos ex oris tunicae ac essēnis extantibus, intercurrente tenui hyacinthina: & nequid inter circulos hiet filo hyacinthino futurā explete: in vtroq; autē humero singuli sardonyches auro inclusi fibularum vice epomidē adueniunt: his insculpta sunt Iacobi filiorum nomina literis vernacularis linguae nostra  
is, in vtroque lapide sena, ita ut seniores dext  
rum humerum obtineant: quin & essēne ipsum  
duodecim gēma distinguunt, eximia vel magnis  
tudine vel pulchritudine, ornatus hominib[us]  
propter enorme pretium incōparabilis: cui terma  
per ordines quatuor inerant, conserta coronulis  
aureis ita ut excidere non possent: in primo ordi  
ne, sardonyx, topazius, smaragdus: in secundo car  
bunculus, iaspis, sapphirus: in tertio lyncurus,  
amethystus, achates: in quarto chrysolithus,  
onyx, berillus. His erant insculpta filiorū Iacobi  
nomina, quos tribnum autores habemus, ordine  
quo olim singuli vari fuerant. Cā autē per se illa  
quas

quos diximus canuli sunt infirmi, nec possint per-  
 dus gēmarū sustinere: alios duos maiores in ex-  
 tremitate rationalis, qua respicit ad collū, emi-  
 nentes è textura fecerūt, qui suscipiant catenas  
 aureas, opere plexili, venientes per fistulas quaf-  
 dam ad extremitates humerorū: quarū catena-  
 rum summitas ascēdens reducitur post tergū, et  
 circulo qui est a tergo in epom' dis fimbria cōne-  
 clitur. id quod prēcipue sustinet ephodē ne quo  
 pacto defluere possit. Esseni autē assuta erat zo-  
 na iam dictis coloribus & auro distincta, que  
 totū cōplexa rursumq; supra futuram nodata,  
 deorsim propēdere sivebatur: omnes autem sim-  
 briae quibusdā oris fistulosis vtrinq; includeban-  
 tur. Porrò pileo quali cateri sacerdotes vteba-  
 tur, super quē extabat aliis cōfutilis ex hyacin-  
 tho variatus: hunc aurea corona triplici ordine  
 circūdabat, in qua spectabantur calyculi aurei,  
 quales videmus in herba qua apud nos vocatur  
 daccharus, apud Gr̄corum herbarios hyoscya-  
 mus. Quod si quis aut visam aliquando nō satis  
 animaduertit, aut nomine tensus auditā de facie  
 nō nowit, huic etiā describere eam nō grauabor.  
 Herba est tres palmos sape in altitudinē exce-  
 dens, napo similem radicē habens, vix enim hac  
 parte est alia similior, folia verò atio: hac è ra-  
 mis emitit calyculū ipsis inharentē, vestiturq;  
 tunica quadā, quā exuit fructu ad maturitatē  
 tendēte: calyculus autē est quātus articulus mi-  
 nimis

nini dīgitī, circūferentiā habens craterī simile, quod ipsum clarissimā faciā propter ignorantes: ima sui parte circa fundū dimidiato globo est rotunditate similiis, mox in processu paucatim coarctatur, donec in extremitate rursum dilatua in labrū exeat mali punici umbilico incisuris simile, cui operculū orbiculare inhæret, quasi de industria tornatum, eminentes habens incisuras quas dixi ut in malo punico, aculeatas et in aceros mucrones definitos: cōtinet autē sub operculo fructū per totū calyculū, herbae sidericidis seminā simile: florē verò fert qui papaveris videri possit. Eiusmodi corona ab occipitio circū tempora vtrāq; procedebat: nam frontē isti calyculi nora ambiebāt, sed cēn lornā quoddā latū aureū, quod sacris characteribus Dei nomē incisum habebat: atq; hic erat pontificis ornatus. Proinde mirari succurrit, quomodo homines odio nos prosequantur propter perpetuā opinionē de nobis conceptā, quasi per impietatē numen contemnamus quod ipsi assiduo cultu venerentur. Nam si quis tabernaculi fabricā contēpletur, & sacerdotis ornatum, & vasa quibus inter sacrificandū vtimur, compreset legistatorem nostrā diuinū quandam virū fuisse, & falso nobis impietatis caluniam impingi: in his enim omnibus representatā quodāmodo universitatis rerū naturā innenire licet se quis nō otiose, sed prudenter singula cōsideret, Nam & tabernaculum longitudine x x x. cubi-

torum trifariā partitus, & duabus partibus sa-  
 credotibus permisissis, quasi profano loco, terram  
 & mare significat: hæc enim ab omnibus promis-  
 scue calcatur. Tertiā vero partē soli Deo adsi-  
 gnauit, eo quod cælum hominibus sit inacces-  
 sibile. Itidem per duodecim panes in mēsa dispositos  
 annū significauit in duodecim mēses diuinū: &  
 cū candelabru è septuaginta partibus cōpositis,  
 duodecim signa, per quaē planetæ ferūtur, subim-  
 dicauit: & per septē lucernas impositas totidem  
 planetarū cursum. Vela quoq; è quatuor colori-  
 bus cōtexta elemētorū naturā designantur: nā bys-  
 sus terā referre videtur, ex qua lini hoc genus  
 prouenit: purpura vero mare, eò quod conchylia  
 crux sit fucata: aëre vero hyacinthus repræsen-  
 tare videtur, sicut puniceus color igne: quin &  
 pōtificis tunica cū sit linteal, terrā similiter signa-  
 ficit: hyacinthus vero polū, per mala punica ful-  
 getra referēs, sicut tonitrua per tintinabulorum  
 strepitū. Epomis etiā vniuersi huius naturā indi-  
 cat è quatuor coloribus contexta, quibus aurum  
 accessit, sicut ego interpretor, propter adiūctam  
 ribus omnibus luce. Effen quoq; in eius medio est  
 insertus, nō aliter quā terra mediū mūdi locum  
 ostinet. Zona itē qua cingitur, oceanū similitu-  
 dum habet, qui vniuersa circumpleteatur. Duo  
 præterea sa-  
 donyches in vestitu pōtificis pro-  
 ficiis additi, satis & luna significationē habent.  
 Gemmarū etiā duodenariū siue ad mēses retu-  
 leris

leris, sine ad parē partitū numerum eius circulū quem Graci & odiacū vocant, nequaquam à vera coniectura aberraueris. Pileus itē celi significa-  
tio videtur esse, cùm sit ex hyacintho confectus.  
alioqui nō sustineret Dei nomē, & corona illu-  
stratur aurea, propter splendorem quo maxime  
Deus delectatur. Atq; hec in hūc modum inter-  
pretati sumus per occasionē, ne latente in his le-  
gislatoris sapientiā vltro dissimulate videremur.

De Aaronis sacerdotio, & leges quae ad festa  
ac sacrificia spectant. C A P. IX.

**H**is ita peractis, priusquā dedicarentur ap. XII.  
paruit Deus Moysi, insitq; ut sacerdotiū Exo. 28  
Aaroni fratri suo conferret, ea virtute pradito, 29. 30.  
ut merito præ ceteris eius ratio habenda vide-  
tur. Qui aduocata contione, recensuit virtutes  
illius, & quām studiosus esset publicorū cōmoda  
rū, pro quibus toties in salutis etiā discrimen ve-  
nire non dubitasset. Cumq; omnes dicta eius cō-  
probaret, & fanore Aaronis vultibus ipsis præ-  
se ferrent, Viri, inquit, Israëlitæ, opera iam sunt  
absoluta, qualia vel Deus poposcit, vel nostræ fa-  
cultates præstare valuerint: & quoniam scitis  
eum in hoc tabernaculo excipiendū, ante omnia  
prospiciendū est, quis sit idoneus sacerdotio, qui  
sacra euret, & pro vobis vota faciat. Quod si res  
arbitriū mei fuisset, mihi ipsi honore hunc adiu-  
dicassem, tum quod ita natura cōparatū sit, ut  
quisq; sibi optimè relit, tum quod mihi consenseret.

sunt laborum pro repub. susceptorū, quibus tale  
præmiū iure meo reposcere possem. Nunc Deus  
ipse cuius est sacerdotiū, Aaron hunc honorem  
deferendū decrevit, eiq; sui calculi prærogativam  
eotulit ut qui instituta in toto populo præmuneat:  
qui iam ante vestē sacrificiis & curās sacrорū ak-  
tarisq; sui destinauit. Is pro vobis vota facies  
apud Deū, eo libentius exauditurū, quod etiam  
antē in vos est prop̄esus, & propitiorē habitu-  
ri estis quē ipse in hoc elegit. Gratia fuit hec ora-  
tio populo, & suo quoq; suffragio Dei compro-  
bavit electionē. Erat enim Aaron propter genses  
& prophetiam & virtutē fratriſ honore hoc  
longe dignissimus, cui fuerunt eo tempore filii  
I I I I. N. ibadi, Abias, Eleazar, Ithamarus.

**Exo. 37** Quicquid autē ex collatis ad fabricam taberna-  
culi superfuit, totū iufi sunt in vela tecloriatā  
berniculi & candelabri, & ara in qua suffitua  
fueret, aliorumq; vasorū impendere, ut haec domi  
in itinere trāsportantur, neque puluere neque  
plunia, aut alia quacunq; iniuria lēdi passent.  
Post haec cōvocato populo imperauit ut rursus  
cōtribuerent viri im diuidū sulum: sulus autē  
aumini genus est apud Hebreos, quides sunt te-  
tradracimi Attici. At illi sine mora parcerunt:  
quorum numerus fuit sexies centena millia, &  
in super quinq; millia quingēti quinquaginta: eū  
ferebantq; id argentum soli ingenii atatus an-  
nō viginti & supra usq; ad annū quinqua-  
gesimum.

gemitum, quod mox in usus tabernaculi est insumpiu. Deinde & tabernaculū & sacerdotes instrauit in hunc modū: Myrra electa scelos quinque eos, ires tantundē, cinnamomi & calami (est ex hac odoratissimi species) dimidiū dicti pōderis, cōcisa ac cōtusa iussit macerari in oīe olivariū hinc, (mēsure nomine est que capit duos choas atticos) quibus permixtis, & arte r̄nguentiariorū decoratis, factū est r̄nguetū suauissimū, quo & sacerdotes, & totū tabernaculū r̄ngens purificant. Offerebātur deinde multa et varia super altare aureum adolēda pretiosa valde, quorū naturā, ne sim prolixitate lectori molestus: recensere superfedeo. Oportebat autē bis in die suffitū facere, ante ortū & circa occasum soles: & oleū purificatū ad lucernas feruare, quarū tres in sacro candelabro per totā diē Deo lucebāt, reliqua sub vesperā accēdebantur. L'etro omnis tam absolu-  
 tis, palmā artū fabriliu tolerūt Besedel & Elia-  
 bus: nam & aliorū inuēta excollerūt, & ipse  
 multa de nouo inuenerunt: ex his tamen duobus  
 præcellebat Besedel. Insumpiuq; est hunc fabrica  
 tēpū mēsiū septē: quo transacto primus annus  
 ab exitu ex Aegypto est expletus. Initio vero se Exo. 45  
 quētis anni mēsi Xāthico Macedoriū, Hebraorū  
 nisan, nouilumo tabernaculum dedicatū est, &  
 quicquid r̄asoriū in eo fuerat. Statimq; Deus in-  
 dicauit gratū sibi esse, & nō superuacanū labo-  
 rē Hebraorū, præfari se fano suo hunc in modū

declarans. Cùm celū esset aliás serenū, super solum tabernaculum caligo descendit, non quidem tanta quanta solent esse hiberna nebulae, nec tanen tam tenus ut aspectum humanū transmiseret: iucundusq; ros distillabat ab ea, præsentis Dei fidē populo astruēs. Moyses autē distributis prius in fabricatores tanti operis pro cuiusq; merito præmijs, victimas mactabat in atrio tabernaculi iuxta præscriptū, taurum & arietē hædumq; pro peccatis. Sed quo ritu hæc fieri soleāt, dicam dum de sacrificijs tractabo, & quæ victimæ solidae tradantur conflagrationi, & que

**Levi. 8** iuxta legem inepulas cedant. Deinde sanguine victimarum ornatum Aaronis & filiorem eius aspersit purificans eos fontanis aquis ac vnguentis, ut Dei fieret sacerdotes: atq; hoc modo per se prete dies ipsos & vestes eorū curabat: tabernaculum item & eius vasa vnguento sicut iam dixi cōfecto, & sanguine taurorū & arietum alter-

**Levi. 9** nis diebus iuxta genus suum mactatorū. Octaua autem die festum indixit, & sacrificare unumquenq; pro facultatibus imperauit. At illi dicto parentes certatim & ambitiose victimas offerabant: quibus super aram imperfitis subito spiritu sua ex illis ignis fulgoris in more emicuit, & inspectante populo omnia flamma absumpit. Per

**Levi. 10** idem tempus accidit. Aaron quedam calamitas, paterno animo gravis, quam tamē generose persulit: erat enim vir fortis, & intelligebat hoc nō sine

sine Dei voluntate factū. Ex quatuor filijs quos  
dixi seniores duo Nabadus & Abias, cùm in a-  
ram intulissent victimas non iuxta præscriptum  
Moysi, sed quales antea solebant, combusti sunt  
flamma in eos cōuersa & vultus ac pectora eo-  
rum d: pascente: nec succurri potuit quin ita oc-  
cumberent. Moyses autē iussit patrem eorum ac  
fratres sublata cadauera extra castra deferre,  
atq; ibi honorificè sepelire: totusq; populus in op̄i  
natam hanc eorum mortē luxit: solos fratres ac  
patrē Moyses voluit à mōrōe abstinere, & po-  
tiorē Dei honorem quam suām tristitiā habere:  
iam enim sacram amictum Aaron gestabat. Ca-  
terū Moyses recusatis omnibus honoribus à poplo  
lo sibi oblatis, totus cultui divino erat deditus:  
& in Signa quidē nō amplius ascēdebat, sed in  
tabernaculū ventītas oracula quoties opus erat  
à Deo referebat, & cultu habitu priuati homi-  
nis uti perseverans, neq; quicquā prater Reip.  
curā p̄a alijs sibi vindicās. Leges præterea foro  
bebat & visēdi rationē, quam seruātes & Deo  
placere possent, & ipsi inter se socialiter paccā-  
teq; puniere: atq; hac omnia dei monitu faciebat.  
Dicam autē & de illis legibus suo loco: nunc il-  
lud succurrit, quod in mentione sacerdotalis or-  
natū onussum nō oportuit: nā ea viētis omnem  
sub prophetia pretextu imposturarō occasiōnē  
ademit hīs qm̄ illa rebātur: liberūmq; Deo vel  
adesse sacerdotibus, vel nō, omniib⁹ & popula-

ribus demonstravit, & exteris, si qui forte hinc  
 spectaculo interuenirent. Ex lapillis enim quos  
 potifex in humeris gestabat (Sardonyches erat,  
 quorum naturam nulli non notam narrare superna  
 causa puto) micabat alter quoties litatum esset, is  
 qui dextrum humerum occupabat: tantumq; fulgo-  
 rem emittebat ut procul etiam intuetibus conspi-  
 ceretur, idq; prater naturam suam & confuetudi-  
 nem: quod certe admirationem meretur apud o-  
 mnes, nisi si qui ex contemptu religionis sapientie  
 opinionem occupatur. Sed mirabilius est quod nesci-  
 dicturus sum. Per duodecim gemas, quas in pe-  
 tore potifex insutas essenti gestat, in bello nocto-  
 riam praenuntiare Deus solebat: nam prius quam  
 exercitus se moueret, tantus fulgor ex eis emi-  
 cabat, ut toti populo facile innotesceret, adesse  
 Deum, opemq; & auxiliu suum inuocatisbus esse  
 allaturum. Quapropter Graeci quotquot a nostra  
 religione non abhorret cum hoc miraculum pro-  
 cōpertissimo habeat, ita negari non possit, es-  
 sene vocat λόγιον, hoc est oraculum. Dejus tuus  
 esset quam sardonyx fulgore emittere annis du-  
 centis ante quam haec commentaremur, irato Deo  
 propter legum suarum prævaricationem: de quo alias  
 opportunius dicetur. nesci coepit narrationem deinceps prosequar. Tabernaculo dedicato, et omni-  
 bus quecumq; ad sacerdotalem ordinem pertinebant  
 ritè peractis, populus Deo in castrorum contuber-  
 nium recepto latu ad tryumas & sacrificia, se  
sonuer

convertit, non aliter quam omnibus iam malis  
auernicatis, & omnia prospera in posterū spe-  
rantes: donaq; Deo iam priuatum quam publicè  
per singulas tribus offerebat. Principes enim tri Num. 7  
buum bini de suo cōferētes plaustrum cum duo-  
bus bubus cōtribuebant, ut sex plaustra taber-  
naculo per viam deueniēdo inserueret: & præter  
hoc unusquisq; eorū obtulit phialā & trulleum  
& acerram: hæc decem daricos valebat, eratq;  
odoramentis referta: trulleum vero & phiala,  
vtraq; simul ducentos siclos pendebat, sed plau-  
stra seorsim tantum septuaginta: hæc farina erat  
plena, oleo subacta, qualis ad altare in sacrificijs  
vtebantur. Præterea vitulum & arietem cum  
agnio amiculo in holocaustū, & hircū pro pec-  
catis. Adhac obtulit unusquisq; principū alias  
victimas qua salutares vocabantur, per singu-  
los dies boves duos & quinq; arietes cum agnis  
amiculis & hadis: atq; ita per duodecim con-  
tinuos dies sacrificauerunt, qualibet die unus.  
Moyses autem non amplius in Sina mōte, sed ta-  
bernaculum introgressus, consulebat Deum de  
rebus agendis, & deferendis legibus: quas me-  
liores quam ut ad hominem auctore referri de-  
beat, posteritas multis seculis seruavit, diuinitus  
datas credens: adeò ut eas nec in pace ob volu-  
ptatem, nec in bello ob necessitatem violare fas  
putarent. Sed de his nunc desmo, proprium volu-  
men aliquando hinc tractationi dicaturus.

Leges de sacrificiis & purificationibus. CAP.X.

**N**unc paucas tantum cōmemorabo, quae ad purificationes ex sacrificia pertinēt, quādoquidē in sacrificiorū mentionē incidimus. Duo sunt sacrificiorū genera, priuatū & publicū: horum vtrūq; duobus fit modis. Aut enim tota victima igni absumitur, quod ideo vocatur Holocautoma: aut pro gratiarū actione personis.

**L**eu. i. tur, ex in epulū sacrum facientium vertitur. De priore prius sum dicturus. Vir priuatus holocausta facturus, mactat bovem, agnum, & hecum, & hos quidem anniculos, bovem verò lucet mactare etiam grandiorem: sed opus ut est sint omnia mascula que solida concrematur. His iugulatis sacerdotes aram circunquaque sanguine horū tingunt, deinde mundata membratim dissecent, & sale cōspersa in arā imponunt, strue līgnorum iam ardente: deinde pedes & intestina omnia diligēter primum repurgata ad reliquum acerū adiiciunt, tergora verò sacerdotibus cedunt: & holocaustata quidē ad hunc modum

**L**eu. 3. fiant. Quum verò pro gratiarum actione sacrificant, eorundem generum animalia mactant, sed quae vitio careant, & anniculis sunt maiora, ex mascula fœminis copulata. His iugulatis primum sanguine aram imbuant, deinde renes ex omentū & omnē pinguedinē cuna fibra iecoris, & insuper caudā agni arā inferant: pectore verò ac dextero cruce sacerdotibus cōcesso, reliquis

carca

carnibus per biduum epulum instruunt & que Leui. 4.5  
superfuerint igni comburunt: idem ritus seruatur  
& in sacrificio pro peccatis. Sed qui victimis  
maiores non habent, par columbarū aut turturis  
offerunt, quarum altera fit holocausta, altera  
sacerdotibus in cibum datur. Accuratius autem  
de his in libro de sacrificijs differemus. Nam quis  
per ignorantiam peccauit, agnum & hædum fe-  
minam eiusdem etatis offert sacerdosq; sanguine  
non ut ante aram, sed cornua eius sola imbuunt,  
renesq; & reliquam pinguedinem cum fibra iecor-  
ria in aram inferunt. Sacerdotes vero tollunt sibi  
& pelles & carnes eadē die absumentas in fa-  
no: nam lex vetat quicquā in posterā diem re-  
liquum facere. Qui autē sciens peccauit, nemine  
conscio, arietē offert lege ita iubete: cuius car-  
nes in fano similiter sacerdotes eadem die consu-  
munt. Principes quoq; cum pro peccato sacrifici- Leui. 4.9  
cant, eadē qua plebej offerunt, hac tātum diffe-  
rentia, quod victimis adducunt taurū & hædū  
masculū. Iubet etiā lex ut tā in priuatis quam  
in publicis sacrificijs farina afferatur purissima,  
cum agno assaromis mensura, cum ariete duorū,  
cum tauro trium: hanc consecrant in altari oleo  
subactam: nam & oleum sacrificantes afferunt,  
cum bove hini dimidium, cum ariete tertiam par-  
tem, cum agno quartā. ea est mēsura prisca He-  
braorū, duos choas Atticos contineens, qua oleum  
ac viju metiuntur: nam ylīm circa altare libat.

Si quis autem non sacrificas ex voto similem offerat eius primitias pugilium unum in aram coagitat, reliquum eius sacerdotes in cubili sumunt, aut coctum, nam oleo subigitur, aut panibus inde confectis: quantumcumque autem sacerdos offert, tantum ciburi oportet. Vetat etiam lex offerri eadem die natum animal unum cum genitrice, & alias quoque nisi octauo a partu die admittit. Fiunt & alia sacrificia pro recuperanda validitate, aut alia de causa, in quibus liba cum victimis insununtur, ex quibus nihil in posteram diem reliqui fas est, sacerdotibus quoque parte

Nu. 28. suam inde sumentibus. Publicis vero impensis lex

29 iubet quotidie agnum anniculum mactari mane ac vespere: septima autem quaque die duos iugulant, eodem modo sacrificantes: & nouilunio praeter quotidianas victimas duos boves cum agnis anniculis septem, & arietem: hædum vero pro peccato, si quid forte per obliuionem omissum fuerit. Septimo ite mense, quem Macedones hyperboreum vocant, prater iam dicta taurum & arietem & septem agnos mactant, & hædum pro peccatis: decima deinde Luna eiusdem mensis ieuniant usque ad vesperam, sacrificantque: eadē die taurum, & arietes duos, & agnos septem, et pro peccato hædum: adducunt autem duos prater hunc hædum, quorum alter vienus extra fines in desertum emittitur, in quem si quid mali propter peccata populo immineat auerpasur: alterum vero in subur

faburbanum in locis purissimum eductum cum  
 ipsa pelle exurint nihil omnino purgates, & cum  
 eo simul exuritur taurus, non a populo adductus,  
 sed sumptu pontificis: quo macrato, & sanguine  
 eius simul & hædi in fani illato, aspergit digita  
 nocturn septies, totiesq; pavimentū, rursumq; tor-  
 nies interiora fani circū altare: reliquias deinde  
 circum altare maius, quod est sub dūo in atrio:  
 deinde extremitates & renes & adipes cum fi-  
 bra iecoris inferunt altari, pōtis exq; adiūcit arie-  
 tem de suo, solidū Deo conflagraturum. Eiusdem Exod. 23  
 mēsis decima quinta, tempore iam in hibernū ver- Leni. 23.  
 gēte tabernacula cōpīgere inveniunt per singu Deut. 32  
 las familias contra ventura frigora qua annus.  
 senescens afferre solet: quin & in painia tandem  
 constituti, accedere in eam urbem quā propter  
 templū caput regionis sicut habituri, & aīto dies  
 festos ducere, vītimasq; Deo solidas incendere,  
 & simul pro gratiarū actione sacrificare, ma-  
 nibus interim gestantes ramos myrti, salicis &  
 palma, ex quibus malta persea dependeant. Pri-  
 ma die sacrificiū debet esse holocausta ex tre-  
 decimib; agnib; uno plurib; et arietib; duob; addito hædo pro peccato. Sequentib; dies  
 bus idem numerus agniorū & arietū mācū cum  
 hædo macratur, sed per singulos dies vīti de nu-  
 mero boum detrahunt donec ad septenariū per-  
 veniatur. Octauo dāc feriantur ob omniē opera  
 macrantiq; sunt diximus vitulū & arietem &  
 agnos

agnos septem, & pro peccatis hædum. Atque ha  
 sunt Hebreis cérémonia tabernaculorū, à maio  
 Exod. 12. ribus acceptæ. Mense autē Xanthico, qui nostris  
 13. 23 Nisan vocatur, & annū exorditetur, Luna quar-  
 Leut. 23 tadecima, Sole arietem obtinente, quandoquidē  
 Num. 9 hoc mense ab Aegyptiaca servitute liberati su-  
 Deut. 16 mus sacrificium quod tunc exeuntes fecisse dixi  
 Lxii. 2 mus pascha nominatū, quotannis instaurare le-  
 ge iubemur: celebramusq; id per sodalitia, nihil  
 e victimis in sequentē diem relinquētes, quæ est  
 quintadecima & azymorū festivitatis prima:  
 nam hoc festū priori cōtinenter succedit, duratq;  
 dies septē, per quos panibus non fermentatis ve-  
 scuntur: & per singulos dies tauri iugulantur  
 duo, aries viuis, agni septem: hæc holocausta  
 sunt, addi: urq; hædus pro peccatis in quotidiana  
 num epulū sacerdotibus. Secunda azymorū die,  
 quæ est mensis huic decimasexta frugibus de-  
 messis & aētenuis intactis incipiūt frui: equūq;  
 rati Deum huic libertatis auctore per gratitu-  
 dinem honorari hordei primitias offerunt in hæc  
 modum. Spicarum manipulum igni torrent, hor-  
 deum deinde pinserunt, atque ita in alicet modum  
 fracti assaronem ad aram offerunt: inde pugillo  
 uno in eam in seculo reliquum sacerdotum vssi  
 cedit: & ex eo licitum fit publicas ac priuatas  
 messes metere. Primitiarum tēpore agnus in ho-  
 locaustum Deo mactatur. Post paschale sacrum  
 elapsis septem septimatis, hoc est, quadraginta

nouens diebus, quinquagesima quam à numero  
 Asartha Hebrei vocant, offerunt Deo panem è  
 farina triticea duobus assaronibus cum fermento  
 confectum, mactantq; agnos duos: hæc oblata  
 mox in coenam sacerdotibus apponuntur, et ea-  
 dem die sic ut nihil supersit absumuntur: ceterū  
 holocausta faciunt è tribus vitulis, arietibus  
 duobus, agnis quatuordecim-hædisq; pro peccato  
 duobus. Nullum autē festum dicitur absq; holo-  
 caustate & laborum vacatione, sed in omni-  
 bus omnino hæc duo lec obseruari iubet, & post  
 sacrificium in epulis degunt: ex publico prabetur  
panis nō fermentatus ex farina assaronibus vi-  
gintiquatur: coquuntur autem bini pridie sab-  
bati, & sabbato mane proponuntur in sacra mē-  
sa duobus ordinib; seni ex aduerso fæse respicie-  
tes, atq; ita cum duabus lancibus thure plenis  
permanet usq; in proxime sequēs sabbatū: tunc  
demum alijs pro illis recentes supponuntur, & hi  
priores sacerdotibus in cibū dātur: thus itē igne  
adoletur, quo ad holocausta vti solent, &  
pro eo quoq; aliud cum panibus proponitur. Sa-  
cerdos autē de suo quotidie bis offert Deo fari-  
nam oleo maceratam, & modica coctura dura-  
tam, estq; demensum eius farina assaron unus:  
huius dimidiū mane, & tātundē vespere, in ignem  
infert. Sed de his habemus, quorū rationem alias  
diligentius explicabimus. Ceterū Moyses tri- Leni.8  
bum Leniticam à cetero populo exemptam, vt Num. 3:

Deo sacrandan, fontanis aquis perennibus & folēni sacrificio purgauit, eiq; tabernaculū cum sacris vasis sartum teatrum curandum commisit, iubens ut ad præscripta sacerdotus sacrū ministerium capescerent: atq; eo tempore sacri et Deo dicati sunt habiti. Post hac animalia discrevit, que ad cibum essent pura, & quibus refe nō licet: de quibus aliquando per occasionē difseremus, quā ob causam aliorū eisū permiserit,

**Leu. 7. 17** aliorū interdixerit. Sanguinis certè ideo retuit, quod hunc animā & spiritum putaret, neq; animalis non occisi carnem ad cibum concessit. ad hec reticuli & adipis caprini, ovilli & bubuli abstinentiā indixit. Eiecit etiam ē caetu & consuetudine hominū leprosos, & seminis profluuios.

**Leu. 12. 13. 14. 15** laborantes mulieres etiam que naturaliter purgātur versari inter homines retuit nec nisi post septimam diem puras haberi voluit: eum quoq; qui cadaver curasset, per totidē dies à caetu arcuit: si quis autē ultra hunc dierum numerū diu turniore pollutione teneatur, sacrificare iubetur agnas domas, quarum alteram sanctificare oportet, alteram sacerdotes accipiunt: eodem modo & pro gonoroico sacrificari mos est: qui vero per somnium geniturū emisit, si se mergat in aqua frigidā, vt solet fieri post legitimā uxoris congressum, pro puro habetur. Leprosos autem in perpetuum relegauit, tāquam nihil à cadavere differentes, quod si quis pristinata raleitudinem

à Deo

à Deo precibus impetraverit, & in cùtē sanitatis color redserit, hic varijs sacrificijs Deo granditudinē suam attestatur, de quibus alijs dicemus. Quo magis ride da est illorū fabula, qui dicit, Moysen propter leprā ex Aegypto profugō, turbā eodē morbo laborantū in Chananaā duxisse. Nisi enim vanus ille rumor esset, nūquam Moyses in suā ignominiā talē legē tulisset, qualēm etiā alio ferēte, probabile erat ipsum reclamatū, præsertim quoniam inter multas gētes leprosi versentur, & in pretio sint: & adeò nec relegētur, nec contempsim habeātur, vt et in expeditionibus militares dignitates, & in administratione reipub. civiles illis committantur, aene à templis quidē & fanis arceātur. Quid igitur retabat, si tali vitio fuit infectus, quo minus apud multitudinem sibi parentē eas leges straueret, que ipsi honorē potius quam detrimentū afferrēt? Quare manifestū fit quod hac per insidiā de nobis fingantur. Moyses enim purus ipse & inter puros degens, ad honorē Dei taliū legiū autor esse voluit. Sed hac quisque ita, vt libitū fuerit accipiat. Ceterū puereras fanū intro-  
X I I I .  
 gredi retuit, aut sacris interesset sq; in quadragesimū dñe si factus sit masculus: quod si femina sit duplū eius temporis præscribitur. Ac ne post præstitutū quidem terminū intrant absq; victimis; que partim Deo, partim sacerdotibus cedunt. Num. 5 Quod si quis adulterij suspicionem de uxore habuerit,

habuerit, offert hordeace & farina assaronem, &  
 immisso ex ea pugillo super altare, quod rela-  
 quū est, sacerdotibus rēscēdū datur. Deinde ali-  
 quis sacerdotū statuit mulierem ad portam que  
 est obuersa ad fanum, & inscripto prīmū Deō  
 nomine in membrana, defert ei iustificandū cura  
 imprecatione, ut si pudicitia laſſisset, luxato cras-  
 te dextro & ventre disrupto misere moriatur:  
 finante pre amore nūmio, & pre xelotypia mea-  
 ritus ad iniquam ſuſpitionē ſit cōmotus, decimo  
 mense infantem masculum pariat, per alto iurā-  
 mento de membrana delictum nomē in pli alata  
 exprimit, & ſumpto ē fano puluere burni colle-  
 eto, atque in poculū afferto, eibendum porrigit.  
 mulier verò ſi iniuste eſt delata, pragnans facta  
 mature & feliciter enititur, quod ſi & coiuga-  
 lem fidem & Deum iufiurandi testē fecellit, ex-  
 piter moritur, crure luxato, & ventrē aqua in-  
 tercute innadente. Hac ſunt que Moyses gentē  
 ſue de sacrificijs ac purificationsibus praescripsit.  
 Leges autē tutis tales. Adulteriū in viuē ſum  
 prohibuit, ratuſ coniugij ſummam felicitatem,  
 ſi fides ac pudicitia ſervetur, & reipub. quoque  
 Exo. 22. intereffe, ut liberi legitimi proueniant. Itē ince-  
 Deut. 17. ſtum cū matre, aut nouerca, cum amita aut ma-  
 Levit. 18. tertera, cum ſorore nurūne, omnesq; tabes coitae  
 20. 21. 22. vt nefarios damnauit. Vettiit & cum muliere  
 menstruū fluxum patiente cōgredi & cum bru-  
 thi: damnauit etiā eos qui ex famofis maribꝫ  
 turpens

turpem voluptatem captarent, & qui cōtrā fe- Levit. 25  
 cisset, capitale pēnam inflixit. Sacerdotes autem  
 duplo castiores esse voluit: hos enim nō solum pre-  
 dictis legibus sicut reliquos teneri iussit, sed etiā  
 non quamvis foeminā in coniugalē thorū ad-  
 mittere, nō quae corpore quæstum fecisset, nō ser-  
 uam aut captivā, neq; campanariam aut stabu-  
 lariam, neq; à priore marito quacunq; de causa  
 repudiata. Pontifici verò ne viduam quidē per-  
 misit, quod tamen ceteris sacerdotibus liberum  
 reliquit: sed solum virginē ducere cōcessit, eamq;  
 seruare. Idem uic ad mortuum finitur accedere,  
 quod tamen ceteris est licitū, ad fratres. & pa-  
 rētes ac liberos mortuos accedere. Idem iubetur  
 simplices esse, omniq; fuso carere. Quicunq; è sa-  
 cerdotibus integer corpore non esset, parte quidē  
 suam cum ceteris accipere finitur, sed ad altare  
 ascendere, & funum intrare prohibetur. Nec so-  
 lum in sacris obeundis pueros esse oportet, sed vi-  
 tam etiā irreprehensibilem præstare: quapropter  
 qui sacram amictum gestant, tantisper dum eo  
 vivuntur, prater aliam caſtitatem puritatē ex-  
 sobrietatē à vino quoq; interim arcentur. Vielli-  
 ma etiā integri corporis mantantur, omniq; vi-  
 bio carentes. Hac sunt que Moyſes iam tunc vi-  
 ta sua tempore obseruanda tradidit: quadam etiā  
 in futurum, ipſo licet in deferto degens, Chana-  
 naam terram tandem adeptis prospexit. Septi-  
 mo quoque anno remissionem agris dedit, inta-

Etosq; aratro & plantatione esse ius sit, quemadmodum iam ante populo septima quaque die remissionem à laboribus dederat: que vero per hunc annum sponse sua terra protulerit, publica esse & promiscui usus ius sit, & neq; indigenam neque aduenam ab eis fructibus colligendis arceri: idemq; observari post septimam annorum septimanam, qui numerus quinquaginta conficitur: vocaturq; Hebreus quinquagesimus quisque annus Iobelus: in quo & debitoribus fonus remittitur, & servi manumittuntur, qui contribules cum essent, legem aliquam violauerint, & supplicij vice in servitutem vindicati fuerint. Agri quoque ad pristinos dominos ex hac lege redirentur in modum: instantे Iobelo, qua vox libertatem significat, conueniunt venditor agri & emptor, computatisq; fructibus ac expensis in agrum factis, si fructus maiores fuissent compariantur, recipit agrum venditor: quod si expēsa maiores fuerint, hoc quod deest recipiēs emptor possessionem alteri cedit: sin utraque pars fuerint possessio ad veteres dominos reuertitur. Ideius est in domos que in vicis non manutinuntur diuersum vero de illis que intra oppidorum mœnia venduntur. Licet enim ante annum clapsum redditia pecunia domum recipere: quod si integer annus interim abiuerit, emptori possessionis ius confirmatur. Has leges Moyses in castris in Sing populo tradendas accepit a Deo, moxq;

moxq; literis mandatas ad posteros etiam obseruandas transmisit.

Leges belli, &c consuetudines. C A P . X I .

**L** Egibus ad hunc modū digestis, ad rei mili- x v.

**L**itaris curam animum aduertit, de bellis fu- Name. I  
turis iam iunc cogitans. Indicit igitur censum tribuum, excepta Lenistica: eiusq; cura principi- bus demandata, numerū eorū qui militari atate esset, ad se referri iubet. Lenite enim sacri erat, & immunes à militia. Censa sunt capita sex- centa milia eorū qui arma ferre valerent, et a- tis ab anno vigesimo usque quinquagesimum, & super hunc numerum. M . M . M . D C L . Pro Leni autem allegit inter autores tribuum Manassem Iosephi filium, & Ephraem pro Iosepho. Hos enim Iacobus in adoptionē à Iosepho impetraverat, sicut supra diximus. Compacto igitur ta- N u . 2 . 3 . 4  
bernaculo in medium castrorum illud receperunt, tribus tribubus per latera singula tendentibus, inter quas via intercedebant. Fortū quoq; rerum penaliū est propositū, & merces suo quaq; loco disposita: aderantq; opifices omniū artiū in suis officiis, vt plane ciuitas videretur huc atq; il- luc commaneans. Loca autē tabernaculo proxima sacerdotes occupabant, ac deinceps Levita. Eorū (nam & hi seorsum sunt recēsti) numerus erat viginti tria milia, octingēti octuaginta, mari- bus tantū, & qui trigeminū à nativitate diem Nume. 9  
excederet, in hunc censum venientibus. Et quādi-

nubes super tabernaculum perseverabat, tantisper  
velut presente Deo castra eodem loco manebant:  
quoties vero se alio mouebat, tum etiam ipsi mis

**Nam. IO** grabant. Inuenit autem et buccina speciem  
ex argento facta talem: Canna erat tibia pa-  
lo crassior, longitudine paulo minus cubitali,  
cuius os tantum patebat, quantum ad inflandum  
sufficeret, desinebatque in extremitatem campan-  
ula similem, quemadmodum tuba. A sofra ro-  
catur hoc genus apud Hebreos. Duas tales fe-  
cit, quarum una plebs ad concionem vocaba-  
tur, altera principes ad consultandum de repu-  
blica exciebantur: utrisque vero clangentibus  
vniuersus populus connocabatur. Quoties vero  
tabernaculum moneretur, hic modus seruaba-  
tur. Primo signo canente qui in orientali parte  
castrorum tendebat, excitabantur: secundo ve-  
ro, qui a tergo tabernaculi tentoria sua fixe-  
runt: deinde tabernaculum dissolutum medium  
portabatur inter sex tribus praecedentes, et  
alii sex ponere sequentes. Leviter vero taberna-  
culum circumdabant. Ad tertium autem signum  
pars castrorum meridionali mouebatur, et ad  
quartum septentrionalis. His buccinis uteban-  
tur etiam in sacrificiis, in quibus victimas cæ-  
di mos est, tam sabbatis quam ceteris diebus.  
Tunc etiam primum pascha solennibus victimis  
est celebratum ex eo tempore quo in libertatem  
vindicati, Aegyptiorum dominationem effugerant.

Sedatio

Seditio contra Moysen propter egestatem,  
& seditionis serum poena. CAP. XII.

**N**on multo post à Sina monte castra mo- xvi.  
uentur: & post aliquot mansiones, de Num. 18  
quibus dicemus, ventum est ad locum qui dici-  
tur Iseremoth: ubi denuo populus seditionibus  
agitari coepit, & laboriosa peregrinationis  
culpam in Moysen conferre. Illius suas se re-  
liquisse regionem fertilissimam, & nunc non  
solum eius vertate carere, verum etiam pro spe-  
rata felicitate in extremu miseris huc & illuc  
oberrare, aquarum inopia laborantes: & si  
manna quoque aliquo casu deficiat, proculdu-  
bio fame interituros. His addebant multa con-  
uicia, qua in virum optimè meritum passim  
iactabatur. Exortus est interim unus e popu-  
lo, qui admonitos prateritorum Moysi benefi-  
ciorum, bonam spem habere hortabatur, ne  
tum quidem operi divinam frustra requisitu-  
ros. Vulgaris autem his verbis vellementius con-  
citatum, magis a magis contra prophetam tu-  
multabatur. Qui videns ita desperatos, iubet  
equo animo esse, pollicendo se quamvis graui-  
bus contumelias immerito petitum, copias ta-  
men carnium ei exhibitrum, non in unum tan-  
tum diem, sed in plures etiam. Illis vero credere  
nolentibus, quodam etiam rogante, unde tot ho-  
minum milibus prouidere possit: Deus, inquit,  
& ego, quantumvis male apud nos audiens-

tes, namquam tamē defunemus vestri curam gerere, idq; breui estis viafari. Vix hac dixerat, cum tota castra coturnicibus complentur, quas acer- uatim venabantur. Deus tamen non multò pōst in Hebraorū insolentiam ac maledicta animad- uertit, non paucis ē populo destiteratis. Nam & hodie locus ille nomen ex eo casu inditum retinet, vocaturq; Cabrothaba, quasi dicas concu- piscentia monumenta.

De speculatoribus, qui explorata Chananæo- rum regione reuersi Israëlitis terrorem hostium incusserunt. CAP. XIII.

**XVII.** **Nu. 13, 14.** **M**oyses autē posteaquā abductos inde ad- duxisset in locū humanae habitationi pa- rum aptū, nō longè à finibus Chananæorū sitū, qui dicitur Fances, in cōcionem populi aduocat. Cumq; in medijs constitisset, Duo bona, inquit, Deus vobis dare decreuit, libertatem & felici- terrae possessionē: quorū alterū ex ipsis munifi- centia iam habetis, alterū quoq; mox habituri. Sumus enim in Chananæorum finibus, à quibus adeò nulla ciuitas, nullusne rex nos arcebit, ut ne uniuersa quidē gens collatis in unum viribus efficere hoc valeat. Ergo parati sumus ad rem fortiter gerēdam: neq; enim sine pralio regione sua nobis sunt cessuri, sed post magna certamina victoria premiū erit: ante omnia mittendi sunt speculatores, qui & terra libertatē, & habita- torum potentiam explorant. Nos vero in primis concord

concordia studere oportet, & Deum adiutorem  
ac auxiliatorem nostrum debito cultus prosequi.  
Hac ubi locutus est, populus collaudato Moysis  
consilio, exploratores eligit duodecim nobilissi-  
mos, ex unaquaq; tribu unū : qui exorsi à par-  
titus ad Aegyptū vergētibus, totā Chanaanaeo-  
rū regionē perlustrauerant, donec ad Amathen  
urbem & libanū montem peruenirent:explora-  
taq; terra simul et incolarū natura, reuersi sunt  
ad subs, quadraginta diebus in hoc negotium in-  
sumptis. Et fructus quidē pulchritudo quorum  
specimen erat allatum, vberasq; regionis quam  
audiebant, animos multitudinis ad bellum susci-  
piendū erigebat. Contrā deterrebantur narran-  
tibus difficultē fore eius acquisitionem, quod flu-  
mina superanda essent magna ac profunda, &  
montes ardui transcendendi, & urbes manibus  
firmissimis cingātur. Apud Hebronē verò etiam  
gigantum progeniē se reperisse aiebant, atq; ita  
exploratores cum omnia maiora apud Chana-  
naos inuenissent, quam qua hactenus post exis-  
tum ex Aegypto riederant, suo timore relquam  
etiam multitudinē data opera impluerunt. Qui  
ex eorū narratione impossibile rati talē terram  
acquirere, soluta cōcione domū reuersi cum uxo-  
ribus & liberis lamentabantur, dicentes Deum  
verbis tanum multa polliceri, re autem omnino  
nihil auxiliū prestare : rursusq; Moysen incu-  
santes, in eum simul & fratrem eius Aaronem

pontificem vociferabantur: atq; ita totam nocte  
inquieti exegerunt, in vtrunq; conuicia iactan-  
do. Mane vero ad concionem cōcurrant hoc ani-  
mo, ut lapidatis Moyse ac fratre, in Aegyptum  
retro, vnde venerant, reueterentur. Quem euem-  
sum metuentes duo ē speculatoribus, Iesu Na-  
ueci filius ex tribu Ephraemite, & Chalebus  
ex tribu Iude, procedunt in medium, & populū  
compeſunt, orantes ut bona ſpe ſint: nēne Deum  
infimulent mēdaci, temerē fidem habentes qui-  
busdam, qui vanis sermonibus de rebus Chana-  
naeorum vulgatis multitudinem credulam terri-  
tarent: quin potius eos ſequerentur, qui illuſre-  
gionem tam felicem acquirēdi autores ac duces  
ſe praberent: neq; enim montium magnitudinē,  
neq; anniū profunditatem obſtaturam viris for-  
titer rem gerere paratis, praſertim auspice Deo,  
& pro illis in acie praliaturo. Ite, inquiunt, po-  
ſito omni timore alacres, Deoq; freti, quā ros-  
ducemus ſequimini. Talibus verbis conabanteur  
ſedare tumultuantem populum. Moyſes interim  
& Aaron prōcidentes in faciem ſupplicabant  
Deo, non pro ſua ſalute, ſed ut inſauientem mul-  
titudinē ad ſanam mentem rediceret, tot praſen-  
tibus & instantibus neceſſitatibus turbatam:  
cūm ſubito nubes ſuper tabernaculum exorta,  
XVIII. adeffe praefentem Deum ſignificat. Quo viſo  
Moyſes animatus infert ſe in turbam, & vltro  
panam eis à Deo tanta impudentia prouocato mi-  
natur:

maior: non tamen tantam peccati enormitas  
 merebatur, sed qualis esse solet paterna castiga-  
 gatio. Sibi enī tabernaculum ingresso, & inter-  
 nacionē populi cum lacrymis deprecanti, comme-  
 morasse Deum, quot & quantis beneficijs affe-  
 citi ingrati esse pergerent: & quod nunc specula-  
 torum ignania seducti, eorū verbis plus verita-  
 tis inesse putarent, quam suis promissionibus:  
 quamobrē non deleturū quidem totū illud quod  
 ceteris mortalibus omnibus prætulisset: attamen  
 terram Chananaam eiusq; libertatē illis nō con-  
 ceſſum, sed sine lare & sine urbe in deserto  
 quadraginta annis erraturos, quo peccati penas  
 exfoluant. Liberis tamen eorū terram illam dā-  
 tarum, eosq; commodorum quibus patres se per  
 intemperantiam indignos redderet, dominos esse  
 constituturū. Hus denuntiationibus vulgus atto-  
 nitum, totū se mastitiae dedidit: Moysenq; obſe-  
 crabant, ut deprecaretur Deum, quo reconcilia-  
 tus peccatisq; condonatis, urbes hostiles eis tra-  
 deret. Ille verò negabat Deum latrū talibus  
 se tentari precibis. Non enim temerè aut huma-  
 no more ad hanc indignationem esse commotū,  
 sed iustum hanc sententiā protulisse. Non est au-  
 tem incredibile, Moysen unicum virtū innumera  
 penè hominū milia cōcītata sedamisse, quādoqui-  
 dem Deus illi præfens placabiliorē faciebat mul-  
 tiudinē sape iam suo malo expertā, cōducibilius  
 esse nō repugnare diuina voluntati: & alioquin  
 etiam

etiam vir ille dignissimus est admiratione, tum  
 ob singularem virtutem, tum ob fidem non tan-  
 tum à seculi sui hominibus, sed à posteris etiam  
 impetratam: quandoquidem hodie quoque nemo  
 est Hebraorum, quin etiamsi latere possit, quasi  
 praesentem revereatur. Et quasi poenas exactu-  
 rum, si quid prater decorū ab ipso praescriptum  
 gesserit. Autoritatis eius plusquam humana ar-  
 gumenta sunt plurima, et in his illud non mini-  
 mū, quod quidam ex regionibus ultra Euphra-  
 tem sitis ad honorem nostri templi quatuor men-  
 sū iter magno sumptu, nec sine periculo emens,  
 sacrificioq; peracto, non potuerunt tanè partem  
 aliquam de victima consequi, existente aliqua  
 causa, cur per leges nostras id manes liceret. Et  
 quidem ne sacro quidem factō, alijs semiperfecto  
 sacrificio relicto, nonnulli ne templum quidem  
 adēre permisisti, re infecta redierunt, m. silentes  
 Moysis legibus, quam suo proposito obsequi: idq;  
 nemine redarguēte, nisi propria consciētia. Tan-  
 tum valet semel concepta de hoc viro opinio, ut  
 maior homine habeatur qui leges à Deo acce-  
 ptas hominibus tradidisse creditur. Nuper etiam  
 non longe ante Iudaicū bellum principatu Clau-  
 dij, poneficiatū apud nos Ismaele obtinente, cùm  
 tam valida famē regionē nostrā premeret,  
 ut assaron quatuor drachmis veniret, et in fe-  
 stinitate axymorum allati essent cari septuagin-  
 sa, hoc est medimni Siculis triginta, et vnuo,

Astici

Attici vero quadraginta et minus, nemo tamen sacerdotum ausus est micam unam inde comedere, tanta egestate premente, legem tantum et iram divinam veritatem, quae in occulta etiam peccata graniter animaduertere solet. Quare non est cur quis miretur quae illo tempore sunt gesta, quandoquidem etiam scripta posteris ab illo relictam tantam vim et autoritatem obtinent, ut vel inimici nostri fateantur quod talem vindicandi rationem Deus per Moysen instituerit. Sed de his quisque ut videbitur sentiat.

F L. I O S E P H I A N T I-  
Q V I T A T V M I V D A I-  
C A R V M, L I B E R  
Q Y A R T V S.

Hebreorum inscio Moyse cum Chananeis  
pugna & clades. CAP. I.

**E**BRÆOS autem duram vi- Num. 14  
tam in deserto agentes, et multis  
misérijs afflictos, nihil penes ha-  
buit, quam quod Deus non sinebat  
eos armis cum Chananeis experiri: nec iam am-  
plius Moyse audire volebant quiescere iuben-  
tem, rati etiam sine illius auspicijs victoriam  
de hoste se posse obtainere: accusabantq; eum,  
quasi hoc tantum agentem, ut in magna inopia  
constituti, semper ab illius consiliojs penderet: et  
omnino

omnino pugnare decreuerunt, auxilium Dei sibi  
 pollicentes, non tam Moysis respectu, quam quod  
 in eius tutela iam inde a maioribus essent: Et  
 quos prius ob pietatem dignos libertate duxisset,  
 eis nunc quoque si rem strenue gerant, victo-  
 riam non negaturum. Satis sibi virium aduersus  
 eas gentes, etiam si Moyses Deum ab ipsis alienare  
 conetur, omninoque expedire sibi ut arbitra-  
 tu suo potius rem gerant: quam pro excessu Ae-  
 gyptiorum servitute Moysis tyrannidem suscep-  
 tiant, eiusque libidini seducti pareant, iactantis  
 divina colloquia, quibus ut Deo praeter ceteris ca-  
 rus de rebus gerendu premoneatur: quasi vero  
 non omnes ex aquo Abraham essent posteri, ut  
 unus singulari gratia praescientiam futurorum  
 diuinitus habere debeat. Prudentium esse, ut  
 contempta vniuersitatem hominis arrogantia Deo potius  
 promissori credentes, ad acquirendam eam re-  
 gionem se expediunt, neque diutius sub Dei  
 praetextu verba sibi dari sinant. Cogitandum  
 de presenti inopia, quam loca deserta grauiorem  
 in dies reddant, Et ductore Deo manus cum  
 Chananeis quamprimum conferendas, nec amplius assensum legislatoris expectandum. Com-  
 probata deinde omnia calculis hac sententia,  
 populariter in hostes vadunt, qui neque fera-  
 ci eorum impetu, neque immensa multitudine  
 perterriti, irruentes in se excipiunt fortiter: Et  
 bona pars Hebraeorum cesa, reliquos turpiter  
 velata

vertere terga coactos insequendo, trepidos in causa compeldunt. Ea clades prater omnium opinionem oblata vehementer animos multitudinis deiecit, peiora metuentis, cogitantiq; ab irato numine immissam esse, eo quod non expectato oraculo ad pugnam prorupissent. Moyses autem videns tum suos accepta clade consternatos, tum hostem victoria recente elatum, veritus ne presenti successu non contentus maiora moliretur, decrevit copias retrò in desertū reducere. Cumq; populus posthac in ducis potestate se foro polliceretur, malo admonitus nihil absque ipsius consilio prospèrè cessurum, motis castris itum est in desertum hoc animo, ut non prius contra Chanaeos pugnam capesserent, quam signo diuinatus accepto. Sed quemadmodum in exercitu ingenti ipsi venit, maximè rebus aduersis, ut difficiles se moderatoribus prabeant, ita Iudeis etiam adem accidit. Quum enim essent numero sexcenta millia, & vel in secunda fortuna parum tractabiles praefecti viderentur, tanto magis in egestate ac infortunio tam in se insuicem quam in imperatorem suum exasperabantur. Quapropter tanta seditione est laboratum, quantam nec apud Græcos nec apud Barbaros unquam fuisse accepimus: qua res dubio procul in extremum iam periculum delatos perdidisset, nisi Moyses oblitus accepta iniuria, quod minimum absuit quin lapidaretur, rebus labantis opem astul

attulisset. Ac ne Deus quidem curam eortu propius abiecit, sed tametsi contumeliosos non solum erga legistatorem, verum etiam in mandata divina per Moysem accepta, liberavit tamē ē pertinacissima seditione, cuius absq; sua prouidentia non nisi tristissimos exitus expectari poterat. Hanc seditionē, & quemadmodum ea fedata Moyses rem administraverit, nunc dicemus, causa eius primum exposita.

Seditio per Corem aduersus Moysen & fratrem propter sacerdotium excitata. C. A. I. I.

I. I. Num. 16 **C**ores vir genere & opibus inter Hebreos clarus, & populari quadam factūdīa preditus, videns Moysen in celso dignitatis constitutū, molestè ac inuideter id ferebat. Cum enim esset ex eadem tribu & cognatione, iniqūis censebat se illi posthaberi, & dimitiūs pollutiorē & genere nihil inferiorem: multaq; in illum apud contribules Leuitas & inter cognatos concionabundus vociferabatur, rem indignā dictitās, nec duntis ferendam, Moysen ambitiosis artibus sub praetextu cuiusdam diuinitatis cum aliorum iniuria sue tantū gloria studere: & nuper præter eas & f. s. sacerdotium absq; populi suffragio fratri Aaroni dedito, & alias dignitates quasi tyrannide arrepta pro libidine distribuere. Grauem hanc esse iniuriam, quod ita latenter se in dominationē insinuet, ut priusquam sentiri possit, populo libertas opprimatur. Quis enim

enim principatu se dignum sibi sit conscius, cum  
volente ac persuaso populo sine vi ad tale fasti-  
gium aspirare. Qui vero bona artibus eo perue-  
nire desperent, à vi quidem abstinere ne boni-  
tatis ac honestatis opinionem amittant, sed tech-  
nis malitiosis ad id consequendum niti. Talium  
conatus in medium protractos puniri è republi-  
ca esse, priusquam è clancularijs insidiatoribus  
aperti hostes evadant Quam enim rationē Moy-  
sen afferre posse, cur Aaroni potissimum & filijs  
sacerdotium dederit. Si enim ex Leuitica tribus  
alicui honoris ex divina voluntate deberetur, se  
merito fuisse preferendum, genere Moyssi parent,  
etate atq; opibus potiorē, quod si antiquissima  
tribus ratio haberetur, optimo iure viris Rube-  
litidis tribus dignitatem eam deferendas, Da-  
thamo, Abironi, & Phalao diuitijs iuxta ac eti-  
te inter contribules praeminentibus. Hac Cores,  
videri volens respublica curam habere, reuera  
hoc tantum agens, ut concitato populo pontifi-  
catum intruderet. Nec diu se intra unam tribum  
ha criminationes continuerunt, verum sparsus  
paulatim rumor, dum quisque audiebat de suo  
aliquid addis, totis iam castris peruagabatur:  
breniq; eo res deuenit, ut ducenti quinquaginta  
è primatibus factionem Cora sequerentur, qui  
omnes operam dabant, ut sacerdotium fratri  
Moyssi ademptum in illum transferretur: po-  
pulus praterea tam concitatus erat, ut ad lapi-  
des

des concilamaretur, concurrebatq; intoncta mul-  
titudo in concione, ubi stans ante Dei taberna-  
culum vociferabatur, collendū tyrannū, & po-  
pulum à feruitute eximendū, cui sub religionis  
protecta dura imperata imponerentur. Deum  
enī si ipse esset sacerdotis elector, aliquem di-  
gnam fuisse ad hanc honorē prouelitorū, nō enim  
qui multis esset merito postulabēdus: vel si Aa-  
roni eū dare decreuisset, populi suffragio potius  
quam fratri beneficio fuisse daturum. Moyses  
autem qui Coræ calumnias non ignorabat, vi-  
dens populum irritatum, nequaquam expavit: sed  
fretus conscientia rei bene administrata, &  
sciens fratrem electione Dei peruenisse ad sacer-  
dotium, non sua gratia, prodit in concionem: &  
quoniam non erat imperitus artium quibus rul-  
gas tractandum est, ad Corem versus elata vo-  
ce: Mihī, inquit, Cores, vel tu vel vnuus quini ec-  
cl̄is, intenta in ducentos & quinquaginta viros  
manu, honore digni videmini: iūnd ne reliquā  
quidem concione contemno, etiam si vobis diuersi  
& ceteris dotibus non sint conferendi. Nam  
nec Aaron ideo sacerdotio potitur, quia dītior.  
Tu enim ampliores quam vterq; nostrum, facul-  
tates possides: neq; quia nobilior. Cōmune enim  
vniuersis genus nobū Deus voluit, cuius eundem  
cunctis autorem dedit: neq; fraterno affectu mo-  
tus quod alijs debebatur, fratri cōtuli. Nisi enim  
iūs & fas p̄e oculis habuissēm, nequaquam  
oblitus

oblitus mei, dedissem alteri: cum nemo sit mihi  
 meipso propinquior, & mihi non minus quam  
 illi bene velim: & alioqui qualis erat prudentie  
 me violati iuris rem facere, & huius facinoris  
 primum alteri cedere? Verum & à mea prohibi-  
 tare absit tale scelus, neq; Deus, sustinuisse aut  
 se contemni, aut vos ignorare quid illi gratissi-  
 mum facturi essetis. Ipse sacerdotum sibi elegit,  
 ipse ab hoc crimine immunem meredidit. Atta-  
 men licet non meo beneficio, sed divina electione  
 hunc horrem adeptus, non dubitat in medium  
 depositum vestris suffragijs committere, nullam  
 prærogativam postulans ex eo quod hactenus es-  
 sit legitimè functus, ut qui omni ambitione pa-  
 sita, malit vos sine seditione videre, tametsi ve-  
 stris etiam calculis ante iam comprobatus: ne-  
 que enim Dei voluntatem in hoc laesimus, quod  
 vestrum etiam assensum accedere volumus: sed  
 quod ille ultrò detulit, salua pietate recusare no-  
 licuit: quemadmodum & illud aquam est, ut quis  
 semel dedit, suum donum ratum ac perpetuum  
 efficiat. Quamobrem indicabit denuo quem re-  
 lit pro vobis sacra facere, & pietatis vestra as-  
 sistitem esse. Iniquissimum enim fuerit, Corē per  
 ambitionem obstat, quo minus tiberam electio-  
 mem sui sacerdotis habeat. Nihil est igitur quod  
 seditionibus turbemini, quanto ad hanc causam  
 attinet. Cras mane cū sua quisq; acerra & igne  
 ac odoramentis adesto. Tu vero Cores cede Deo,

¶ calculum eius expecta; neque maiore quā  
Deus habeat, autoritatē tibi arrogā: sed tu quo-  
que inter ceteros huius honoris competitores in-  
dicandas adēsto: nec video cur vel Aaron à pesa-  
tione debeat excludi, eodē genere natus, ¶ qui  
iam in hac functione irreprehensibile sit speci-  
men dedit. Vbi vero conueneritis, corā toto populo  
suffitū facilitate, ¶ cuius sacrificiū acceptissime  
Deo fuerit, eū mea quoq; autoritate confirmabo,  
meq; ab hac calunnia colatē per priuatam gra-  
tiam in fratrem suumne dignitatis exoluam. His  
auditis turba ¶ tumultuari, simul, ¶ male fu-  
spicari de Moysē destitit, ¶ in super consilium  
eius collaudauit tanquam ē republica futurum  
atq; ita concio dimisitura.

Quomodo seditionis concitatoribus diuina  
vltione extintis, sacerdotium Åaron &  
filii est confirmatum. C A P. III.

**Numb. 10** **P**osteriorē die redditur in concione ut sa-  
cro facto interessent diuino iudicio, per quod  
competitorē certamen erat dirimendum: eratq;  
nonnullus tumultus, multitudine sufficiens ad euen-  
tus expectationem, quib[us] Nam Mayser in ordi-  
nem redigi cupientibus: quē vero prudenteres  
erant, seditionē finē exceptis: timorbat etiā  
ne alio esset de res. frateris seditione procedette:  
multitudo quoq; naturā novarum terū cupida,  
¶ ad obloquendū magistratibus proha, omni-  
bus rumoribus circumferebatur. Moyses antea  
missis.

missis ad Dathanitū & Abironē viatoribus, iuf-  
sic ut ad condicū venirent sacris interfuturi.  
Postquā cōrē negauerūt se obtēperaturos, neque  
diutius passuros Moysi potentiam artibus malis  
qua sitam in populo augeri: his renuntiatis af-  
sumptisq; aliquot præstantoribus non est dedi-  
gnatus ad contumacē Dathanis factionem veni-  
re, sequentibus se libenter quos iusserat. Tum  
Dathanus cum suis audito Moyse cum prima-  
bus ad se aduentare, progressi cum liberis &  
uxoribus ante tabernacula, expectabat quidā  
actures esset: aderant etiā satellites qui arcerent  
eā si quid vi agere vellet. Ille verò iam propior  
fablat in cālū manibus, & elata voce ut à to-  
ta multitudine exaudiiri posset, Domine, inquit,  
cāli & terra ac mari, tu qui nubi testis es fide  
dignissimus, quod quicquid haclenus feci, ec-  
cua sententia feci, qui miseratus res Hebraorū  
perpetuas adiutor mili fuisti, exaudi hanc ora-  
cionem: tu enim scis omnia, ipsas etiā cogitatio-  
nes hominū: qua propter nō digneberis rei ve-  
ritatem atq; istorū ingratitudinē in mediū pro-  
ferre. Nostri sācē exactē & illa qua nativitatē  
meām præcesserunt, visa nimis nō audita: nunc  
in illis rebus testimonio tuo me sublema, quas istā  
cām non ignorē, male suspicari tamen nō velen-  
tur. Ego cum vitā agerē quietam, id quod mea  
virtute & tua voluntate Ragneliūq; socii bene-  
ficio cōsecutus eram, tamen relictis eius volupta-

tibus & cōmodis meipsum totū dedidi exanimis  
pro isto populo perferendis: & primū pro liber-  
tate eorum, nunc verē pro salute p̄ōptēsimē ma-  
gnos labores suscepā. Nūc ergo quoniam in suspi-  
cionem veni hominibus, qui mea cura ac prouī-  
dētia tot mala incolumes emaserunt. tu qui in  
igne illo ad montē Sina mihi apparuisti. & tua  
voce spectaculoq; illorū prodigiorū me dignatus  
es, qui in Aegypto legatione tuo nomine fungi  
voluisti, qui Aegyptiorum opib[us] afflictis ser-  
uitur eoru[m] effugere concessisti, & Pharaonis  
potentiam succumbere mihi fecisti, qui ignavis  
via per mare mediū iter aperuisti, cuius postea  
fluctibus Aegyptios innoluisti, qui Ihermes ar-  
mis minuisti, qui ex vitoſis fontibus potabiles  
reddidisti, & potum nobis inopia laborantibus  
ē petra produxisti, cibumq; in terra non inuenie-  
tibus à mari attulisti, ē celo deniq; numquā au-  
re auditi es largitus, qui legibus ac institutis rē  
mostrā ornasti, adesto milii domine index omnium  
te testis incorruptissimus, quod neq; numerā à  
quoquā Hebreorū favore mēū cōtra institutā ca-  
prāte admisit, neq; pauperē bonā causam habē-  
tem propter aduersarii dinitē perdere lūe sime  
passus: & nūc Republica sincerissime adminis-  
trata in suspicionē culpe, à qua sum alienissi-  
mous, venio, quasi frati ob priuati affectuū &  
nō tua volūtate sacerdotiū tuū cōculerim. Ostē-  
de quod uaria tua presidētia diſpersantur, &  
mihil

nihil fortuitus casibus, sed tua voluntate ad effe-  
ctum peruenit: et quod res Hebraeorum cordi tibi  
sunt, iusta in Dathanum et Abironem animadver-  
sione declara, qui testipidum faciunt mei impostu-  
ris circumueniri iactantes. Facies autem manifestans  
adversario insanos gloria tuae detractores vindicari.  
Etiam si non communis more intereat, ne quis nihil  
nisi humanum passos existimat, sed terra quam in-  
digni calcatur deliquescentes cum familiis et facultati-  
bus eos absorbeat: hoc modo et tua potestia om-  
nibus apparebit, et exemplum posteris statuetur,  
ne quis secus quam prius est de tua maiestate senti-  
re audeat: et ministerium ex tua sententia  
esse comprobabitur. Quod si vera sunt crimina  
qua in me cogerunt, tum in me caput dira ver-  
tana, illis quos execratus sum incolubus. Atque  
ita exalta pena a populi tui turbatoribus relin-  
quam multitudinem in pace, concordia, et man-  
detorum tuorum custodia serua intactam et  
expertem supplicij federatis hominibus debitis:  
quandoque alienum est a tua iustitia, illorum  
pena imminet Israelitarum turbam depas-  
dere. Hec cum lacrymis effato, sera horrendum  
repente contremuit, et undante superficie, non se-  
cum quam pelagus vento fluctuans, ruiner sum po-  
pulu terruis: immensi mox sonitu eliso, quia sedi-  
ciosi tendebant, solum subsedit, et eodem monere  
omnes ad unum absorbet: sublatissimq; in hoc mo-  
do prefatus, hiatus ille ita tursum clauditur, ut

ne vestigium quidē eius superesset. Hic finis seditionis factionis, illustra argumētū diuinæ prouidentia simul & potentia: fuitq; hic casus emiserabilior, quod adeò nemo ne propinquorum quidē aut cognatorū eos est miseratus, ut totus quantus erat populus, anteactorū oblitus, latis acclamationibus Dei sententiam comprobaret, ac ne luctu quidē dignos, ut pestē ac perniciens popularism existimaret. Post Dathanum cum suis extinctum Moyses pontificatus amulos conuocat, Deo denuo cōmissurus electionem, ut ei sit ratum sacerdotium, cuius sacrificium Deo gravissimum apparuerit. Itaq; convenienti ducenti quinquaginta viri sumo in prelio semper apud populares habiti, tum quid à maioribus omnē virtute praelaris oririūdū essent, tum quid sp̄s nequaquam degenerarent: cumq; bis procedunt & Aaron & Cores: deinde stantes ante Dei tabernaculum adolebant acerris adoramenta qua secum attulerant: cum subito rauitus ignis effulset, quantum nec homines ipsi r̄nquam excitauerint, nec in terris sp̄ote ardentibus, nec in sylois per astū austri flatu collisis & attritis excitatum viderunt, sed qualis diuiditum accendi poterat fulgentissimus simul ac flagrantissimus: cuius vi ac impetu ducenti illi & quinquaginta una cum Core ita sunt absumpti, ut ne cadaverum quidem reliqua comparerent: solus Aaron superfuit illas, ut manifestum esset, dimicatus

coor

desertū hoc incendium. His ita absumptis, Moyses volens perpetuam eius supplicij memoriam ad posteros trādi, ut & illi non ignoraretur, iussit Elcaxarum Aaronis filium acertas eorum affixas altari aereo consecrare, ut hoc monumēto omnes ternerentur, qui cælestē numen Iunnanis dolis putant circumueniri posse.

Quæ Hebreis in deserto per annos xxxviiij.  
obtulerunt. C A P. IIII.

**P**ost tam evidens argumētum cum iam sa- Num. 17  
tis constaret, non ambitu, aut fratriis gra-  
tia, sed divino iudicio sacerdotium ad Aaronem  
peruenisse, sine via cōtrouerſia post hac illud te-  
nuit: nec tamē ob hoc diu ceſſatū est à feditione,  
imò penè gravior priore est insecuritatem ex ta-  
libus causis ortum habuit, ut facile appareret  
longo tempore duraturam. Cum enim s. mel ani-  
mos hominū occupasset haec persuasio, nihil sine  
Dei voluntate geri, arbitrabātur Deum in gra-  
tiam Moysis ista facere. huic igitur imputabāt  
omnia, tanquam non peccatorū odio Deus satis-  
ret, sed à Moyse solicitatus: agrēque ferabant  
quod non solum imprūe tot optimali morte po-  
pulum mulctasset, sed primum etiam auferret  
confirmatum iam fratriis pontificatū: quando-  
quidem nemo post hac eum affectatus erat,  
cum alijs id male ceſſevidetur: adhac cognatis  
extinctorum agebant apud populum, rogantes  
ut superba & nimia Moysis potestati mcedum  
o s alig

aliquem statueret : facile enim hoc illi esse. Tunc  
 ille mature sentiens excitari turbas , veritus ne  
 qui turbam res nouas molirentur, unde magnus  
 aliquod malum accidere posset, concionem aduo-  
 cari inbet: Et auditis postulatis nihil respondens  
 ne magis irritarentur, hoc tantum principibus  
 tribuum mandavit, ut virgas afferret tribuum  
 nominibus inscriptas , eum enim fore sacerdo-  
 tium , in cuius virga Deus signum ostenderet.  
 Quod ubi placuit, inscriptas attulerat, cum alijs  
 tum Aaron , inscriptam habens in sua Lenitatem : eas Moyses acceptas in Dei tabernaculum  
 depositis : sequenti vero die omnes protulit, qua  
 facile agnoscabantur, quod essent ex a principi-  
 bus qui attulerant, Et a cetero populo notatae  
 videbantur; alias eadem specie manere , qua erant  
 pridie cum eas Moyses acciperet , ex Aaroni  
 vero ramos ex germina esse exorta , ex quod  
 magis mirum , amygdala matura , quod virga  
 ex hoc genio ligno constaret. Hac nouitate spe-  
 claculi vulgo attonitum , omisis odijs quinque  
 tam Moysen quam Aarone prosequebatur,  
 totum in admirationem divini iudicij versum,  
 amplius Deo repugnare desit, ratumq; Aarons  
 sacerdotium esse voluit : atq; ita tertio Dei cal-  
 culo confirmatus nemine posthac contradicente  
 fuit pontifex. Et Hebreorum populus longe sedi-  
 zionibus agitatus hoc modo ad quidem tandem  
 periret. Moyses autem posteaquam Lenitam  
 CANT

eam tribum divino cultui dicatae, immunitem à Nu. 18. 35  
 militia fecisset, ne forte in parandis ad vitā ne- Leni. 14.  
 cess. triū occupati, negligenter sacra tractaret. 18. Et 26  
 mādauit ut post armis ac Dei favore quesitam  
 Chananaam ex oppidi eius quadraginta octo  
 bona & pulchra Leuitis distribuerentur, cum  
 agro manibus eorū contiguo duūm milium cu-  
 bitorū, & infrae tē tota populo decimas annuas  
 fructus exegit Leuitis simul hac sacerdotibus cō-  
 ferendas: atq; hī posthac eius tribus solennes re-  
 ditus fuere. Num dicēdum quae sunt sacerdotum  
 propria. Ex quadraginta octo oppidis iussit ut  
 Leuita concederent ei tredecim, & decimārum  
 à populo quotannis acceptarum decimās pende-  
 rent: præterea ut populus Deo primitias omniis  
 fructuum ē terra prouenientium offerret, & ex  
 quadrupedibus qua mactare fas est, primogeni-  
 tum si masculum fuerit, sacrificandum sacerdo-  
 tibus adducat, ut ea cum familia vescantur in  
 urbe sacra: pro eis verò quibus patria lex vesci-  
 vetat, dominos factus siculum cu[m] dimidio depen-  
 dat pro homine verò primogenito quinq; siclos:  
 debere ei etiā primitias confare omnium: & qui  
 panes coquat liba aliquot ei prabere. Qui verò Num. 6  
 ex voto se consecrant, Nazarei dicti, capillum  
 alentes, & nimis non gustantes, cum capillum  
 consecrant, vestimenta eorum sacerdotibus cedere.  
 Item qui Capba seipso nominat, hoc est Dei do-  
 num, si velint à ministerio ad quod seyltro obli-  
 gauerū

gaterunt dimitti, sacerdotibus pecuniam numerare, mulierē trīginta sculos, virum quinquaginta: qui verò tantū pecunia nō habuerint, hos sacerdotum arbitrio relinquēdos. Quin & si quis domi mactet ad privatū epulum, non ob cultum diuinum, offerendum tamē sacerdotibus pecoris pectus & brachium dextrū. Tantū est quod: sacerdotibus Moyses attribuit, praterq; quicquid pro peccatis populus offert, ut in proximè praecedente volumine diximus. Quicquid autem à populo sacerdotū ordinis contribuitur, ex ea tā vero, res quām filias & famulos etiā participes esse voluit, exceptis que pro peccatis offeruntur: bae enim in fano soli sacerdotio? fungētes māres con-

Num. 20 dem die absunt. Hu ita post seditionē dispossitis castra mouit, & cū omnibus copijs ad idem mea fines peruenit, legatus primū ad regē p̄missus: petebat ab eo tantū liberam transitū, patratus ipsius arbitrio fidem dare, sine cuiusquam iniuria iter se facturū: pressrea forū rerum penalit̄ suis exhiberi poscebat, persolutatus etiam aquæ pretiū si rex ita iuberet. Ille verò legatus infecta dimissis, negotijs transitu, armatus cum exercitu est obuiā profectus, prohibitus Moyses si vi viam aperire conaretur. At propheta cōsulto prius oraculo, & Deo non permitte te. ut ipse pugnae principiū faceret, retrorsum abduxit exercitum, per deſertum iter facturus. Eodem tempore forori eius Mariam mā ultima

vita

vita dies aduenit, quadragesimo anno ex quo  
Aegyptū reliquerat, mensis Xanthici Luna pri-  
ma: sepultaq; est publico sumptu magnificè, su-  
per quodam monte qui appellatur Sem; Et post  
menstruum luctum Iustrauit Moyse populu hanc Num. 19  
in modum: Iuuençā laboris & aratri expertem,  
colore toto corpore rafam, paulū ante castra p-  
ductā pontifex in loco purissima mactauit, &  
sanguinē septies digito aspersit versus Dei ta-  
bernaculum: deinde solida iuueca, ita ut procu-  
buit cum pelle ac intestinis ardente, lignū cedri-  
nunt in mediū ignē inciunt: simulq; hyssopum  
& lanā coco tintam: huius cinere uniuersum  
virpuris ac castus collectū reponit in locum pu-  
rissimum: & quoq; posthac funesta purifica-  
tione opus habebant: paulū huius cineris in fan-  
tanam immittentes, & hyssopi ramulus intingen-  
tes, aspergebāt se die tertia & septima: quo fa-  
cto pro puris posthac habebantur: & hunc lu-  
strandi morem etiam in terra belli sorte quesita  
seruari pracepit. Ceterū funesto exercitu ita ut Num. 20  
dixi, iustrato, per desertū cum eo pergens Ara-  
bam petijt. Cumq; venisset in agri urbis Ara-  
bam primariae, que olim Arce, nunc Petra no-  
minatur, hoc loco motē excelsum, quo uerū clau-  
ditur, Petron confundit, premonitus à Moyse,  
quod esset mortuus: et in conspectu totius exer-  
citus, sicut in loco acclimi, exutā pontificiū sta-  
lam Eleazar filio tradidit, ad quem iure atque  
succēs;

successio pertinebat: atque ita spectante populo  
moritur, eodem ipso anno quo sororē amisit, anno  
etatis centesimo vigesimotertio: dies mortis eius  
incidit in primam Lunam mensis qui Atheniens  
fibas. Hecatomba non dicuntur, Macedonibus Losse,

**I I I.** Hebreis Sabba. Luxit eum populus diebus tri-  
**Num. 21** ginta, & iactu finito, Moyses ductu peruenit ad  
fluminum qui nominatur Arnon: is ex Arabia mo-  
ribus exortus, desertum medium peregrans, in  
Asphaltitem lacum influit, Moabitas ab Amo-  
reis disterminans: estq; haec regio frugifera, &  
fructus quantum satis est incolis suppeditat. Ad  
eius regem Sehonem misit legatos Moyses, qui  
transitum per segnum peterent, fidem datus,  
quod sine detrimento vel agrorum vel colonorum  
militum traduceret: sed persoluturum pretium  
rerum venalium ex aquo. & bono, etiam si pe-  
tum aqua sine pretio dare gravarentur. Sehon  
vero negato transitu, & armato suorum exer-  
citū, rada Arnonis occupat, prohibitus si He-  
brei fluminum transfire conarentur.

Quorodo Moyse devicit Sehonē & Ogē Amo-  
rorū reges, deleuitque eorū copias. C. A. P. V.

**Num. 2** **M**oyse autē postquā intellectus Amoraeis  
hostile in se animū gerere, hanc serendū  
contemptū ratu, & vidēs Hebreos genū homi-  
num intractabile, otio simul & egestate facile  
adduci posse ut pristinos tumultus ac seditiones  
renouarent, occasione eū adimere volēs, cōsulsiit  
Denn,

Denuo, ut bello viā aperire permitteret. Deo vero amnente, & victoriā insuper pollicēte magnopere hac spe animatus, militē quoq; fiducia complet, clamitās adesse tēpus quo pugnādi cupiditatē exsatiarēt, auspice Dco & quā sponte iam propenderent autoritate sua cōpellente. At illi permissa potestate lati, arma corripiunt, & uestigio instructa acie ad hostem properant. Amorem contra ut vidit aduentātes oblitus praeftina ferocia, tū ipse est territus, tū milites animos quos ante visū hostē prae se ferebāt, prae timore demiserūt. Itaq; vix primo cōflictū excepto terga vertūt, in sola fuga spē salutis reponentes: cōfiderat enim munītis urbibus quae tam nūihil prorsus eis profuerūt. Nam Hebrei rē primā animaduertēt hostes cedere acriter institerūt, turbatisq; eorū ordinib; in extremam formidinem illos coniecerūt. Iamq; totis campis sparso effuso cursu alijs alias urbes petebāt. nec alteri psequēdo fatigātur, imperfectā victoriā relinquare nolētes, sed tū essēt funditores optimi, & eius pugna generis, quod omni telorū genere eminus geritur in primis periti, & expeditiores quārt armis grauarent, aut pedibus fugatos assequerātur, aut glādibus et iaculis, si quos celeriores timor fecerat. Itaque magna strages editur, et si qui effugerāt, cū vulneribus et sibi confūctabūtur: erat enim astas. Cumq; desiderio potius ad flumī agmine magno ferrētur, ab inseguen-

quenib[us] circumuerti eminus sagittis ac iaculis  
 sunt confixi, & inter ceteros Sehon rex eecidit.  
 Hebrei vero cæsos spoliabat, prædas agebat ma-  
 gna rerū copia fruebatur, quod fructus nōdū ex  
 agris collecti essent: & milites totā regionē per-  
 currebat impunè diripiendo, captiuosq; abducen-  
 do: nemo enim resistebat, robore eius regionis in  
 pugna absumpio. Talis clades Amorrei acci-  
 didit, qui nec consilio prudenter, nec armis fortiter  
 sunt vti. Hebrei vero terrā eam occupauerunt,  
 inter tres annas insula modo sitā. Nam Arnonis  
 rīpe meridionale eius tatus terminant, Iobac-  
 chus vero septētrionale, qui in Jordaniē influens  
 nāmē amittit: occidet talis tractus Jordane amne  
 altitudinē. In hoc rerū statu exercitus Israëlitico no-  
 nus hostis Oges Galadim & Gaulanitidū regia-  
 num rex, in auxiliū Sehonis amici & socij ve-  
 niens: cuius res quam iam perditas videret, nihil  
 lominus victoriā sperans, virtutis suorū ac ha-  
 stiū periculum facere decreuit. Qua spe frustra  
 tus & ipse in prælio perit, & exercitus ad unū  
 est deletus. Moyses vero Iobacco flumio supera-  
 to, regnum Ogis ingressus urbē unam post aliā  
 subuertebat, habitatores internicione vastans,  
 qui omnes eius terra homines diuitiis & agro-  
 rum fertilitate superabat. Oges etiā vir herosca  
 specie corporis, ne viribus quidē ac virtute fuit  
 inferior: cuius roboris et staturæ argumentū ex-  
 stabat in expugnata regia yrbe Ammanitidū  
 regia.

regionis, dicta Rabatba: lectus erat ferreus. quanto cubitorū latitudine, nouē longitudine. His vīti casum non solū præsens Hebraorū felicitas est insecuta, sed in futurū etiam maiorum successorum illis causa est facta. Sexaginta enim oppida egregiè munita de eius ditione ceperunt, ex præda tam priuatim quād publicè sunt locupletati. Post hæc Moyses castra Iordanem versus mouet, et campū magnū è regione Hierichuntis: ea est urbs copiosa, palmis abundans, et balsamū ferens. Iamq; in tantum creuerant Israëlitarū animi, ut nihil magis quam pugnas ac prælia cuperent: et Moyses utendū hac propititudine suorū ratus, victimis Deo pro gratiarum actione maestatis, epuloq; exercitu dato, partem eius armatam ad Madianitarū regionē vastandam misit, urbesq; gentis eius expugnandas: cuius bellū origo talem causam habuit.

De Balamo vate.

C A P. V I.

**B**Alacus Mochitarum rex, habens veterem Num. 22. 23. 24 cùm res Israëlitarū in tantum crescere videret, cœpit etiā de suo regno esse sollicitus. Nesciebat enim Deus vetare, ne Hebrei quicquā ulterius præter Chananeā usurpare appetant: atque ita non satis consulē de rebus nouis cogitauit: et bello quidem aggredi elatos tot victoriarū successu non est ausus, obstat tamē volens ne vlie- riis procederent, legatos de communibus cōmodis

p ad

ad Medianitas mittit, illi ad Balanū quendam  
ultra Euphratēm, nobilem in eis locis vatem, &  
 sibi amicū, cum Balaci legatis mittunt etiam de-  
 suis honoratissimum quenque, rogantes ut veni-  
 tet ad se, et diris imprecationibus Israēlis. u de-  
 noueret. Vates legatis comiter exceptis, & ho-  
 spitab̄ mensa adhibitis, consulit Deum, qua sit  
 eius de Medianitarum postulatis sententia: quā  
 cum vetaret illis obsequi, reversus ad eos, ait sibi  
 non deesse voluntatem illis gratificandi, sed ob-  
 blīare Deū, cuius beneficio debeat gloriā ex ve-  
 nī hactenus prædictionibus comparatam: nam  
 exercitum illum quem ipsi execratiū velint, esse  
 Deo longè charissimū: deditq; cōsiliū ut ob hanc  
 eauſam ad Israēlitās profecti, pacē cum illis qui-  
 luscunq; conditionibus facerent: his dictis lega-  
 tionem dimisit. At Medianite Balaco maximis  
 precibus urgente, eadē de re denuo legatos mit-  
 tunt ad Balanū: qui cupiens hominibus obsequi,  
 Deum consulet. Deus verò offensus iubet ut le-  
 gatis ascendatur. Is ratus Deū hæc senī iubere,  
 cum legatis proficietur. Inter eundū autē cum  
 ventū esset in riā quidam angustā inter duas  
 maceras sitā, occurrit ei angelus: quo animad-  
 uersu alīna qua verbabatur declinās appressit eū  
 ad alterū septum, nihilq; mouebatur verberibus  
 sefforis pressuram molestē ferētis: cumq; nec an-  
 gelus de via cederet, nec vates verberandi sine  
 ficeret, tandem procumbens Deo sic volente hu-  
 mana

mota voce Balanū incusat, quod nonquam an-  
te hac lēsus sciret in se, non intelligens Deum  
prohibere quo minus quibus cuperet obsequa-  
tur. Hoc prodigioso asina sermone dum ille tur-  
baretur, apparuit ei angelus, obiurgās verbera-  
torē, quod iumentū nō esset in culpa, sed ipse ob-  
staret iter contra Dni voluntatem facienti. Tu-  
rates territus volebat retro abiire: sed Deus ins-  
tituit eū pergere quo iustiuerat, modò ne quid ali-  
ter agat quā divinitus admoneretur. His man-  
datis perceptis ad Balacū peruenit: exceptusq; d.  
rēge honorificissimè, voluit ad quendā montē  
deducere, unde Hebraorū castra contēplari posset.  
Balacus verò ipse cum regio comitatu deducit  
vatē in montē proximē imminetē, qui à castris  
stadia sexaginta aberat: quibus consideratis iu-  
bēbat regē septē aras extrudere, & totidem tauros  
ac arietes exhibere. Id ubi celeriter iussu regis  
est factū, mactat victimas ut victoriā praes-  
agire posset: d-indē sic fatur: Felices vos quibus  
Deus largā bonorū præbet copiā, & prouidetiā  
suā perpetuā ducē & auxiliatricē amitt: quo-  
niam nullū est hominū genus, cui non innocentia  
morum, virtutisq; ac probitatis studio fecis an-  
teferendi liberos prestariores etiam successores  
habituri, quandoquidē Deus vos solas hominum  
completatur, & ut omniam sub fuli felicissimi  
feci prospicit & quamobrē obtinebitis terram ad  
gnata vos misu. & postea vestris in perpe-

tuum possidendam relinquetis, & gloria vestra  
 nominis implebitur vniuersa terrâ simul & ma-  
 tre, adeoq; multiplicabitur gens vestra, ut nulla  
 non orbis regio vestri sanguinis homines admis-  
 setos sit habitura. Beatis vos exercitus & ad-  
 miratione dignissimus, ex uno patente intantid  
 auctus, nunc vobis parum amplum pro dignita-  
 te ac numero domiciliū Chananaea cōtinget, sed  
 totū olim terrarū orbem habitationi vestra de-  
 stinatum scitote, ut tam in insulis quādā in con-  
 tinente sit vobis degēdum præ multitudine ipsis  
 cali stellis numero equiparanda. Cumq; tam in-  
 numeri futuri situs, nihil omnibus nihil vobis ad-  
 summā rerū copiam deesse patietur, in pace &  
 in bello virtutem viri addet. Inimicis nostris im-  
 mentē veniat, ut hostes vestri esse, & in vos ar-  
 ma sumere velint: nō enim reverietur ē tali præ-  
 lio victor, qui latitiā conjugibus ac liberis affe-  
 rat. Tanta vobis fortitudo diuino favore conti-  
 git, qui solus potest & quod superest detrahere,  
 & quod deest addere. Talia vates fatidica vo-  
 ce canebat, extra se raptus, & iactine totus  
 correptus, rege indignè ferente, & pasta nō ser-  
 uare clamitare, licet magnis menieribus ab ambi-  
 cis cōductus: verisse eū ad execrabilē hostes, quos  
 nunc mactos virtute ac pietate caneret. Ad que-  
 vates: putas, inquit, quoties fata sunt aperiēda,  
 in nobis situm esse quid dicamus? aut tacemus  
 efflati diuino spiritu? ipse voces quales vult  
 profert

profert & oracula; nobis nec sciēsibus nec cogitantibus. Evidē satis memini ad quid precibus  
 Madianitarū sim adductus, eaq; causa veni, ve  
 volunēati tuae morem gererem. Sed potencior est  
 Deus, quam mea voluntas, qui cōtra Deli volūta-  
 tem ad gratiā hominū loqui proposuerā: quam-  
 prius enim nostrum peccatum subintrat, nihil am-  
 plius nostrū ibi remanet. Ego certè nihil in horū  
 laudē dicere in animo habui. nec que Deos eorū  
 generi dare docuit, commemorā pida putauī: sed  
 numeri illis propitiū, quod geniū felicitati studet  
 ac gloria, prae destinatis hac verba mihi subdi-  
 dit. Nunc age, quando animus est tibi atq; Ma-  
 diavitis rem gratiā facere, quotū preces me nō  
 decet nō admittere, alias aras erigamus, &  
 sacra insufflentus, si forte Deū, flectere possum, re-  
 sacrationibus hoc genus hominū deouere li-  
 seat. Cuiq; Balacca id fieri permisisset, ac ne  
 iterato quidem sacra potest acē deouendi impe-  
 trabisset, collapsus in faciem pronus, practicebat  
 quicquid eventurū esset regibus & ciuitatibus  
 clarissimis, quarū quedā nondū cōdit a videtur:  
 quererò extant earū res terra mariq; gesta ita  
 predictionibus respōderunt usq; ad nostrā me-  
 moriā, ut facilis sit cōiectura, reliquū etiā eius  
 oracula nō vanū fuisse eventū aliquando cōpro-  
 baturū. Balacca autē agrē ferens expectationē  
 frustratā, si honore vate ablegat. Ille domum Num. 25  
 repente cum iam Empresem attigisset, accito

Balaco & principibus Madianitarum, Balde, inquit, voxq; Madianita, quandoquidē necesse est ut vel prater Dei voluntatē vobis obsequar, Hebraorum quidē genas nunquam est interis-  
rū, nec bello, aut pestilentia famére gant alio ca-  
su delebitur. Deus enim curā habet eius gentis in  
malis fernanda, ne quando talis clades incidat  
qua rniuersi de medio tollantur. Interdū tamen  
quædā visari nō poterunt, quibus ad tempus af-  
flicti, mox magis quam ante florebunt, castiga-  
tione tali ad sanitatem reuocati. Quapropter se-  
breuem victorian de illis consequis queritis, hoc  
consilio voti cōpotes efficiam. Filiarū formosissimas,  
que pulchritudine sua mentes eorū expu-  
gnare possint, quantum fieri potest cultas ac or-  
natas mitteat: ut circum casta obversentur, &  
juenibus cōplexus expetentibus facies se pre-  
beant: ubi vero captiōne captas viderint, fabit  
se proripiant. cumq; rotata fuerint ut maneat,  
nō annuat nisi persuasi; ut relatis patriis legi-  
bus & cultu Dei à quo illas acceperunt, Ma-  
dianitarū & Moabitarum Deos venerentur: sic  
enim Deum iratū sibi reddent. Post hec moniti  
abijt. Madianitis autē ita ut moniti fuerant fi-  
liae mietētibus, Hebraorum iuuenes pulchritu-  
dine puellarum capiuntur: & in colloquium ve-  
nientes, rogant ne sibi voluptatē ex earum pul-  
chritudine capere inuidēnt, nēm. & infelitudinem  
sororū amersentur. Illa libenter & verba invenit  
C.

& complexus admittunt: iamq; blanditūs ille-  
 etos, & capilline feruētes relinquere parat: tum  
 illi tristes mulierū discessu, precibus instat, ne se  
 relinquat, sed futura coniuges ex omnīs facul-  
 tatiū domine apud illos maneat: hæc promissa  
 iureinrando confirmabant Deum teste invocando,  
 & lacrymas fundendo, quo magis eas ad misé-  
 rationē flecterent. Tum illæ postquā omnino ca-  
 ptes & consuetudine sua deuinctos animaduer-  
 terunt, sic respondet: Optimi iuuenes, non defuncti  
 nobis domi nec ampla facultates, nec parentum  
 ac domesticorti affectus, neq; iuropia talium rerum  
 huc ad vos venimus, aut forma corporis mundi-  
 nature preces vestras admisimus: sed persuasæ  
 viros esse bonos hac hospitali gratia non dedi-  
 gnatæ qua vos opus habere videbamus, faciles  
 vos vobis præbuiimus. Nunc quandoquidē amare  
 vos & ambitionē nostrā molestè ferre assenera-  
 tis, ne his quidem preces auersabimur: quare si  
 beneuolētia & cōiugalis fidē dederitis, quæ sola no-  
 bis faci facere potest, libēter vobisq; ut legitime  
 nuptæ cōiucturæ sumus: veremur enim ne libi-  
 dine exsatiata, cū iniuria & cōtumelia nos re-  
 tro ad parētes nostros aliegetis: cui nostræ soli-  
 citudini veniā vos dare aquū postulamus. Illis  
 vero quollat et modo fidē datus se pollicētibus,  
 & nihil præ amore nimio recusantibus: Quan-  
 doquidē inquit, ita vobis videtur, et mores ha-  
 betis ab omnibus alijs diversissimos, ut cibis etiā

proprijs vestro more vt amini, nec potius cum alijs  
 communē sustineatis, necesse est si vultis nobiscū  
 vitā degere, Deos nostros colatis: neq; enim alio  
 argumento persuadebitis amore istū vos nō fin-  
 gere, nisi cosdē nobiscū deos adoretis. Nec absurdum  
 fuerit aut vitiovertendū, si terrā in quam  
 venistis peculiares deos colere malitis: præsertim  
 cum nostri per omnes regiones honorētur, vestrā  
 nemo prater vos cultu dignetus aut ceremonijs.  
 Ant igitur ceterorū more vobis est viuēdū, aut  
 alijs orbis quærēdos, vbi soli iuxta vestra insti-  
 tuta vitā agatis. At illi cupidine caci dicta eariū  
 cōprobant, & quod trahebantur sequentes à re-  
 ligione patrū desciscunt: & plures deos credere  
 inducti, sacra illis eius gentis ritu faciunt: cibis  
 quoq; indifferēter utebātur, & in mulierā gra-  
 ziam nihil nō contra legē faciebat: vt iam tota  
 castra inueniūt impietas invaderet, & seditio  
 priore peior glisceret, & auita religio in extre-  
 mum periculū deduceretur: iniūctus enim gaſta-  
 ris semel peregrinis moribus inexplabiliter in eos  
 ferebatur: & si qui nobilitate à maioribus ac-  
 cepta præcellebant, vna cum reliqua turba cor-  
 rōpebantur. Zambrias etiam Simeonidū tribus  
 princeps dacta Chosbi Madianitide, Vti filia  
 gentis eius dynastē, iussus ab uxore, & contem-  
 ptis in eius gratiam Moysis placitus, alieno ritu  
 sacrificabas, & alienigena coniuge nō dissimila-  
 lenter se oblectabat. In hoc rerum statu Moyses  
 veribus

meritus ne grauius altquid sequeretur, aduocata cōcione, neminem quidem nominatim accusauit, nolens in desperationē adducere eos qui tantisper dum latere se putant, ad sanitatem reducē poterant: sed dicebat rem indignā, nec ipsis nec maioribus eorū decorā, quod voluptatem pluris quam Deum & religionē faceret. Expedire illis ut dum tēpus est resipiscant, & nō legū contemnūt, sed cōpesciendū prauis cupiditatibus fortis se viros declarent. Absurdum præterea dicebat, quod cūm in deserto modestè vixissent, nunc in bona regione ita baccharentur, & que per ini-  
piā quiesuerāt, nūc per affluentā perditū irēt. Talibus dictis conabatur iumentum corrigere, & ad saniore mentē reducere. Tum Zambrias insurgens: Tu, inquit, Moyses tuis legibus vtere, quibus iam longo usū robur addidisti: quod nō fecisses, sape iam piemas dedisses, et tuo male nō esse Hebreis imponēdū deditisses: me certe nū-  
quam ad tua tyramica iussa obstrictū habebis neq; enim aliud hactenus, quam sub legis ac reli-  
gionis pretextu nobis seruitū, tibi principatum malitiosis artibus adstruis, voluptatem nobis ac vita licentiā adimes, que liberoriū sunt, & sub nullius imperio degentium: hoc enim vel Aegy-  
ptiaca seruitate fuerit grauius, in quēuis tuis le-  
gibus pro tuo libitu animaduertere: cū ipse mul-  
to dignior sis, qui puniaris, quandoquidē abro-  
gatis que omnia confusus approbat, plus tua

quād ceterorū mortaliū placita valere posse-  
 tas: ego que nunc facio, quia bene facta iudico,  
 ne fateri quidem in hoc catu granabor, mulier-  
 culam alienigenam me duxisse: audis à meipso  
 mea facta, ut ab ingenuo, neq; enim latere cu-  
 pio. Sacra etiā dīs facio prater consuetum, quia  
 id aquā cēsō, ex multis mūbū veritatē querere,  
 & nō sicut sub tyrānide vinere, de vīniu tantō  
 fiducia pendet: nemo mihi rcm grātā fecerit,  
 qui in rebus meis meipso plus arbitriū habere  
 voluerit. Hac Zābria pro se & quibusdā suū si-  
 milibus afferente, populus quietus expectabat  
 quonā audacia hac esset euasura, maximē quod  
 videret legislatore amplius nolle cōtēdere, ne ho-  
 minē insolentem iritatiōē redderet: verebatur  
 enim ne plares talis in loquēdo impudētia imi-  
 tatores facti, turbas in populo excitarent. Atq;  
 ita tum cōcio dissoluitur: ac fortasse vltērīus ma-  
 lum hoc serpsisset, nō Zambris mātūre sublatuſ  
 esset talē ob causam. Phinees tum alijs rebus, iū  
 patris dignitate, iuētatis facile princeps, Elea-  
 zari pōtificis filius, & Moysen magni patruum  
 habens, agerrimē tulit Zābria contumaciā: cu-  
 ius impanicate ne legū cōtemp̄us cresceret, vin-  
 dicare in flagitiosos decrevit, non ignarus quod  
 exēpla primatū in utramuis partē plurimū va-  
 leant. Cumq; tāto esset animi & corporis robo-  
 re, ut nō temere aliquid arduum adgredieretur,  
 quod non etiā persiceret, ad Zambrīa tentorium  
 radit.

radit, & eodem i<sup>e</sup>c<sup>t</sup>u ipsum m<sup>a</sup> cū Chosbi transfigit. quo exemplo iuuentus ad pulcherrimā virtutis amulationem accensa, certatim in eiusdem criminis reos facit impetu, & bonā illorū partē ferro consciunt, reliquos infesta pestis sustulit, per iram numinis inflicta, & ne illis quidē percipit, qui cūm iure cognationis tādē suorum pertulantiē cobibere deberent, aut dissimulare aut accendere etiā maluerunt nec prius destitit, quā quatuordecim millia virorū desiderarentur. Hac ob rem Moyses in Madianitas concitior, ad gentē internecione delendam exercitum misit, de qua expeditione mox narrabimus, postquam quod emissum antē nō oportuit: dixerimus. Balamus illum, qui à Madianitas accusus ad execrandos Hebreos, quo miru<sup>s</sup> hoc faceret à Deo est prohibitus, nihil secius sāmen tale hostibus consilium dedit, quo effectum est, ut quibusdam infelis prava opinione, penē totius populi religio sit corrupta. Hanc inquam Balamam tanto honor. Num. 31 re dignatus est propheta, ut oracula eius suis litteris inservierit: cumq; nihil retaret, quin ea profusa ederet, nec ullo teste id factum eius coargui posset, maluit eum debita apud posteros memoria non fraudare. Sed hac quisque ut libuerit ita consideret. Moyses autem ut dicere creperat, in Madianitas misit exercitum duodecim milium singulis tribubus mille milites imperatis nisi; copijs Plaineum pafcit, cuius opera leges

leges vindicatas, & de Zambria violatore eam  
poenias exactas paulo ante memoramus.

Hebreorum de Madianitis victoria, & Amo-  
ritis regio quomodo à Moysè turbis cum  
dimidiata tribubus concessa. C A P . VII.

**M**adianita vero intellectu hostium adven-  
tu, & quod iam non longè abessent, &  
ipsi copias innum contrahunt, & qua in re-  
gionem suam irrupturos putabant, minuto pro  
tempore aditu, presto erat, impetus eorum pro  
ribus propulsaturi. Sed mox primo cōgressio tan-  
ta multitudine Madianitarum est cœsa, ut numer-  
sus cadaverum intri non posset, ne regionis qui-  
dem seruatis. Hi fuere Ochus, Sures, Robeas,  
Ubes, & quin us Recemus, à quo deductum no-  
men primaria urbs Arabum & hodie retinet.  
Receme dicta, quam Græc Petram vocare ma-  
lunt. Fusis hostibus, Hebrei regionem sunt po-  
palati, prædas abigendo, & incolas, ma cū mi-  
tieribus intermixendo, solis parcentes virginibus,  
hoc enim Phinees à Moysè mandatis accepere ade-  
qui reducto incolumi ac illeso exercitu, prædam  
quoq; memorabilem retulit, boum quinq; agna-  
ta duo millia, & in super sexaginta septem: as-  
norum sexaginta millia, vasorum aurorum &  
argenteorum magnum numerū, quibus in domes-  
tica superilectile utabantur. Etenim pro opibus  
laetiore vitta delectabantur. Abducta sunt  
enī virgines circiter triginta duo millia. Moy-  
ses

ses autem partitus prædā, quinquagesimam eius  
 partē Eleazar dedit & sacerdotibus, & Iesu  
 tis alterius quinquagesimā, reliquū verò populo  
 diſtribuit: quo factum est ut deinde suauiter  
 viuerent, opibus virtute quæſitis, otium quoq; ad  
 fruendum nacti. Moysēs autem iam admodum Num. 27  
 senex Iesum designauit, qui ſibi in propheta ego Deut. 3  
 ducis (ſi opus foret) munijs ſuccederet, Deo ita  
 iubete ut hunc principatus ſuccellorem faceret.  
 Erat enim toties diuini atq; humani iuris peri-  
 tiſimus, Moysē präceptore doctus. Per idē tem-  
 pus due tribus, Gade & Rubeli, & dimidia  
 Manassitis, numero pecudū & alijs rebus abu- Num. 23  
 dantēs, de cōmuni cōſilio rogarunt Moysen, ut ſibi  
 extra fortē traderet Amoritidem terrā, qua non  
 multo ante bello capta fuerat: eſſe enim paſcuis  
 r̄berē. Ille verò ſuſpicatus eos prälia contra Cha-  
 naeos metu detrectare, & curā pecudū igna-  
 uiæ prätexere, conuitio viros excipit, meticulo-  
 ſos ſimulatores diſlitās. Velle eos in otio luxuq;  
 terrā cōmuni marte quæſitā poſſidere, & nolle  
 arma cū cetero exercitu ferētes, terram ultra  
 Iordanē à Deo promiſſam capere, deuicti gen-  
 tibus quas ille pro hōſtibus habēri uiferat. Qui  
 vidētes eñ iratū, ne merito irasci rideretur, re-  
 ſpondent ſe neq; per ignoratiā pericula, neq; per  
 desidiā labores fugere, ſed hoc tantum agere, ut  
 præda in locis cōmodis relifta, expeditiores ad  
 certamina fierēt: paratosq; ſe aiebant, ſi oppida.

ad tutelam liberorum & coniugum ac facultatum  
ipso dante acciperent, reliquum exercitum armatos,  
quocunq; ducerentur sequi, & cōmilitus mili-  
tare auspicijs. Tum Moyses cōprobata eorum vo-  
luntate, aduocatoq; Eleazar pontifice & Iesu,  
ceterisq; magistratibus, concedit illis Amoritidē  
hac cōditione, ut simul cum cognato populo ad-  
versus comminorem hostem bellum gerant, donec  
omnia ex sententia cōfecta fuissent: atq; hoc pa-  
cto accepto quod poterūt, & extricatis munitis  
oppidis: liberos & uxores atq; impedimenta in

**Num. 35.** illis deponunt. Moyses quoq; in eadē regione de-

**Exodus 14.** cem urbes cōdedit, in illū quadraginta octo nu-

**19** mperiorū compueandas, in quarū tribus asyla san-

**Iosue 20** ciuit, illis tantū profutura, qui eade nō sp̄ite cō-

missa eō cōfugissent: si attuitq; talibus exiliū tem-

pus, & antis per diū pontifex viueret sub quo ce-

des accidit, post cuius obitū redire in patria per-

misit. Exiliū verò tēpore lacer: cuius è cognatio

interempti homicidā impunē occidere, dūtaxat

extra urbem refugij deprehensum: idq; in solis

cognatis esse voluit, alijs non item. Ceterū op-

pidā refugij fuerunt hec, ad fines Arabiae Bos̄a-

ra, in Galadēa regione Arimanum, in Bataria a-

de Gauladēan: & post captam Chananeam

tribus ex Leuiticis oppidiis iussu Moysis destina-

**Num. 27.** bitationem praeberent. Eodem tempore cūm de-

**36** fructus esset quidam è primisibus Manassitidē

tribus

tribus nomine Salpades, liberis deterioris tamen sexus relictis, tribules eius viri insignes Moysen consulunt, an filiarum eius in divisione & fortitione agrorum ratio haberi debeat. Is respondit, si in domū tribulis nuptiū darentur, sortem dotam fore: si maluerint in aliam tribū elocari, sortem in sua tribu relinquunt: atq; hac occasione instituit, ut cuiq; tribui sue fortis perpetuò ma  
merent. Cumq; iam de quadragesimo migra  
zōnis anno triginta tantū dies superessent, adua  
cata concione ad Iordanem, eo loco ubi nunc op  
pidum Abila visitur, agrum habens palmetus  
consitum, ubi populina om̄em præstò videt, in  
hunc modum verba fecit.

Moysis leges, & quomodo ex hominibus est  
sublatas.

CAP. VII.

**V**iri commilitones, & longi laboris socii,  
quoniam Deus ita vult, & atque CXX.  
annorum exacta postulat, ut ex hac vita disce  
dam, & rebus ultra Iordanem gerendis intresse  
me Deo non est visum, equū duxi, ut quantū ad  
vestram felicitatem attinet, ne nunc quidē offi  
cio defit: sed pro gratia mibi data prouideam,  
ut pro cōmōstrata ad eam via, sempiterna apud  
vos memoria dignus habeat. Age igitur, ubi  
prius in quo tam vestra quam posteriorum bea  
titudo consistat indicauerimus, & hoc pietatis  
erga vos nostræ perpetuum monumentū re  
liquemus, libetēs ex hac vita decedamus. Fidē  
enim,

enim, sat scio, mereor, vel quod ante hac vestris  
commodis indesinenter seruiens nunquam vos fe-  
felli, vel quod anima prope exitum constituta in  
omni virtute ac veritate se ipsa melior redditur.  
Fili Israëlis, una omnibus hominibus felicita-  
tis est causa Deus propitiatus, quam solus dignis-  
dare, & peccantibus in se afferre potis est: cui si  
vos tales præstiteritis, quales ipse postulat, qua-  
lesne ego ex ipsis sententia instituo, nunquam  
non maësti virtute, emulandiq; omnibus eritis:  
sed & quae iam contigerūt bona erunt perpetua,  
& quod deest brevi cōsequimini. Tantū volūta-  
ti diuina obsequimini, & mādatis eius parete:  
& neq; legibus per me latis alias præponite, neq;  
in religione per contemptum quicquam nouate.  
Qod si feceritis bello præstantissimi inter omnes  
gentes, & omnibus hostibus insuperabiles eritis:  
nam auxiliante Deo minæ omnes facile contem-  
nuntur. Ceterū virtutis præmia magna per  
omnē vitam sunt proposita, & ipsa sibi primum  
est ac profissimū præmium: deinde per hanc ca-  
terā bona facile parātur: qua inter vos inimici  
vitentes & vitam beatā ducetis, & gloriā tum  
apud exterōs, tum apud posteros immortalem  
consequimini. Hæc vobis sunt speranda, si leges  
monitus Dei me perferente scriptas nec ipsi viole-  
tis, nec alios violare patiamini, & harū intelle-  
clum ac r̄sum nunquam non meditamini. Ego ve-  
rò commodis vestris latet discedo, rosq; pietatis  
ac

ac prudentiae legibus, & virtuti ducū ac magistratum cōmendo, qui incolumitatis ac felicitatis vestra posthac curā sicut habituri. Deus autē sub cuius ductu haclenus egistis, & cuius fauori debetis quicquid utilitatis ex me perceptistis, nō destinet vobis prospicere, sed quām diu ipsum & pietatem colueritis, tam diu sub eius praesidio tūti permanebitis. Nec deerunt qui vobis optima monita suggesterant, quibus parentes beatū eritis, nimirum pontifex Eleazarus & Iesus, & senatus ac primates tribuum, quibus cauteles vos difficiles praebeat, scientes quod qui benè parere nouit, etiam bene imperaturus est ubi ad potestatē peruenierit. Nēue in hoc libertatē sitam existimetis: si mādatis principū obmormuraueritis: nā haclenus in contumacia contra benefactores libertatē reponebatis: à quo vitio si vos in posterū seruaueritis, res vestras in meliore statu videbitis. Alī sit autē ut ita in hos exasperemini, quemadmodū aliquoties in me incanduisti: meministis enim quod sapientia vobis de salute periclitatus sum, quām ab hostibus, quod non exprobrādi causa dico: nolim enim vos hac commemoratione in exitu vita cōtristatos relinquerem, qui etiā tūc aequo animo vos tulisti: sed ut admoniri in posterū sapiatis: id quod in vestrā etsā Deut. 7. rem futurā est: & ne in præpositos contumeliosi sitis clati opum affluētia, quibus trahi eo lordanē & occupata Cananæa potiemini: alioqui si

per has insolentiores facti in cōtumaciā & vī-  
tutis contemptū prolabantini, Deū fautorē ne-  
quaquā estis habituri, quē si vestro merito int-  
micum nobis reddideritis, & terrā virtute par-  
tam oppresi ab hostibus per summā ignominia  
amittentis, & per totū quām late patet orbem  
dispersi seruitute vestra terras ac maria reple-  
bitis: quō si ventū fuerit, iam fruſtra penitet it  
patrias leges non ferrasse. Quare quō minus pe-  
riculi fit, ne illas violetus, post victoriam nemine  
hostiū superesse patimini: idq; rebus vestris cōdu-  
cibilius existimate, ne cū illis vinētes ad similia  
studia prolapsi patriā institutionē corrumpatis.  
Præterea lucos & aras & templa quotquot ha-  
bent ad vñ tolli iubeo, ferroq; & flāmis ita de-  
leri, ut etiā memoria eorū omnis aboleatur. Sic  
enim bona vestra tutius cōseruabitis. Verūm ne  
per ignorantia meliorū natura vestra in dete-  
riis depravetur. Deo iubente & leges cōſcripsi,  
& formā administrationis rerū iam publicarū  
quām priuatariū, à quibus si nusquam discedatis,  
mortaliū omnium felicissimi eritis. Hac locutus  
tradit eis codicē, leges scriptas & instituta bene  
vinendi continentem. Illi vero soluebantur in la-  
crymas, & iam tum desiderio ducis mōrebant:  
memoresq; quanta pericula pertulisset, quamq;  
alacriter salutē ipsorum procurauisset: & de fu-  
turo felicitati, quod non essent talē principē habi-  
turi, ac ne Deum quidem aque propitium Moysē  
non

non amplius deprecatore: tum paenitentes eorum  
qua in deserto per furorē contra illū cōmiserāt,  
grauissimē dolebat: ita vt totus populus lacry-  
mans nullā consolationē admittiteret. Moyses ve-  
rō solabatur eos, & iubens à lacrymis desistere,  
ad leges accipiendas hortabatur: atq; ita tum  
concio est dissoluta. Nunc priusquam ad reliqua  
trāsitu faciā, operā pretiū duxi, leges talis lato-  
ris maiestate ac virtute dignas hic inferere, quo  
lector cognoscat, qualia sunt nostra iam inde à  
priscis seculis instituta. Extāt autem omnia qua  
ille vir scripsit, vt nihil ornatius causa liceat  
affingere: seriem tantum nouauimus, & leges  
quas ille sparsim vt quamque à Deo retulerat,  
scripsit, nos generatim in suos ordines digessi-  
mus: qua de re lector admonēdus erat, ne si quis  
fortè ex contribulibus ih hac nostra inciderit,  
calumniam temerē struat, quasi parum sincere  
scripta Mosaica tractatibus. Enumerabo autem  
eas potissimum leges qua ad publicā institutio-  
nē, ritusq; gentiles pertinēt, qua vero ad priua-  
tā consuetudinē aut cōtractus vel cū exteris vel  
cū nostratisbus spectant, in eū cōmentariū distu-  
limus, quem de morib⁹ & sacrō causis Deo  
fauente scribere est animus. Postquā acquisi-  
ta Cananæa terra, vībibusq; conditis, victoria  
fructus securi carpere cōperitus, hac mādata ol-  
seruando rem Deo grātā facietis, & pariam fe-  
licitatem constabiliētis. Vrbs sacra sit vna in  
q. 2 . . . regione

regione Chananea, in loco illustri, & fertili, quia Deus per oraculū elegerit: & templū in ea sit vnu & altare vnu ex lapidibus nō politis, sed collatis cōstructum, qui induiti tectorio, decorā & mandā specie p̄fē ferat, ascēsusq; sit ad illud non per gradus, sed terra leniter per acclive aggeta: in alia verò vrbe nec altare sit vltum, neq; templū: Deus enim vnu est, & Hebraorū genus vnu. Qui conuictū Deo fecerit, lapidatus per diē pendeat, deinde ingnominiosè

Ieni. 4 & obscure sepeliatur. In sacrā vrbe & tem-  
Deut. 16 plū ter in armo conuētus fiat Hebraorū ex vni-  
uersa eorū ditione, vt Deo pro acceptis beneficiis  
gratias agant, & in futurū preciis eum deme-  
reantur, & per cōversationes ac cōuiua mūtaū  
benevolentiam alant. Expedit enim vt inter se  
noscantur, quibus idē est genus, quiq; eisdē stu-  
dīs delectantur. Id verò ex huiusmodi cōgressi-  
bus facile cōtingit, dū aspectus et colloquia perti-  
naciter in animis hæret: sicut cōtra qui nunquā  
cōueniunt, eos alienissimos à se inicē esse opor-

Deut. 18 tet. Sint præterea decime fructuum seorsum ab  
illis qua sacerdotibus ac Leuitis debentur, qui-  
bus in patria vēditie, pecunia inde redacta in sa-  
cra vrbe insumatur in sacrificia & cōsumpta.  
Aequum enim est ex prouētu terra à Deo datae  
in iſſius honorem hilariter agere. Ex mercede  
meretricis non est sacrificando: neque enim quic-  
quam Deum detectat cum iniuria consuetum:  
neque

neq; maior est turpitudo, quam que corporibus infertur. Similiter si quis mercede pro admis-  
fura canis venatici aut pastoralis acceperit, nec  
inde quidem Deo sacrificare est licitum. Dijs Exod.21  
alienis nemo male loquatur. Fana externa no  
sunt spolianda, neque sacra donaria tollenda.

Nemo veste è lino & lana contexta vtatur:  
est enim solorū sacerdotum. Septimo quoq; an- Deut.12  
mo, quando per Scenopegia festa apud Sanctam  
urbem factorum causa conuenitur, pontifex è  
sublimi sugesto, vnde à tota multitudine exau-  
diri possit, legē pro concione legat. & neq; mu-  
lieres neq; pueri ab auscultando arceantur, imd  
ne mancipia quidem. Nam bonum est vt inscri-  
ptam in animū nūquam delendam memoria re-  
tineant: sic enim minus peccabunt, non ignari  
quid sit in lege decretum. Leges etiam vim ma-  
iorē obtinebunt in delinquentiū consciētūs, dum  
sua placita minus interpositis in auditorum ani-  
mas infigunt: ita vt nunquam non legis volun-  
tas intus obuersetur, & quantaes penas contem-  
ptus eius incurrat. Vueri etiā ante omnia le- Deut.6  
ges ediscat, qua disciplina nec honestior est alia,  
nec ad felicitatē cōducibilior. Bis quotidie, in-  
enite die, & cūm itur cubitum, commemorāda  
summi Dei beneficia, qua liberatis ex Aegypto  
præstitit: equum enim est gratias agere que pro  
acceptis rependuntur, & in futurum tempus fa-  
vorem conciliant. Inscribenda sunt. etiam for-

ribus precipua, & in brachijs ostendanda. ex  
 qua potentia eius ac beneficentiam indicat, cir-  
 cumferenda sunt inscripta in capite & brachio,  
 ut vnde quaque cōspicua sit Dei erga populu suum  
 benignitas. Oppidatim praeſint septem viri pro-  
 bata virtutis, & iustitia cultores. Singulia  
 magistratibus attribuātur duo ministri de tri-  
 bu Leonicā. Quibus iudicandi fors obtigit in  
 suis ciuitatibus summo in honore habeantur, ut  
 præsentibus illis nec conuiciari liceat, nec asper-  
 rius agere. Sic enim futurū est, ut assueti homi-  
 nes revereri, ad pietatē quoque assuefiant, ex tan-  
 to longissime à contemptu numinis absent. Iudici-  
 bus quicquidvisum fuerit, illorū sententia valere  
 debet, nisi cōstet pecunij esse corruptos, aut ma-  
 nifeste coargui possint non recte decreuisse. Opor-  
 tet enim sine lucri & dignitatis respectu iudi-  
 care, et iustitiā omnibus alijs rebus anteponere.  
 Hac enim iniuria in Dei contumeliam recidit,  
 quasi verò is infirmior sit habendus, quam illi  
 quorum potētia metu prater ius fertur calculus:  
 nam Dei potentia est iustitia. Ergo qui in ma-  
 gnatum gratiam preuaricatur, potentiores illos  
 quam Deum facit. Quod si iudices neſciant de  
 negotio ad se delato pronuntiare, sicut interdum  
 accidit, in sanctā urbem integrā causam relo-  
 gent: tum vero pontifex et propheta vna cū ſe-

Deut. 19 natu quod iustum fuerit decernat. Vni testi fides  
 vō habeatur, sed trilobus, aut ut minimū duobus,  
 quorum

querum testimonium vita ante acta faciat verisimile. Mulieribus autem testimonium depoñere non liceat, propter lenitatem ac temeritatem eius generis. Neque seruum hominem testem esse liceat, propter animos degeneres: probabile enim est, aut lucri causa, aut præmetu non verò testimoniū deposituros. Quòd si cui falso testi creditum fuerit, inq; postea falsi coarguantur, ei pena sit obnoxia, quam reus datus erat, si gravante hoc testimonio condemnatus fuisset. *Hoc. Dens. 22.*  
 uincido in aliquo agro commisso, si autor nusquam compareat, neq; suspicio sit à quopiam per diuinum occisum hominem. inquisitio fiat summa cura propositis indici præmissis: quòd si nullus exèstat index, magistratus oppidorum vicinorum agro in quo cades est facta. & senatus convenientes, metiantur à loco in quo iacet cadaver: & quod fuerit proximum oppidum, eius oppidanis emperant iuuenians & adducta in tefqua nec sementi nec plantationi idonea neruis cervicis absens cardant, & abluens manibus supra caput iuuenient sacerdotes & Lenita ac senatus illius oppidi, puras se manus ab ea cade habere proclament, eamq; nec fecisse se nec dum fieret interfuisse: innocenter; Deus re propitiis factus nunquam posthac in ea regione tale malum accidere permittat. Optimum quidem est optimatum regimeti in sic administrata Reipub. vivere, nec est cur aliam eius speciem concupiscatio: sed præstat

ut hac contenti in legum & vestra ipsorum posse  
testate sitis. Satis enim est, Deum habere praesidem.

**Deut. 17** Attamen si regis vos cupido caperit, nemo sit  
nisi vestri generis & sanguinis & cui iustitia  
sit cordi cum ceteris virtutibus. Is quisquis fue-  
rit, plus legibus & Deo quam sua sapientia tri-  
buat, nihilque; prater pontificis ac senatus senten-  
tiā faciat: nec multas alat uxores, aut pecunias  
equis re plurimus gaudet: quarum verum copia  
facile contemptor legum possit evadere. & si ta-  
libus studijs plus aquo fuerit deditus, obstatum  
est ne potenter fiat quam rebus vestris expedit.

**Deut. 19** Terminos terra mouerenō est vas, nec proprie-  
tate aliena, dummodo pacata: sed religiose cauen-  
dum, ut tamquam Dei calculus in eternum fixus  
maneat, quod hec precipua causa sit bellorum &  
seditionum, si amaritia certis terminis non circumscribatur. Facile enim Iegū prescripta transfilit,  
qui terminis cupiditatem suam cohiberi non pa-  
titur.

**Exod. 25** Qui terram plantauerit, si plantae ante  
quatuor annum fructum produderint, nec Deo pri-  
mitias inde offerre oportet, nec in proprieto sum  
convertere: interpestatum enim est talis fructus:  
quicquid autem prematur à natura extorque-  
tur, eis uetus nec Deo conuenit, nec domino. Qua-  
to vero anno colligat quicquid iam interpestatum,  
& in sancta urbe deferat, & cum reliqui pro-  
uentus decimis in collibus eius annos consumat,  
& cum papillis uoc videtur. Quinque annos anno  
arbitratur.

arbitratus suo fructus colligat. Agrum viti-  
bus censitū ne semines: iussit enim quod hanc  
plantā nutriat, nec opus est ut et aratro rexe-  
tur. Rubus aranda est terra, nec aliud animal cū  
eis subiungādum sed eiusdem semper generis sub  
idem iugum agēda. Semina quoque debet esse pu-  
ra et impermixta, nec duum simul aut triū ge-  
norū sunt semināda: alborret enim natura com-  
munionē dissimilium. Neque dñus si generis iumē-  
torum coitus sunt admittendis: verendum enim  
ne hoc exēplo et ad homines contemptus generis  
sui perueniat, ut solent à minimis principijs res-  
īni posse proficere. Cauendum est autem magno-  
pere ne quid eiusmodi permittatur, ex cuius imi-  
tatione mores publici depravari possint. Qua-  
propter ne levia quidē leges dissimulat, dum of-  
ficio suo nusquam deesse cupiunt. Metentes et Deut. 24  
demessa colligentes ne spidegiū faciat, quin et  
de manib[us] nonnulli e genis relinquant, ut haec  
sanguinē à fortuna obiecta in usum suum conser-  
tant et alimoniam. De vindemia quoque rati-  
onib[us] relinqūtur paupribus: similiter de olive-  
ariorū fructu nonnulli, ut sit e genis quod colligant,  
quādoquidē de suo nō possunt: non enim tantum  
ex negligētiōni collectione decedit, quantū acce-  
dit ē pauperū gratia. Deus etiam ad enutrien-  
dos fructus terrā alacriōrē faciet, si nō quisque  
suis tantummodo prouideat, sed iusque quoque  
rationem habeat. De tribus in area trituran- Deut. 25

tibus os obligandum est: non enim aequum est re-  
tare laboris socios quo minus & fructum sunt  
participes. Nec à pomis maturis viatores sunt  
arcendi, sed finendi ut tanquam proprijs se fa-  
tient: & sive indigena sunt, sive exteri, libet  
illis ad eum exliberida sunt: auferre vero secum  
non licet. Neque vindemiantes retent obnios  
degustare ex his que ad torcular deferunt: ini-  
quum enim fuerit de bonis à Deo cocessis inuidie  
re tantillum cōcupiscentibus, præsertim quoniam id  
annus tempus sit fertilissimum, & iuxta Dei ordi-  
nationem non diu duraturum. & si quis præpu-  
dore cunctetur attingere, ut sumant bortentur;  
Iſraēlitas quidē ut socios, & quibus propter co-  
gnationem liceat hoc facere: aduenas vero hospi-  
tibus his munusculis dignetur, qua ipsis Deus  
pro tempore præbuit. Non enim debet existimari  
detimentū, quod liberali animo sumendum ho-  
minibus permittitur: quia nō in hoc Deus abun-  
dantium bonarum rerū largitur, ut his soli frua-  
mut, sed ut de nostro alios etiam hauoremus: ve-  
lens hoc modo singularē erga Iſraēlitas favore  
ac liberalitatē suam gentibus imotescere, dum  
id quod ipsis supereſt, benignè cum illis cōmu-  
cant. Qui vero contrā fecerit, plaga una mi-  
nus quadraginta publica scutica accipiens illi-  
beralem hanc penā sustineat: eo quod cūm esset  
ingenitus, lucro seruens ipse suam dignitatem  
laſerit. Rectum cūm est ut cūm ipsi multa in

Egyp

Aegypto & deserto sitis perpessi , aliorum mil-  
ferias non negligatis: et Dei benignitate amplia  
facultates cōsecuti, ex his nonnihil per compas-  
sionē egenis decidatis. Ultra duas decimas quas  
quotannis pendere iam iussi, alterā Leuitis, alte-  
rā in sacras epulas, tertia tertio quoq; anno est  
conferenda, qua in egenas viudas & pupilos di-  
stribuatur. E fructibus primos prouentus in Den. 26  
templo deferant, & pro accepta terra qua eos  
tulit Deo gratijs actis . & sacrificijs iuxta le-  
gē rite peractis, primitius sacerdotibus offerat.  
Hac omnia ubi quis perfecerit, & utrasq; decim-  
mas tu qua Leuitis debet, cum qua epulis at-  
tulerit, iter ingressum consistat è regione tēpli,  
ante omnia Deo gratias agat , quod ab Aegy-  
ptiorum grani seruitute liberatis terram ubere  
& amplius fruenda dederit: testatusq; decimas  
se inxta Moysis legē soluisse, precetur Deum, ut  
cum sibi priuatim, tu Hebreis publicè propitiatus  
& que bona aeternis dedist , conservet , & pro  
sua potētia ac benignitate augere etiā dignetur.  
Vbi etas maturuerit , uxores ducant virgines  
ingenias ex honestis parentibus prognatas: qui  
autem non dicit virginē, ne sibi coniugat alteri  
maritatem, né ve priorem eius virum cōtristet.  
Ancillas ne ducant ingenui , ne adamatas quidem:  
debet enim cupiditatibus imperare, & ad  
retinendam dignitatem id magnoperc conductit.  
Neque meretrici sit ius nuptiarū, cuius propter  
iniurias

iniuriam suo corpori factam, nuptiale sacrum  
Deus non admittit: atq; huc ita observari valde  
interit, ad hoc ut protes nascatur ingenua, &  
ad studium virtutis eretta, si no[n] è turpi aut illi-

Deut. 24 berali matrimonio sunt prognati. Si quis ali-  
quam pro virginne disponsam postea tale no[n] in-  
uenerit in ius vocatam accuset, afferatq; argu-  
menta que habet: puellæ vero causam agat pa-  
ter, aut frater, aut qui post hos genere videtur  
proximus. Et siquidem puella fuerit absoluta,  
degat in accusatoru consilio, isq; nullu[m] posthac  
dimittendi eam ius habeat nisi tale ipsi causam  
præbuerit, que contradictionem non recipiat. Ce-  
terum temeritatis & petulatiae qua insontë de-  
tulit, panis luat quadraginta una minus pla-  
gis acceptis & quinquaginta sicclos puella patri  
multe nomine numerare cogatur. Quod si vi-  
tiata fuisse coarguatur, si quidem plebeia fuerit,  
eo quod parum sollicitè judicitiam usq; ad nu-  
ptiarum tempus seruaucrit, lapidibus obruiatur:

Deut. 21 quod si ex sacerdotibus prognata fuerit, viuens  
exiatur. Si quis duarum uxoriu[m] maritus pro-  
pter amorem, aut formam, aut aliam quamvis cau-  
sam, alteri plus benevolentia honoruq; detulerit,  
alteri vero minus: si filius dilectæ junior quam  
ille ex altera natu, propterea quod sua mater  
in maiore gratia patris fuisset, postulet ius pri-  
mogeniturae, ut duplice facultati paternarum  
patræ iusta mea leges auferat, non permittatur:  
iniqu

iniquū enim est cum qui sit natu grandior propter matrē negligētius à patre habitā suo priuilegio fraudari. Qui virginī alteri despōsatā Deut. 22 stuprū obulerit, si quidē p̄suas̄ r̄t se praberet,<sup>1</sup> simul cū ea capitalis esto: sōtes enim sunt ambo: hi quia pueræ persuasit ut liberali cōjugio rem turpisimā anteponeret: hac verò quia lucro aut voluptati succubuit: quod si solitariā alicubi natus, vi oppresserit, solus dicitur suppliciū. Qui virginem nondū despōsatā cōstuprauerit, ipse du-  
cat, quod si pater pueræ nolit hāc ei nuptū tra-  
dere, quinquaginta sc̄los iniuria p̄tiū numeret.  
Qui à coniuge quacunq; de causa ut sape ho-  
mibus r̄su venit, distigi postulat scripto ei se-  
curitatē faciat, quod eam nolit amplius repe-  
re: sic enim habebit potestatem alterius coniugis  
querēdi: alioquin diuortiū nō permittitur. Quod  
si & alterū offenderit, aut post eius mortē prior  
reducere eam voluerit, nō licet ut ad eū redeat.  
Si cuius maritus nondū suscep̄tis liberis dicitur fun-  
ctus fuerit, frater mariti eam ducito, et filiū ex  
ea natum defuncti nomine vocatū, fortis hare-  
dem nutritio: nam hoc è Repub. erit, dum nec fa-  
milia deficiat, & possessiones apud cognatos re-  
maneat, mulieri quoq; leuior fit calamitas, cūm  
prioris mariti consumelissimo vicietur. Quod si  
frater nolit eam ducere, mulier senatū accedens  
testetur, quod volentē eā in familia manere, &  
ex ipso liberos gignere, cū iniuria defuncti re-  
pule.

pulerit. Rogante vero senatu causam, siue magna siue parvam afferat, huc tandem res evadet: uxor fratri soluto viri illius calceo, et consputa eius facie, meritò hac illum pati dicet, quia fratri defuncti memoria iniuria fecerit; atque ita ille quidē è curia discedet in omnē ritā nota

**Deut. 21** tuis ignominia: mulier vero cui vult nubito. Si quis vel virginem vel maritatum captiuam abducere cōsiderit, eiq; legitimè cōtingi voluerit, nō ante ius esto cubile eius tangere, quam raso capite sumptoq; lugubri habitu cognatos & amicos in bello amissos deplorauerit, ut ita moerore satiata tum demū ad nuptiale cōsumum veniat. Bonum enim Christus est, ut qui mulierē ex qua liberos gignat accipit, morem gerat eius affectibus, & non sua tantū voluptati indulgens illius desideria negligat. Elapsis autem luctus triginta diebus, tot enim sapienti ad d floridos caros sufficiunt, tunc nuptiis dare operā liceat. Quod si satiata cōcupiscentia pro coniuge eā habere dignatus fuerit, ne pro serua quidē eam tractare ius habeat: sed quocunq; mulier abire maluerit,

**Deut. 21** liberam hoc faciendi potestarem habeat. Quicunq; è iunioribus parētes suos cōtempserint, & debitum honorē prae pudore aut cōsumacia reddere eis neglexerint, & insuper contumaces ac proterui in eos fuerint, hos primū verbis parentes moneant nam hos natura fecit idoneos iudices: dicantq; non voluptatis causa in matrimonium

sum se cōuenisse, neq; ut collatis in communis fa-  
 cultatibus opulentiores fierēt: sed ut liberos ac-  
 quirerent, qui se in senectute nutriant, & nece-  
 saria sibi suppeditent. Acceptos autem à Deo  
 cum gratiarum actione ac gaudio, summa cura  
 educuisse, nulli rei parcentes quae ad eorū salu-  
 tem & institutionem pertinere visa sit. Nunc  
 quoq; quādo iumentū erratis ignorandum est,  
 satis sit quodd officiū hactenus oblitus es. proinde  
 resipisce & cogita, quod etiā Deus Iesu paren-  
 tib[us] offendit, qui ex ipse humani parentis esse  
 generis, & ad se pertinere iniuriam existimat,  
 qua infertur hominibus cum quibus illi cōmuniſ  
 est appellatio: quem et lex talibus poenā inclemē-  
 ter infligit, cuius abſit ut tu facias periculum.  
 His verbis si arrogātia iuuenū emēdata fuerit,  
 per insciā cōmīſſū debetur venia: hoc enim &  
 ad legislatoris clemētia laudē, & ad parentum  
 felicitatē pertinet, si nec filiū nec filiam legibus  
 dare penas videāt. Quod si hi sermones et pre-  
 cepta nihil profecerint, sed contumacibus in pa-  
 rentes ausis pergaſt leges sibi infestas reddere, ab  
 ipsis extra urbē sequente turba productus obrua-  
 tur lapidibus, & per totū diem omnibus ad spe-  
 ctandū propositus, nocte denum sepeliantur. Si-  
 militer & qui quomodo cum; legibus damnati  
 dant suppliciū. Quin & hostes sepeliantur: nec  
 mortuus quisquam expers terra iaceat, vltra  
 quam instum est, penas exfolueris. *Mutuum Dent. 23*  
 Dare

dare ad usuram Hebraorū nemini liceat, neq; cibum neq; potum: non enim iustum est redditus capare ex fortunis tribulium, sed præstat opem ferre illorū necessitatibus, & ad lucrum impunare eorū gratiarum actionem, & Dei retributio[n]ē, quæ huiusmodi beneficētiam solet cōsequi.

Qui verò acceperint mutuò sine pecuniam, siue fructum aliquē aridum aut liquidum, ubi Deo fauente ex sententia fruges ipsorū prouenerint, alacres restituant eis qui mutuauerint, quasi sua

Deut. 24 reponentes, & usuri denuò si opus fuerit. Quod si non pudeat eos non reddere, non sunt è dominibus auferenda pignora, nisi iussu iudicū: & pignus foris est expoebandū. Is verò qui afferre debet, nihil contradicat ei qui cum legum auxilio ad se venit: & si quidem non inops fuerit, quis oppignerauerit, retineatur pignus, donec redatur mutuum. Sin autem pauper, restituat id creditor priusquam sol occidat, maximè si vestimentum pignus fuerit: ut habeat iturus cubitū, quando quidem Deus à natura erga pauperes est misericors. Molā & instrumētū quod ad hāc pertinet, non esto im pignus capere: ne carentibus his si desit cibum parandi facultas, ob inapiam gravis aliiquid accidat. Plagiū qui commiserit milletator capi: qui vero aurum aut argentum subtraxerit, duplum restituto. Quis in furto deprehensum, aut per eos perfodiensem occiderit impune esto. Pecudens qui furatus fuerit,

fuerit, quadruplo multator, excepto bono : pro hoc enim quincuplum numerandum est. Qui vero multat soluere non valet, in servitute vindicetur.

Qui tribuli in servitute est venditus, sexenia seruat, septimo anno manumittatur. Quod si in herili domo prolem conserva suscepit, ex propter suos affectus servire maluerit, anno jubile, is est quinquagesimus, liber esto una cum filiis & uxore. Si quis aurum aut argentum in via inuenierit, querat eum qui perdidit, per praconem indicato loco in quo inuenit : reddatque scies non esse bonum ex alieno danno lucrum facere.

Sic ex de pecudibus, in quas errates in detra- Dent. 22.  
to inciderit, si ignoretur dominus, statim apud se resernet, Deum testatus quod aliena usurpare non cupiat. Iumentum per tempestatem in luta haren praterire non licet, sed subducendum est non secus quam proprium. Viam ignorantis communistrare oportet, non per ludibrium risum, captando alienas uititates impedire. Absento ex surdo nemo male loquitur. Percussus in rixa absq; ferro, cōfestim vindicetur: idem patiente eo qui percussit, quod fecit. Quod si dominus re-latus complures dies agrotauerit, deinde moria- tur, qui percussit a cade insensus esto. si autem re-ualuerit, ex multa in agritudine insumpserit, percussor quicquid interim dum decubuit impen- sum est dissoluat, praterque mercede medici. Qui mulierē veterum gerente calce percusserit, si qui- dem

dem mulier abortiat, pecunia mulctetur à iudicibus, quod corrupto fato populi uno ciue dimisueris, & alia præterea pecuniæ det marito mulieris: quod si illa moriatur, & ipse det penas capite: quodquidem ritâ pro vita reponi instum est. Venenū neq; letale, neq; alias noxiū quifquam Iſraelitarū penes se habeat: quod si habere deprehensus sit, morte mulctetur, & patiatur id quod facturus erat illis aduersus quos venenū paraverat. Qui ex occidit quenquam, familia patiatur, primatus quo primavit alii, nisi in malis pecuniam accipere: nam ipse lex permittit arbitrium estimandi suum casum, si nolit haberi senior. Bouem cornutum dominus ingulat: quod si in area quenquam percussum interficerit, ipse quidem obrutatur saxis, indignus qui vel in cibū veniat. quod si & dominus coagatur nonne ingenium eius, nec tamē cauissime, & ipse morte mulctetur, ut qui à bove necato mortis causa fuerit. Quod si seruū aut ancillam bos interficerit, ipse quidem lapidetur, dominus autem eius triginta ficas necati heri personas. Quod si bos à bone alio ita percussus mortuus fuerit, vendantur tam mortuus quam qui percussit, & pretiū veriusq; inter se dominis partiantur. Qui putio aut lacte fodunt diligenter curent, ut injectis tabulis operiantur, non ut aquatio non sit libera, sed ut absit periculum ut quid incidat. Quod si in talē fossam nō clausa-

sunt

sam pecus alienius illapsum moriatur, pretium  
 eius domino restituи debet. Etta quoq; circumse-  
 pienda sunt obicibus, qui nō facile prolabi finat  
 ac decidere. Depositum tanquam rem sacram Deut. 24  
 qui accepit, diligenter custodiat, & nemo eius  
 commissorem fraudare sustineat, neque vir, neq;  
 mulier, etiā si nemine coarguente ingētem aurō  
 vim lucris acturus sit. In uniuersum enim danda  
 est opera ut sua cuique conscientia sana sit, &  
 huic testi approbari satis est quicquid laudem  
 meretur apud homines. Precipuus autem Deus  
 respectus habētus est, quē nemo malus unquam  
 potest fallere. Quod si absq; dolo malo cum com-  
 missum est id perdidit, accedēs ad septem illos  
 iudices, iurejurando Deū teste faciat, quod ni-  
 hil sua voluntate aut malitia sit perditum, nec  
 usum se parte depositi, atq; ita absontus abeat.  
 Quod si vel minima cōmissorū parte usus pōst  
 perdidit, ad redditū quod accepit, in solidū  
 condemnietur. Idem ius esto de mercedibus qua Ibidem  
 parantur labore corporis. Cauendū ne quis viri  
 pauperem mercede sua defraudet, memor quod  
 is vice agri ex facultati hoc à Deo fortissim fit:  
 proinde non procrastinanda solutio, sed eadē die  
 reddendū, cūm constet, Deum nolle, ut operariis  
 laboris sui fructu careat. Liberi ab parentum Ibidem  
 iniquitatē puniendi non sunt, nimirum propter  
 suam virtutē digniores miseratione, quod è ta-  
 libus nati sunt, quam odio propter illorum vicia.

Neque patribus peccata filiorum sunt imputanda,  
qui cōcepta parētū disciplina multa sibi permit-  
tant facere. Spadones abominare & auersare,  
qui virilitate & genitura seipsi priuauerunt,  
quam nobis Deus ad incremētū & multiplicā-  
tionē addidit. Procul arcendū est hoc genus, quod  
iq̄ modo posteritatē quātum in se est, sed multo  
ante propriā imocētiā ac puritatē perdidit. Sa-  
tis enim constat, quod effeminato primū animo  
etiam corpora habent muliebria. Similiter abhor-  
tere oportet quicquid inter portenta ducitur.

Castrare nec hominem licet, nec unum aliud  
animal.

Hæ pacis leges & instituta sunt, & Deus pro-  
pitius inconcussam eam & imperturbatam con-  
seruabit. Absit autem ut ullum tempus veniat  
quod hac innonet & in contraria formā trans-  
ferat. Quoniam autem necesse est homines vel  
sponte vel inuitos in turbulas ac pericula inci-  
dere, age etiam de his pauca præcipiamus, ut  
scientes quid opus factio sit, cum usus erit in  
promptu habeatis salutaria consilia, nec suis hac  
parte imparati in ipso temporis articulo. Faxitq;  
Deus ut terrā quam vobis pro labore vestro ac  
virtute dedit, in pace & tranquillitate colentes  
possideatis, nec hostibus incurvantibus, nec do-  
mestica seditione turbante, qua abrogatus pa-  
triū legibus & institutis, in contrariam discipli-  
nam vos inducat: utq; in perpetua legum à Deo  
comprob

comprobatarū obseruatione permaneat. Bella  
verò vel vobis vel vestris posteris gerenda, ex-  
tra fines Deum auertat. Ceterū cū bellū in- Deut. 20  
stabit, caduceatores primū ad destinatos hostes  
sunt mittendī : decet enim ante arma verbus ad  
eos vti, docendo quod quartus & copie robis  
ad sint numerosae, & equi, & arma, & super  
omnia Deus auxiliator propitius : manutis ta-  
men non cogi ad bellū, neq; ex rebus illorū di-  
reptis ingrata lucra querere. Et si quidem quod  
equum est persuaderi sibi patientur, præstat pa-  
cem iniolatā seruare : quod si plus suis viribus  
tribuētes ius in armis reponat, exercitum contra  
eos educite, imperiū Deo committentes, creato uno  
aliquo forti viro qui vicarius illi sit, & quasi  
proimperator. Multorū enim imperiū non modo  
morā affert rebus strenuē gerēdis, sed non raro  
plus nocet quam prodest. Delectus autē habēdus  
est virorū tantū robore tam animi quam corpo-  
ris præstantiū: ignauit verò minimè admiscendi,  
nendum res armis geritur, in fugā auerti hostiū  
conditionē potiorem faciant. Immunes autē sine  
militia, qui adficiata noua domo nondū inte-  
grū annū illa sunt usi: tum qui plantata vinea  
nondū ex ea fructus perceperunt: & prater hos  
qui dospōsat a uxore nondū eam domū duxerū:  
ne harū terū desiderio sibi parcētes, et fernātes  
se relitti voluptatibus, in gratiā uxoriū parvus  
fortiter rem gerant. Castris autē positis caneta

ne quid asperè ac crudeliter faciat: & oppugnaturi urbem si defit materies ad machinariū fabricā, ne deglabetis terrā frugiferas arbores excidendo: sed parcite, non ignorantes in ysius hominū ista creata, & si vox eis doretur expostulatura robiscum, quod cum ipsa belli causa non fuerint, iniuste affligantur, mutatura domi cilium si liceat, & aliò migratura. VICTORES in prælio facti eos qui in adversa acie steterunt cedite, cateros tributarios futuros seruate, excepta Chananaeorū gente. Hi enim cum totu famâ

Dent.22 lijs sunt delendi. CAVETE autē maximē in bello, vt neque mulier habitu virili vñtatur, neque vir stola muliebri. Hac sunt instituta qua Moyses reliquit. Leges vero antē quadragesimo anno conscriptas tradidit, de quibus in alijs com-

Dent.30. mentarijs dicemus. Sequentibus deinceps die-  
31.32.34. bus, nam continenter conciones aduocabat, fau-

35 fuit eos precationibus Deo commendauit, sicut contra diris imprecationibus eos deuonit, qui neglegit legibus aduersus earū prescriptū age-  
rent. Deinde carmen hexametrum eis recitant, quod scriptū reliquit in sacro volumine, cotinēs predictionē futurorū, iuxta quam omnia facta sunt, atq; fiant, euentis nusquā nō cōgruentibus. Hec volumina & arcā sacerdotibus tradidit, in qua decem illa præcepta in duabus tabulis scripta reposuerat, & præter ea tabernaculum: populo etiam mandauit, ut occupata terra &

fixis

fixis sedibus, nō obtinisceretur iniuria ab Ama-  
 lecītū accepta: sed expeditione in eos suscepta  
 porta reponceret pro dānis in deserto sibi illatis.  
 Capti autē Chananea, & plebe eius ut par est Deut. 27.  
 deleta, aram erigere iussit ad solem orientē ob- 28  
 uersam, nō procul à Sicimis urbe inter duos mō-  
 tes, dextrū Gariz eū, sinistrū Gibalem: diuisasq;  
 copias in sens tribus super duobus mōtibus con-  
 fistere, & vīa cum illis Lenitas ac sacerdotes:  
 et primū illos in Gariz co preccari omnia fausta  
 leges Dei & religiōē seruantibus, & Moysis  
 constitutions nō violātibus, alteros verò accla-  
 mationibus hoc approbare: & rursum his pre-  
 cātibus illos acclamare: deinde pari modo trans-  
 gressoribus execrationes inferre, succinentes fibē  
 inuicem, ab alteris dicta comprobantes: & tāns  
 faustas ominationes quām deuotiones in literas  
 retulit, ut in perpetuū cuius eas discere liccat:  
 que tandem hinc arā inscripta sunt ex utroq;  
 latere, quia populus iussus est stare, & holocau-  
 somata offerre, & post eā dīc nunquā alias vi-  
 ctimas imponere: neq; enim fas esse. Hec sunt  
 que Moyses pracepit, & que Hebraorum gens  
 indeſinenter obseruat. Postridie populo cum Deut. 29  
 uxoribus & liberis in cōcione collecto, ne man-  
 cipiūs quidē exclusis, iure iurādo eos ad legū cu-  
 stodiā adstrinxit: vtq; Dei voluntatē diligē-  
 ter expēndentes, neq; cognatiōis gratiā, neque  
 periculorum mōtū, neque ullam aliam causam.

tanti facerent, ut eam potiore legibus ducētes,  
 ab eariū prescriptis discederent: sed sine consan-  
 guineorum vniuersitatis aliquis, sine urbs que piā, circa  
 eas turbare aliquid, aut statū eariū labefactare  
 conetur, privatim & publicè illis periclitatibus  
 auxiliū ferrent: quam si vicissent, à fundamētis  
 vi desertricē reuellerent, & ne solū quidē ipsius  
 si fieri possit superesse paterētur. Si vero id effi-  
 cere no valeret, nec penas meritas exigere, saltē  
 testarētur se impietati aliena nō cōfentire. Hac  
 populus in foro iureiurando firmauit. Post hæc  
 docebat eos quomodo sacrificia Deo gratiora fie-  
 rent: & quomodo expeditiones suscipienda, ca-  
 ptato signo ex lapillis de quibus iam diximus.  
 Sed & Iesus superstite etiam cum & praesente  
 Moysē vaticinatus est quicquid pro salute popu-  
 li gesturus erat, vel foris bello administrando,  
 vel domi ferēdis legibus: & ad viuendi rationē  
 recens institutā eos preparans, diuino monitu se  
 præsagire aiebat, quod si patriā religionē vio-  
 larēt, clades nō effugerēt: nā & regionē ipsorū  
 armis exterorū opplendā, & urbes dñmēdas, &  
 templū incendendā, & ipsos sub hasta victoris  
 venundandos, feruisturosq; gētibus qua afflicto-  
 rū nulla miseratione tangerentur: ac tum demis-  
 seram atq; inutile erratorū paenitentiā acturos.  
 Deum tamen ipsorū conditorem, & urbes suis ci-  
 nibus & templū populo redditurū. Hac autem  
 fore, vt non semel sententiam amitteret, sed sapientia.  
 Deinde

Deinde Mōyses exhortatus Iesum ut in Cha- Deut. 33  
 nancos exercitū diceret, affuturōq; captis eius  
 Deum pollicitus, & populo omnia fausta omni-  
 nature: Quoniam, inquit, ad patres nostros ab eo,  
 & Deus hāc mīhi diem abitus p̄ficiuit; gra Deut. 33.  
 tias illi viuere adhuc & vobis p̄sensibus ago 34  
 pro cura ac prouidentia quam de rebus vestris  
 hactenus habuit, nō solum depellendis aduersis;  
 sed cōmodis etiam largiter exhibendis: & quia  
 laborēm meū ac solicitudinē dum vestris statū  
 in meliorem fortunam reducere conor, propitius  
 semper adiunxit, tñq; verò ipse et exorsus est rem  
 & absoluit, me ministro v̄sus & vicario in ob-  
 enndis que ad vestrā felicitatem pertinere visa  
 sunt. Quapropter aequum est, ut priusquam de-  
 cedam, eius potentia, qui & in posterū vobis nō  
 deerit, dignas laudes repandam, meq; hoc debito  
 exoluā, vestrāq; memoria cōmendem, quod hūc  
 solum colere & venerari cōuenit: & leges eius  
 habere in pretio, ut qua omnibus reliquis donis  
 iam acceperis, aut in posterū à propitio cōferen-  
 dis, longè sunt anteponende. Gram enim aduer-  
 sarius est vel homo legislator, si constitutionibus  
 suis autoritatem adimi sentiat. Dei verò indi-  
 gnationem absit vt experiamini, qua legis  
 ipsius contemptis excitari posset. Hac postremis  
 verba Mōyse loquente, & singulis tribubus sua  
 fata āperiente, uniuersa multitudine in lacrymas  
 erupit, vt & mulieres plangentes dolorē ob fra-

turam ipsius morte concepit declararent. Quis  
 & pueri prae mortoris impotentia plorantes pre-  
 se ferebant, quod tanta esset viri virtus ac ma-  
 gniscentia, ut ne illam quidem etiam latere pos-  
 set. Itaque certamen quoddam erat inter minores  
 & grandiores, utros maior haberet modestitia.  
 Alteri enim intelligentes quali orbarentur an-  
 tistite, futuram suam conditionem lamentabantur:  
 alteri hoc ipsum lugebant, quod priusquam eius  
 virtute satis degustassent, iam carendum eo, seq;  
 destituendos videbant. Quantus autem fuerit po-  
 puli ploratus & querimonia, conjectura capere  
 licet ex eo quod tum propheta accidit. Namvis  
 enim persuasi simus semper habuit, non esse insta-  
 te morte dolendū, ut qua prater Dei voluntatem  
 ac natura leges non venias: viso tamē affectu pe-  
 puli, à lacrymis temperare non valuit: dum verò  
 eo proficietur, ubi disparitus erat, omnes cū  
 fletu sequebantur. Tum Moyses his qui longius  
 aberant manu mota significavit ut consisteret:  
 propiores autem rogavat, ne excessum suum li-  
 crymabilem facere pergeret, cū fletu prosequen-  
 do. Illi verò & hanc extremā gratiā ei referen-  
 dam existimantes, ut quemadmodum cupiebat  
 seorsum secederet, continuerunt se inter se la-  
 crymantes. Solus autem senatus eum deduxit,  
 & pontifex Eleazarus, & imperator Iesus.  
 Ut verò in monte Abari vocato constituit, qui  
 eis suis regione Hierichon accollit, & cōcen-  
 dentib;

dentibus latè Chananea terra prospectū exhibet, senatum dimisit. Cumq; post mutuos cōples  
 scus Eleazar ac Iesu vltimū vale diceret, m-  
 ter loquendum repentina nube circundatus in <sup>Mosis</sup> Obiectis  
 vallem quandam est ablatus. in sacru autē vo-  
 luminibus scripsit se mortuū, veritus ne propter  
 excellentem eius virtutē à Deo raptum prādi-  
 carent. Vita eius tempus ruuersum centum vi-  
 ginti annorū fuit, cuius tertiam partem in impe-  
 rio exegit, uno mense minus. Mortuusq; est vlti-  
 mo anni mense, die prima mensis qui à Macedo-  
 nibus Dystrus dicitur, à nostris vrd Adar : vir  
 omniū quotquot vñquam fuere prudentissimus,  
 & qui cōfilia bona optime nosset exequi: adhuc  
 eloquentia & in tractando populo gratia &  
 dexteritate incomparabilis: affectus quoque ita  
 semper in potestate habuit, vt omnino illus care-  
 re videretur, & nomina tantū eorū ex his qua  
 in alijs hominibus conspiceret, cogita habere.  
 Imperator idem cum primis bonus, rates vrd  
 qualis nemo alius, vt omnia eius verba vim  
 oraculorum obtineret. Quapropter triginta die-  
 bus enim luxit populus, cui nunquam quicquam  
 tristius accidit, quam tunc prophetæ mors: nec  
 in presens tantummodo sui desiderium reliquit,  
 sed maximam apud omnes existimationē quot-  
 quot scripta eius enoluere contigit, dum eius vir-  
 tum ex illis astimant. Atque bac sunt qua de  
 Mosis exitu discenda hybrimum.

F L. I O S E P H I A N T I  
 Q V I T A T V M I V D A I -  
 C A R V M , L I B E R  
 Q V I N T V S .

Quomodo Iesu Hebreorum imperator de-  
 bellatis ac cæsis Chananeis terram eorum:  
 sorte diuisit tribubus. CAP. I.

**P**O ST Moyfen, quemadmodū dixi;  
 ex hominibus sublatiis, officiumq;  
 memoria viri exhibitiis, sedato lu-  
 ctu, Iesu subet copias ad expedi-  
 tionem instrui: mittitq; exploratores in Hiero-  
 chuntem, quo mentem eorū & vires cognosce-  
 ret: castra deinde mouet mature Jordaniē tracie-  
 turis: mox conuocatis Rubelidis & Gadidis  
 tribuum principibus, atque etiam Manassetidis:  
 nam & huic tribui dimidiate Amoream habi-  
 tare permisum erat, que fuit Chananea pars  
 septima: reuocauit eis in mentē quid Moyfi fuissent  
 polliciti, rogauitq; ut in eius gratiam quā  
 ne ultima quidem vita tempore prospicere eis  
 defatigatus est, & propter communem utilita-  
 tem, alacriter præstarent qua promiserant. Illis  
 vero imperata hand grauatum facientibus, ar-  
 matis quinquaginta milibus, ab Abila ad Ior-  
 danem sexaginta stadia castra promovit: qua  
 postquam metatus est, commodum speculatores  
 aderant omnibus upud Chananeos exploratis.

Ignorē

Ignoti enim à principio, tetam illorū urbem per  
otium considerauerūt, & mānia qua parte ma-  
gis aut minus erāt munita, & portarū quanam  
assultū minus ferre possint, & capi essent faci-  
liores: nec quisquā obuiorū spectantibus singula  
fuit molestus, dum curiositatē hospitū cōsuētam  
interpretātur, nec hostile adhuc quicquā suspi-  
cantur. Ut verò sub vesperā sucesserūt in quoddā  
diuersorū nō longè à mānibus, in quod primum  
fuerant deducti, iamq; cena peracta de reditu  
consultabant, indicatum est regi coenanti, venisse  
specularū quosdā è castris Hebreorū, & nūc di-  
uertētes apud Rachaben hoc tantū curare, quo-  
modo latēter se subducāt. Ille verò cōfestim mit-  
git qui eos cōprehendant, questioni admonēdos  
ut causam aduētus sui aperiānt: quos ubi aduē-  
tare Rachabe cognouit, forte enim līni manipu-  
los siccabat in mānibus, si ecclatores his conte-  
gunt: missis autē à rege dixit, hospites quosdam  
ignotos paulò antē solis occasum apud se coenar-  
tos discessisse, qui si suspecti essent regi, quasi de-  
signitum aliquod reipublice allaturi, p̄mua  
negotio posse ab inseguētibus de via retrahī.  
Tum illi decepti à muliere, quā serio loqui putan-  
bant, ut perscrutati quidē diuersorū abierūt: et  
excurrentes per vias quibus verisimile erat eos  
descendere, & qua ad flumen ducebant, vestigia  
nullo inuēto, frustra laborare destiterūt. Sedato  
autem tumultu Rachabe deductos de mānibus,

et admonitos quanto suo periculo saluti eorum  
consuluisse, ut que in dolo deprehensa pena ca-  
pitum cum tota familia regi erat datura, roga-  
tosq; ut occupata terra Chananea memores be-  
neficij gratia sibi rependeret pro accepta salute,  
iussit ut bono animo abirent: iureirando prime  
delato, quod expugnata urbe, et ab his iuxta  
ipsorum decretum intermissione traditis, mulieri salves  
manebit in columis: hunc enim euentum sibi Deum  
iam ante significasse. Illi et in praesens ei gra-  
tias agunt, et in futurum abunde relatuos iu-  
reirando confirmant, et hoc consiliis dant, ut  
cum præferit urbe expugnandam, contractus fa-  
cultatibus et propinquis intra diversorum, vestem  
occineam proforibus expadat: imperatore enim  
edicto inhibetur, ne quis eam domum ledere au-  
deat, quo data sibi salutis gratia recipiat: quod  
si aliquis ex eius propinquis in pugna caderet,  
ipsius culpam fore non suam: neque se ad eius incolu-  
mitatem præstandam iureirando teneri velle. His  
conditionibus discessum est, cum se fuisse de manu  
bus demississent, reuersiq; ad fidos re totas ut erat  
acta narraverint. Tum Iesus pontifici Eleazar  
etiam senatus indicat quid exploratores Rachabae  
iurauerint, eorumq; autoritate iustificandis ratum  
est habitum. Imperatore autem solicito de trajecto,  
annus enim auctus aquis fluebat, et cum ponere  
non haberet, ne fabricari quidem hostis passuras  
videbatur, nec names ylla presto aderant: Deo  
se illis

se illis transitum procuratur*promisit*, fluentis eius immunitis. Itaq; Iesus postquam duos dics expectasset, copias omnes ad hunc modū in rōto riore ripam traduxit. Sacerdotes cū arca agmē precedebāt, post eos ibant Leuitæ portatæ tabernaculū & vasa sacrificijs destinata. Sequebatur deinde totū agmen in suas tribus distinctū, rectis in media mulieribus ac pueris, quo tutiores essent ab Impetu fluminis. Ut verò sacerdotibus primis ingressis vadabile est visum, quod & aqua decreuisset, & glarea nō amplius vi unda rū volueretur, sed stabile solū exciperet vestigia, omnes iam intrepide vadō transibant: tale redditū cernētes quale Deo promiserat: steteratq; in aliis medio sacerdotes, donec transfret multitudo, & in tuo cōfisteret. Quod ubi factū est, & ipsi egressi fluuiū, liberū ei solitū cursum reliquerunt: qui confestim auctus, ad pristinam aquarū molē rediit. Exercitus autē quinquaginta stadia progressus, ad decimum à Hierichunte stadium castra metatus est. Porro Iesus ara ex- Ios. 4.5  
 structa è lapidibus quos singuli tribuū principes ex alio propheta iubente sustulerāt, ut monumētū esset prodigiose refracti fluminis, sacrificiū in ea Deo fecit: & paschæ solemnitas eo loci celebrata est, omnibus rebus iam affluentibus: quarum penuria hæc tensos laboratū fuerat: nam & segetes Chananeorū maturas tum demerebant, & alias pradas abiebāt: cōdē enim tempore & magna

manna eis defecerat, post annū ex quo ea primā  
 Iosue.6 vti cooperant quadragintum. Cumq; hæc o-  
 mnia securè & impune Israëlista facerent, nus-  
 quam occurribus Chananei, sed mīra mania  
 pœ metu se continentibus, expugnare vrbes eo-  
 tū Iesu decrevit. Itaq; prima die festinatus, sa-  
 cerdotes arcā gestātes, stipati armatorū custo-  
 dia, accesserunt ad urbē septē cornubus clangēdo,  
 & ad virtutē suos adhortādo circū ambulabant  
 mania senatu comitante, nec aliud quicquā fa-  
 ciēdo, quā quod inflaret comua, retro in castra  
 reuerteretur. Cumq; per sex cōtinuos dies idem  
 fecissent, septima Iesu cōtractis in unū copijs,  
 reliquo populo cōnocato, letū illis effert nuntiū,  
 urbē ea die sine labore capiendam, Deo hanc in-  
 potestatē ipsorū tradēte, & ruentibus sua sponte  
 manib; facile aditū aperiēte: iussitq; omnes  
 occidi quotquot in manus militū denuerent, &  
 neq; laſſitudine, neq; miseratione, neq; præda cu-  
 pidine à cedibus anocari, aut effugiū vñlū hosti-  
 bus permittere: sed quicquid spiritū vitalem ha-  
 bet extinguiere, nihil in prædam aut propriū emo-  
 lumentū cessurum reseruando. Quicquid autem  
 auri ac argenti repertū fuerit, in unū cōportari  
 voluit, vt primita ob rem feliciter gestam spo-  
 lia de primū capta urbe Deo dedicarentur: sola-  
 entē Rachaben cū sua cognatione seruari, pro-  
 pter insurandum ab exploratorib; acceptum.  
 Hac locutus instrūctum exercitum ad muros  
 admeuet

admonuit: urbē deinde rursum circumambulare,  
praecedentibus, tū arta sacerdotibus, & cornū  
classico militē ad aggreendi opus incitatibus:  
cumq; septies lustrata paulisper cōstitissent, col-  
lapsa sunt mōnia, nec machinis admotis, nec valla  
alia vi ab exercitu illata. Hebrei verò nullo ne-  
gotio per ruinam irrumptentes in Hierichuntem  
omnes promiscuè cedūt, inopinato macium ca-  
su cōsternatos, & subitaneo stupore ad pugnam  
mutiles: passimq; cadaveribus via sterneban-  
tur, nullū nec praesidium nec effugiu incolis in-  
uenientibus, ita vt ne faminis quidem parcere-  
tur ac pueris repletaq; trucidatis vrbs & postea  
inō incensa rogum defunētis præbuit, in agris  
quoq; pari scāiente incendio. Rachaben verò cū  
domesticis qui in diuersoriū confugerat, explo-  
ratores periculo exemierunt: ac mox ad Iesum  
adducta, gratia sunt ob fernatos speculatores  
acta, dicente se meritis illā præmijs remuneratio-  
rum: moxq; agris donatā, in honore postea sem-  
per habuit. Reliquias autē urbi que incendio sit  
pererant, ferro deruit, deris excretus quisquis  
semel vastatā instaurare aggredetur: nimis in  
ut prima fundamenta iaciens orbaretur filio prō  
mogenito, & absolute opere natu minimū ē libe-  
ris amitteret. Nec irritam esse voluit Deus im-  
precationem, sicut suo loco dicetur. E direptione  
autem ingens vis argenti ac auri, atq; etiā aris  
ta vnum acerius est redacta, nemine edictum no-

obseruante, aut sibi prædam ac lucrū inde quærente. Eas mambias Iesus sacerdotibus in thesauros reponendas tradidit. Ac Hierichantio quidem excidium in hunc modum se habuit.

**Ies.7.8** Achar autem quidam Zebedia filius ex tribus Iude, natus paludamentum regiuro totum ex auro contextum, & massam auri trecentorum siclorū pondo, & iniquū ratu si nullum periculi pretium ad se rediret, sed oblatū à fortuna lucrū Deo nihil talibus rebus opus habenti offerret, intra tentorium in cauū profundum defodit, pulsans sicut commilitones ita & Deum se posse fallere. Erant tum castra in loco qui vocatur Gal-gala, voce libertatē significatē: transgressi enim fluitū, tandem se & ab Aegyptis & ab erēnīa in deserto exantlati liberatos existimabantur. Pausis autē post diebus quam Hiericus est excisa mittit Iesus tria millia millitum ad urbem Ainam supra Hierichantem sitam: qui cum Ainatis prælio congressi, & in fugam versi, triginta sex è suis desiderauerunt. Huius incommodi accepti nentius postquam in castra peruenit: maiorem quam pro cæsoriū numero incertiam asculit: nō tam propter amissos, tametsi omnes viri fortes & honore digni fuerāt, quam propter desperationem. Credentes enim se iam ea regione potitos, & illa sum exercitiū habituros ut Deus promiserat, nunc mirū in modū elatos hoc successu amicos hostium ridebant. Itaq; saccos in-

dus

Ante per totā diem hoc habitu in lacrīmis  
 persenerabat: nullaq; interim corporam cu-  
 randorum ratione habita, totos se dolori dede-  
 derat. Iesus autē videns exercitū sic affectū, &  
 nihil leti amplius sperantē, cū fiducia Deū allo-  
 quitur. Nos, inquit, nō nostra temeritate addu-  
 cēti sumus, vt terā hanc armis subigere concre-  
 mur, sed Moyses seruus tuus ad hoc nos exiuit,  
 cui multis attestantibus prodigijs pollicitus es,  
 traditurū te nobis hanc terrā possidendum, &  
 exercitū nostrū ope tua fretū semper inconflictu  
 aduersarijs fore superiorē: atq; harū promissio-  
 nū enīcē non semel iam sumus experti. Nunc  
 autē prater opinionē clade acceta, & militibas  
 aliquot desideratis, hoc casū territi, & de pro-  
 missis tuis ac Moysis hēsitanter, & à prælīs ab-  
 stinēmus, & post talia belli exordia nihilo fe-  
 liciores progressus sperare possumus. Tu ergo do-  
 mine, potes cuim, fer opem, & præsentem mera-  
 rem victoriam largitus adime, desperationemq;  
 in futurum attonitus exime. Talibus exorabat  
 Deum Iesus, in faciem humili prolapsus. Respon-  
 sum deinde accipit, surgeret & lustraret exen-  
 citū pollutum sacrilegio & violata religione,  
 hanc enim causam esse præsentis calamitatis: in-  
 quisitione autem facta & pena à sacrilego exa-  
 cta Israēlitarum fore victoriam. Hoc oraculum  
 Iesus populo indicat, & vocato Eleazar ponti-  
 fice ac magistris tribus fortē per singulas tribus

mittebat: cumq; fors in Iude tribum cecidisset,  
 rursum per cognationes eius mittebatur. & cum  
 in Sacharia cognatione maleficium esset inven-  
 tum, eam rursum viritim examinantes, Acha-  
 rem deprehenderunt: qui videns nō esse locū ter-  
 giuersandi contra diuinū indicium, furtum fasse  
 res furtivas in medium protulit: moxq; affectus  
 supplicio noctu ignominiosa sepultura traditur,  
 quemadmodum solent damnati iudicio publi-  
 co. Iesu autē lustratū exercitū ad Amā ducit,  
 & noctu dispositis circa urbē insidijs, diluculo  
 hostē ad certām prolicit. Illi vero audacter ob  
 proximā victoriā irruentibus, simulata fuga  
 procul eos ab oppido abstrahit, fusum hostē exi-  
 stimātes, & quasi victoria iam parta insolescē-  
 tes. Postquā autē subito cōuersis copijs in faciem  
 illis obstitit, & alijs qui in insidijs latebant esse  
 cōposito signum datum est, coorti celeri cursu ad  
 Amā feruntur, & auersans eius portam occu-  
 pant, plerisq; ciuiū ē muris suorū ut tum putar-  
 bant victoriā spectatibus: urbemq; ingressi sine  
 discrimine cæde ingentem edunt. Interim alia  
 parte Iesu obuios in fugā vertit: qui urbē petē-  
 tes integrā adhuc rati, ubi hanc quoq; ab hoste  
 capta ac cum uxoribus ac liberis inconsam ari-  
 maduerterunt, per agros dispersati, cùm sibi iniis  
 se præsidio nō possent esse, alijs alijs in locis sunt  
 oppressi. Post hanc Aenatarū cladem magna mul-  
 titudo puerorum & mulierū atq; mancipiorum  
 capte

capta, est & supplex sive numero : pecudū item  
greges non modū, & insuper signata pecunia  
multa, erat enim ea regio prædices : atque hac  
omnia Iesus inter milites partitus est in eis ca-  
stris quæ habuit ad Galgala. Ceterum Gabao- I I.  
nita qui nō longè à Hierosolymis habitant, cogni Iosue 3  
eo Hierichonitiorum & Amatarum casu, ianq;  
in se iturū hostē suspicati, Iesum quidem preci-  
bus flectere nō tentauerūt, frustra eas fare puer-  
tes apud eum qui interne ciū bellum cū Chanana-  
eis gereret: sed maluerūt vicinos Cepheritas  
& Cathieremitas in societatō asciscere, dicētes  
nec ipsos posse euadere periculū nisi naturē prou-  
derent: quod si suū consiliū sequantur, nō deesse  
remediu. Quod vbi persuaserūt, mittunt legatos  
ad Iesum defadere, quos maximē credebant ad  
negotiū conficiendum idoneos. Qui periculofimus  
rati si se Chananaeos faterentur, & multo tri-  
tius si nihil sibi cum illis commune dicerent, sed  
longē diuersas sedes habere: arant se fama viri  
excitos multorum dierū iter facisse, & hoc esse  
verū ex habitu cōprobabant: vestes enim quas  
viam ingressori nouas induissent, longo itinere  
detritas, sumperarent enim tritias data opera, vt  
verisimilia dicere viderentur. Hoc habitu in  
concionem ingressi, dicunt se missos à Gabaois-  
sis & vicinis urbibus, vt saluis patrijs institu-  
tis, in amicitiam eorum venirent: comperto  
enim quod deus gratis mutare Chananaorum

terrā illū concessisset, gratulari se cōt, & ius cō-  
nitatis petere: his dictis, & ostentatis vestibas in  
signū longi itineris, orabant ut in foedus & amic  
icitiam admitterentur. Iesus autem credens eo  
rum verbis quod Chananae nō essent, recipit eos  
in fidem & amicitiam, & Eleazarus pontifex  
cum senatu iuravit, habituros se eos pro amicit  
ac focijs, & nihil cōtra eos iniurium molituros,  
approbante id foedus universo populo: hoc astu  
tati compotes domum ad suos sunt reversi. Iesus  
autem exercitu ducto in submōtanū Chananae  
trahum cū audisset Gabaonitas non longe à  
Hierosolymis habitare, & esse Chananaorū ge  
neris, euocatis eorū honoratioribus, fraudem co  
rum incusabat. Illis verò excusantibus nō alium  
se modum salutis querenda habuisse, & ideo ad  
dolum versos necessitate cogente, Eleazarū pon  
tificem & senatum cōnoscet: cumq; decretū esse  
non violandam fidem iurciurando sanctam, sed  
publicis ministerijs deputandos, in hac cōditione  
postea sunt habiti: atq; hoc pacto imminentis pe

**Iesu 10** riculo se subtraxerunt. Ceterū cū rex Hier  
osolymitarum indignè ferret Gabaonitas ad Ie  
sem defecisse, & quatuor proximārum gentium  
reges ad bellum contra eos gerendum accinisset.

Gabaonite videntes se peti, & hostes castris  
circa quendā fontē non longe ab urbe positis, ad  
oppugnationem expediri, Iesum in auxilium ad  
nocant: nam eō tunc res denerat: ut ab his per  
secuti

Meiem expectaret: in illis vero qui ad excidium  
 Chananeorum venerant, propter nouam amici-  
 tiam armicam spem salutis reponerent. Tum Iesua  
 cum toto exercitu in succursum properans, die  
 ex nocte itinere facto, diluculo parantes oppu-  
 gnationem adorit: cumque; terga vertissent, per  
 decline fugientes est persecutus. Bethora is loco  
 dicitur. Interfuisse huic praelio diuinum auxilium  
 Tridentibus prodigijs apparuit, calo sonante ex  
 trebris fulminis ictibus, gradine insuper maiore  
 solo ruente: accessit ex illud: nunquam antea  
 visum, quod dies factus est longior, ne interuersus  
 noctis victori hostis eriperetur: quo factus est ut  
 Iesus reges istos caperet in spelunca quadam la-  
 tebras querentes iuxta Macchida, de omnibusque  
 supplicium sumeret. Creuisse autem eam diei vi-  
 tra consuetum, extat relatum in sacra volumina  
 que in templo sunt affermata. Debellatis in hunc  
 modum regibus qui Gabaonitas invaserant, Iesus  
 in Chananeam montana dicit exercitum: ex ma-  
 gna in ea regione cade edita, predaque abatta, Iesus ex  
 exercitu reducit in Galgala. Cumque latè per cir-  
 cumquaque fitas regiones rumor de rebus He-  
 braeorum fortiter gestis spargeretur, deinde stupen-  
 da multitudine casorum, excitati sunt in eos reges  
 Libani accolae, ex ipsis Chananeis genetis: ex  
 quantum Chananeorum campistria colie ad scitis  
 Palestinis castra posuerunt ad urbem Galiliac  
 Betocham, non longe à superiori Cadesa, qua

etiam in Galilaeorū agro sita est: erantq; amne  
 ha copia, peditum trecenta milia, equitū decem  
 milia, curruum viginti milia: que rāta hostium  
 multitudo, adeo tam ipsius Iesum quam ceteros  
 Israēlitās terruit, ut p̄ metu minimū à despe-  
 ratione abessent. Sed cum Deus exprobrasset ei:  
 formidinē, & quod eius praefidio se non tā tute:  
 putarent, pollicitusq; victoriā, equos captiuos  
 enervari & currus incendi iussisset: concepta es-  
 his promissis fiducia, ducit in hostem: quem di:  
 quinto adeptus pugnādi copiam facit. fitq; con-  
 flictus validus, & strages maior quā vt facie  
 credi possit est edita. In fuga quoq; plurimi coe:  
 derunt, ut p̄ter paucos totus hostilis exercitus  
 interierit. Reges etiam ad mū omnes sunt casi:  
 adeoq; scutū est in vītos, ut hominibus subla:  
 tis in equos ferrū exercerū, et currus exureret.  
 Totam deinde regionē peruagatus est, nemineq;  
 audente congregati, expugnabat oppida, & quot-  
 quot ad manus suas peruenirend interficiebat.  
 Iamq; quinto huius belli anno exalto Chana:  
 neorum nemo supererat, nisi si quis in loca munis-  
 tissima confugerant. Iesus autem castris è Gal-  
 galis in montana translatis, sacrum tabernacu:  
 lum in urbe Silunte fixit: quād is locus propter  
 pulchritudinem r̄sus sit idoneus in quo tātisper  
 maneret, dum maior commoditas edificandi tem-  
 plis se praberet. Inde cum omni populo profectus  
 versus Sicimā, altare ita ut Moyses praecepere  
 statuit:

statuit: ex dimisso exercitu, in Garizao monte  
 dimidium eius collocavit, et in Gibale alterum  
 dimidium, in quo altare erat cum Leuitis ac sa-  
 cerdotibus: ubi mactatu victimis, excrations-  
 busq; peractis ex altari insculptis, in Siluntēm  
 sunt reversi. Iesus autem iam senex, cūm vide-  
 set Chananaorū vrbes penē inexpugnabiles, tū Ios. 13.  
 propter situm natura tutū, tum propter munitio 14. 18  
 res ad frustrādōs hostium conatus arte additas:  
 nam cognito Israēlitarū ex Aegypto exitu, ex  
 quād ad spūm excidiū properaret, toto illo tem-  
 pore in muniendis oppīdiū accupati fuerāt: con-  
 ventu populi in Siluntēm inducto concione aduo-  
 cat: cumq; frequens cōcūsus factus esset, res ha-  
 bētēmus fortiter ac feliciter gestas recensuit, qua-  
 les par erat Dei auspicijs à populo religiosissimo  
 geri: reges triginta et vnum ausas manus conse-  
 rterē deuictos, exercitusq; potētissimos prælio su-  
 peratos, et inter pēcōe casos, vā ne reliquia quā-  
 dom generis supereressent. Laterū quoniā ex vrbi  
 bus aliae captae essent, aliae munitiones et ab hoc  
 obstinatiores lōga oppugnatione opus haberent,  
 censuit eos qui ex regione ultra Jordaniē sita in  
 communem expeditionē profecti fuerāt, et pro-  
 pter cognationem socios periculorū se admixce-  
 rare, gratijs prius alii ad proprias fides remit-  
 tēndūs: deinde ex singulis tribubus singulos te-  
 stata probitatis viros eligendos, qui regionē ta-  
 tam permēsi bona fide ex absq; dolo magnitu-

dinem eius remittiarent. In eam sententia istum  
est ab universo populo: moxq; eos viros misit ad  
metiendam terram adiunctis ad eos quibusdam  
geometria peritis, qui properat hanc scientiam er-  
rare ac falli non poterant: hisq; mandata dedit,  
ut estimationem agrorum iuxta bonitatē terrae  
facerent: nam Chanaanæ natura talis est, ut ri-  
dere liceat campos magnos & frugum ac fru-  
ctuum feracissimos, qui collati ad aliam terram  
admodum rberet videri possent: quod si yde ad  
Hierichonitum aut Hierosolymitanum agrum co-  
ferantur iam non magni pretij videbuntur: cum  
camus hi agri parvi sint & bona ex parte mon-  
tanis, sed quantum ad fertilitatem attinet, nullis  
alijs secundi. Hanc ob rem voluit iuxta estimationem  
potius quam iuxta mensurā fortitionem  
fieri, quod nonquam unum ingerum pro milia  
alijs valeat. Decemviri ante huic negotio desti-  
mati perlustrata regione & estimatione terra  
peracta, septimo mense reuerst sunt ad eum in  
Silvam, vbi tum tabernaculi sedes erat. Tum Ie-  
sus assumpto Eleazaro cum senatu ac tribunis  
principibus divisit regionem nouem tribibus &  
Manassitarū dimidiae parti, cniq; tribui pro eius  
magnitudine agrum admetiens: cumq; ad sortes  
rentur esset, tribui Iudea obuenit tota superior Is-  
raela pertinens usq; Hierosolyma: latitudo vero  
eius Sodomiticū lacum attingebat: in hac forte  
ribes erant Ascalon & Gaza. Secundo loca  
Simeon

Simeonis sortita est Iudaea partē Aegypto & Arabia cōterminam. Beniamita deinde regiōne sortiti sunt, qua à Iordane amne usq; mare protēditur: latitudo verò eius patet Hierosolyma inter et Bethela: angustissima autē hec fors fuit propter agri bonitatem: Hierosolyma enim & Hierichonitē acceperunt. Ephrami autem tribus terrā à Iordane usq; Gadara in longis protēsan sortita est, in latū patentē à Bethelis usq; magnum capum. Manassetidis itē dimidia pars agrū à Iordane usq; Dora vrbē, latitudine usq; Bethsana, qua nūc Scythopolis vocatur. Post hanc Isacharis in longum patentē à flumine usq; Carmelum montem, latitudinis verò mons Ieabyrus fuit terminus. Zabulonita usq; Genesaritem lacum terrā Carmelo & mari cōtinuam sunt sortiti. Qua autē regio post Carmelum sita est cōvallis ex re nonen habens tota Aseritis cessit quia ad Sidonem est obuersa. In hac portione fuit vrbis Arce, alio nomine Arctipus. Quae verò ad orientem spectant usque Damascum urbem, & superior Galilee Nephthalitis obigit, usq; Libanō mōtem & Iordanis fontes, qui ex hoc monte oriuntur, qua fīnes sunt Arces vrbis versus septētriones sita. Porro Danite adepti sunt quicquid vallis ad occidentem Solem vergit, Axote & Doris terminati: horū est Iannia & Gitta, & totus ager qui ab Acarone pertingit usque mōtem à quo Iuda tribus initium fecit. Ad hūc modum

modum sex ḡetium à filiis Chananei denominatarum regionē Iesu diuisit, & nouē cum dimidia tribubus habitandam dedit. Amoream enim & ipsam ab rno ex filiis eius dictā Moyses iam ante duabus cum dimidia tribubus diuiserat, ut lib. 4.c.7 supr̄a diximus. Sidoniorum autem, Aracaorum, Amathaeorum & Aritheorū agri nobil ad hanc dimensionē pertinuerat. Ceterū Iesu atate iam defecta cū non valeret cōfilia sua per se exequi, & qui vicem eius gerebat, negligentius Remp. administrarent, pracepit rnicuiq; tribui, ut ex sua forte Chananeorum reliquias tollereret. In hoc enim consistere & ipsorum securitatē, & discipline ac religionis incolumentatē. idq; eos non ex Moysi tantū monitis, sed suomet experimēto dicidisse; deinde ut Lenitu triginta octo destinatas turbes redderent, iam enim decem in Amorea trans flumen acceperat: ex his in tribus profuga receptacula sunt instituta: nihil enim magis erat cura, quam vt nusquā à Moysis prescriptis renederetur: ha fuerunt, in tribu Iuda Hebron, in Ephræmi Sicima, in Nephthalitide Cedèsis, quæ est in superiore Galilea. Post hac quod de præda in reliquum erat diuisit: supererat enim permulatum: vnde nō mediocris diuinitarū accessio & publicē & privatum facta est: tantum erat auri & vestimentorum ac reliqua supellectilis: tantum etiam iumentarū ac pecudū, ut numero cōprehendi non possent. Posthac aduocato in concionem

excr

exercitu, ad eos qui ex regione ultra Iordanē se-  
 ra mā militabāt numero quinquaginta milia,  
 in hāc sententiā locutus est : Quoniam Deus, &  
 pater qui est dominus Hebreorū generis, terram  
 hanc & acquirere dedit ; & in perpetuū man-  
 suram nolis promisit vosq; opem vestram indi-  
 gentibus ex mandato Dei alacriter & impigre  
 præstisisti, equum est cùm iam nihil arduū fu-  
 persit, missione vobis dari, & promptitudine ve-  
 stra non abuti: quandoquidem certi sumus, si in  
 posterum sit opus, nihilo segnissim operā vestrā no-  
 bis paratum fore. Itaq; gratias vobis agimus,  
 quod sociū periculatorū esse voluisti, rogamusq; ut  
 in hāc mutua benevolētia perseveretis, memores  
 iuris et quod vos quoq; vestras possessiones  
 nostris auxilijs parasti, sicut nos ad hanc felici-  
 tatem Deo facente & vobis admittib; perne-  
 nitius, nec id sine vestra opera premo: quādo-  
 quidē ex hac militia ditati estis, multoq; pra-  
 de, auri, & argēti referetis, & super omnia no-  
 stram benevolentiam ad referādam vicem uniu-  
 quam non promptam ac paratā. Nam et Moysie  
 mādāis satiū fecisti, non contempta autoritate  
 mortui, & nabit vobis ad nostrā gratiā prome-  
 rendam reliquū fecisti. Letos igitur vos ad ve-  
 stras possessiones dimittimus, hoc vnū rogatos,  
 ut nullum terminam existimetis cognationem  
 nostram dirimerēt, ne propter flumen medium  
 alios nos putetis quam Hebraos. Omnes min-  
 Abra.

Abraha stirps sumus, qui vel hanc vel illam ripam incolimus, vnuis Deus tamen nostros quam vestros maiores in hanc lucem protulit: cuius leges ac religio per Moysem instituta diligenter obseruanda sunt: hoc enim pacto futurus est adiutor et propitius: sicut contra, si in alienos ritus degenerauerimus, et ipse nos aduersabitur. Hac locus sus et singillatim primatis populoque; in communi dicto vale, ipse quidem eodem loco restitit: reliqua autem multitudo vniuersa cum lacrymis eos deducebat, et a gradi se innicere duellabatur.

1111. Itaque traecto fluvio Rutelis tribus et Gaddis  
Ios. 21 et quotquot Manassitarum eos sunt secuti altare super ripam Iordanis erigunt, monumetum posteru et signum coniunctionis cum reliquis qui ultra Iordanem incolunt. Quo audito apud ceteros Israëlitas, cum altare exstructu scirent, non etiam quo animo, putabant eos nouata religione alienorum numinum cultum velle introducere: et temere haec suspicione violata religionis motu, atra corripuerant vindicaturi patrios ritus, et penas a violatoribus exacturi. Existimabant enim non tam cognationis ac dignitatu earum qui in hoc erant criminis, quidam divinitate voluntatis rationem habendam: atque ita trati ad expeditiōnē se accinserunt. Iesus vero et pontifex Eleazar unus cum senatu consiliebat eos, dicentes verbis prius quidam armis rem aggrediendam, et scilicet quatenus id fecerint: et si forte male animo factū depr

deprehēsum sit, tum demum armis impetendas.  
 Mittunt igitur eō legatos, Phineasem filiū Elea-  
 zari, & cum eo decem honoratos in populo, qui  
 cognoscant quid sibi volentes altare in ripa con-  
 struxissent. Ut verò trahēto flumine, & cōuentu  
 advocate Phineesēs in cōcione constitit: Matis,  
 inquit, vōstrum delictū est, quām ut verbis tā-  
 tum castigari debeat: attamen non culpa ma-  
 gniitudine mortis repente ad arma cōclamauitus  
 ut pœnas sumeremus, sed respectu cognationis,  
 & ea spe quod fortasse admonitione ad sanitati-  
 tem reduci possitis, legationē ad vos suscepimus:  
 ut cognita causa extructi altaris, nō temere ar-  
 massē nos in vos videamus, si pijs rationibus ad-  
 dulci: id fecisti: fin autem in culpa sitis, justam  
 ultionem violata pietatis inferamus. Vix enim  
 credere patiuimus, vos qui perspectā Dei senten-  
 tiā habetis, & legum eius auditores estis, dis-  
 tinctos à nobis & in vestrā possessionē reuer-  
 sos, quam Deo ferre acceptā debetis, cuius prō-  
 uidentia vobis cōtigit, beneficiorū ipsius oblitos,  
 & reliktis tabernaculo, arca, & altari patrio,  
 exterios Deos cōplecti, ac Chananaorū impie-  
 tati accedere. Sed renia dabitur, si resipiscatis,  
 & nō ad maiore insaniam prolabamini, ad de-  
 mesticarū legum reverentia reducti. Quod si in  
 male cōceptis păstinatē persistatis, non gravab-  
 imur ullum labore pro legū defensione justipero,  
 sed ad hanc simili & Dei honorē tenuendū flu-

mine traeſto, pro Chananaeis habitos, non ſecūs  
 atq; illos extermiñabemus. Caue te enim putetis  
 quia extra limitē nostrā eſtis, extra potest atem  
 etiam Dei vos enafſſe ubi ubi eſtis, omnia ſunt  
 illius, nec licet ius eius ac iudiciū effugere. Quod.  
 ſi putatis locū robis ad recte ſapiendum eſſe ob-  
 ſtaculo, preſtat nomam agrorū diuīſionē facere;  
 Et hanc regionē pecoribus compaſtuam relin-  
 quere. Satius eſt igitur ut reſipſcatis, et à noui-  
 tatiibus mutato proposito deſtatis: rogarimusq;  
 nos per ſalutē liberorū ac coniugū, et quicquid  
 habetis cariſimi, ne nobis bellī ſuſcipienda neceſ-  
 ſitatem imponatis, cōtra quos minime volumus.  
 In hac enim cōſcione et cōſultatione ſitum eſt:  
 utrū pace noſtra et vestrī affectionis perpetuū  
 frui miditis, à nobis perſuadī, an nos et vestrā  
 omnia bellī periculis exponere. Postquam haec  
 Phinees dicere dedit, qui cōſcione p̄raerant: pro  
 communis cauſe defenſione hac attulerunt: Viri  
 fratres, nos neq; à cognatione deficere volumus;  
 neq; in religione cauſa nequaquam paenitet, quic-  
 quam intonare. Vnum Deum nouimus Hebreis  
 omnibus comiūnem; Et alioſ eius ierū quod  
 eſt ante tabernaculum, nec aliud unquam noſtrae  
 excepit viſtimas. Nā hoc q̄t̄d nūc ereximus;  
 quodq; vestrā fuſpicioñi anſam p̄ahuit, non ad  
 Deum ſacrificijs placatādū exſtructum eſt; ſed  
 ut perpetuum argumētum exſtis noſtra neceſſi-  
 tudinē, nosq; patria religionis admoveat, non

v. nos.

ut vos suspicamini, violada religionis sit initium:  
 Et hanc fuisse nobis instruendi causam, Deus  
 ipse testis esto idoneus. quapropter meliore post-  
 hac de nobis opinionem habetote, absitque; ut nos  
 affines existimetis ei criminis: cui quisquis ex  
 Abraha posteris se obnoxium fecerit, et a pa-  
 trijs moribus ac ritibus degenerauerit, absque; ca-  
 pitali poena expiari non valeat. His auditis Plie-  
 nees, collaudataque; eorum constantia, reuersis ad  
 Iesum, rem totam apud populum exposuit: qui latu-  
 quod nec delectu opus esset nec civili sanguine,  
 gratias egit Deo per sacrificia: moxque; soluto con-  
 nentu, reuersis ad sua singulis ipse apud Sicima  
 elegit domiciliu. Anno autem post vigesimo iam Ios.23.24  
 decrepitus, accitis oppidatim honoratioribus, et  
 cum senatu magistratibus, tum ex plebe quotquot  
 erat comodus, ubi vidit omnes adesse: primu Dei  
 beneficia in memoriam illis renocat plurima, per  
 que ex rebus afflictis in tantas opes tantamque;  
 gloria peruererat. Hortatur deinde ut dent ope-  
 ram ut Deum in posterum aquae habeant propitiu,  
 cum sciatis eius benevolentiam non alijs retineri pos-  
 se quam pietatis artibus. Suum enim fuisse ut  
 priusquam decederet, illos officij comonefaceret.  
 Postremo roganit ut haec admonitione boni con-  
 suleret, essentque; eius perpetuo memores post haec  
 concione natura debitum exoluit, amo vita cen-  
 tesimodecimo: quorum x l. sub Moyse magistro  
 minister ipsius exegit, et post eius obitum virgin-  
 tis sequinq;

tiquinq; reip. præfuit, vir incōparabili tum pra-  
dentia tum eloquentia, adhac in re imperatoria  
fortis & impiger, nec minus in pace bonus &  
utilis: deniq; in quauis virtute eximius. Sepul-  
tus est in oppido Thamna tribus Ephraemitidis.  
Per idem tempus moritur & Eleazarus p̄tífex,  
Phineesī hæreditariū relinquens sacerdotiū: se-  
pultura eius monumētū impositū extat in urbe.

V. Gabatha. Post horū obitū consultus Phinees  
ad. I à populo de voluntate Dei, cuiusnam foret im-  
perium in bello Chananae: Respondebat, ubere Dei  
ut Iuda tribus ductu bellum gererent, quæ mox  
assumpta Simeonide, his conditionibus rem ag-  
gressæ est, ut sublatis è sua ditione hostium rel-  
iquijs, tum tributarijs, in alterius tribus extir-  
pandis huius generis reliquijs vicem rependeret.

Quomodo post mortem imperatoris Israëlitæ  
neglectis patriis religionibus in extremas  
calamitates inciderunt, & exorto ciuili bel-  
lo ex vniuersis Beniamitis D C. tantū fue-  
re superstites. CAP. II.

**A**T Chananae quorum res tum erant satis  
integrae, cū magno exercitus apud Bezeçā  
urbē eos expectabant, ductu loci regis Adonibe-  
reci: id nōmē Bezeceiorū dominum significat,  
Adoni enim Hebraorū lingua dominus dicitur.  
Hi spem victoriae reponebant in hoc, quod Iesus  
dux Israëlitarum esset defunctus. Adversus hos  
quas dixi duas tribus egr. gie pugnauerū: et ca-  
ses.

sis dece<sup>m</sup> millibus dum reliquos fugientes inseguuntur Adonibez ecū ceperunt : qui manibus ac pedibus trucidatus, agnouit diuinā iustitiā, septuaginta et duos reges antea hūc in modū à se multataos confessus: sic affectū d<sup>r</sup> tulerūt nō longē à Hierosolymis, vbi fato funētū terrae mādauerūt. Deinde circa oppida bellū circūferebat, quorum bona parte capta, Hierosolyma sunt adorti. Et capta inferiore eius parte, omnes habitatores terrae cotrucidauerūt: at superior natura loci munitionibus est defensa: quare oppugnatione in Hebronē translata, vrbeq; vi capta, in oppida nos omnes sicutū est. Apud hos in eam diē superstites erant quidā è gigantū genere, statuta specie ceteris mortalibus disparēs, visu simul auditu horribiles: quorū ossa adhuc ostenduntur, qualia vix credant qui nō viderūt ipsi. Hoc op- Iosue 22  
 pidū Leuitis honoris gratia concessum est cū illis disobus cubitorū millibus: reliquum eius agrum Chalebū dono dederūt, iuxta mādatum Moysēs: fuerat hic unus è speculatoribus, quos Moysēs in Chananaēa premiserat. Habita est ratio Iethra quoq; Madianitē, olim Moysēs saceri, cuius posterrī p̄ger est attributus, quia reliqua patria comites se adiunxerant, & in deserto arūnarū socij fuerat. Expugnatis mō: anis oppidi, in cāpēstris: & m. vitima descendentes prædi: Tæ dua tribus Acalonem & Axotum de Chananais ceperūt. Enasit autem eos Gaza & Accaron, quod in

planicie sita ex abundatibus curribus, invadentes  
se male multatos facile reuictabantur. Atque ita  
haec duæ tribus magnis opibus bello acquisitis do-  
mum se receperunt, & arma deposuerunt. Beniamini-  
za vero in quoru[m] sorte erat Hierosolyma, tribu-  
ro imposito habitatoribus eius pacem dederunt: ex  
in posteru[m] alteri a cedibus, alteri a periculis fe-  
riati, ad culturam agrorum utriq[ue] se cotulerunt Ben-  
iamitarum ex exemplo motu reliqua tribus & ipsa  
idem fecerunt, & tributis coteti pacem Chanaanis  
dederunt. Ephraimi vero tribus cum assidendo Be-  
thelis multo tempore ac labore impreso nihil pro-  
ficeret, in ceptis tam[en] pertinaciter durauit: tan-  
dem comprehenso uno ciuiu[m] qui in urbe importa-  
bat necessaria, fide data & accepta, & iurein-  
rando firmata, intromissos clam ipsum cum fami-  
lia seruatueros, proditione eius facti sunt voti co-  
potes: casisq[ue] reliquis omnibus, prater hos qui-  
bus salus ex pacto debebatur, ipsi posthac urbis  
dominiu[m] habuerunt. Omissio deinde bello Israë-  
litæ omnes agricultura tantu[m] operâ dabat: atque  
ita pace longa emolliti, voluptati magis quam  
honestati studebat, disciplina ac legum diuinariu[m]  
immemores. Quia iniuria Deus connotus per va-  
rem admonet eos non est sua sententia hosti Chana-  
aneo parcere, quamobrem fore ut aliquando per  
occasione pro intepesia clementia crudelitate  
eis reponeret. At illis, tametsi territis oraculo,  
bellum tamen non libebat suscipere, tam quod multa  
est Chan

è Chananao perciperent cōmoda, tū quodd ob lu-  
 scum ad labore non essent idonei, de prauata iam  
 reipub. forma, & autoritate optimatū inuali-  
 da, dum nec senatus vt antè legitur, nec magi-  
 stratus solennes creātur: dumq; relicta cura sta-  
 tus, publici omnes priuatis tantū lucris sunt de-  
 dicti. In tanta licētia perturbatio grauis incidit,  
 ex qua mox bellū ciuale exortum est, quod hanc  
 causam habuit. Vir è plebe Leuitica, in Ephra. Ind. 19  
 mitarū ditione habitans, duxit vxorē natam in  
 oppido Bethleemis, quod ad tribū Iude attinet:  
 hanc cū vehementer ob formā amaret, parā re-  
 spondere in amore agrē ferebat. Hinc orto dissī-  
 dio, mulier continuas expostulationes nō ferens,  
 relicto marito mense quarto ad parentes reuer-  
 titur. Is coactus desiderio, & ipse venit ad soce-  
 ros, quorum opera missis querelis cum uxore in  
 gratiam reuertitur: eo loci quatuor dies exegit,  
 comiter à puella parētibus habitus: quinta cum  
 decreuisset domū repetere, post meridiē iter in-  
 greditur: cunctanter enim parentes filiā dimise-  
 runt, nec nisi meliore diei parte trāfacta: comes  
 erat unus famulus, & mulier vehebatur asina.  
 Cumq; emensi triginta stadia nō longe abessent  
 à Hierosolymis famulus dabat cōsiliū vt aliquā  
 diuerteret: ne si nox iter faciētes oppimeret, in  
 aliquod incommodeū incideret, præsertim propin  
 quis hostibus, cū serotina hora etiā anicorum  
 loca suspecta facere soleat. Marito non placuit

alienigenarum uti hospitio nam Chananaeum tum  
 urbe tenebat, malebatque progressus vigintistadia ad sui generis homines diuertere. in hoc con-  
 sentientibus omnibus, peruenit in Gabam tribus  
 Beniamiticis sero admodum: cumque in foro inue-  
 niret neminem qui se inuitaret ad hospitium, senex  
 quidam è rure domum repetens, Ephramita genere,  
 sed Gabae habitus, casu repertus interrogat, quis  
 nam sit, et cur crepusculo demum cœnam in foro pe-  
 teret. Ille se Lenitam ait, et uxorem à parentibus  
 domum reducere, et in Ephramitarum ditione se  
 habere domiciliū. Tum senex respectu cognatio-  
 nis ac tribus, et quod forte oblatus hospes visus  
 est, ad se deducit hominem. Cataeni vero quidam  
 iuuenes qui mulierculam in foro viderant, mi-  
 rati eius formam; postquam ad senem illum diuer-  
 tisse cognoverunt, contempta imbecillitate et soli-  
 tudine, venerunt ad ianuam: roganteque sene ve-  
 tabilarent, et vim abstinerent ac iniuriā, postula-  
 bant ut exhibita hospita quieti sua consuleret.  
 Cumque ille contraria diceret cognata esse, et Leni-  
 sidem, peccaturos eos graueriter, si propter volu-  
 ptatem leges violarent: iuuenesque iura contemne-  
 rent ac deriderent, cedem minantes si obstare li-  
 bidini eorum pergeret: senex ait, se filiam eis per-  
 mittere, ut saluo hospitali iure cupiditatē exple-  
 rent, volens quantum in se erat tutos ab iniuria  
 praestare, quos exceperat. Illis vero pertinaciter  
 hospitam expetentibus, et hanc omnius accipere  
 voluntib

volentibus, supplex orabat, ne quid contra leges  
 committerent. At illi furentes vi raptam mulie-  
 rem domū abducunt: cumq; ei per totam noctem  
 ad satietatem illusissent, diluculo dimiserunt:  
 quæ ita misere affecta ad hospitium reuertitur,  
 & præ nimio dolore ac verecundia, non audens  
 in mariti conspectu venire, quod hunc indignis-  
 simè rem laturn putaret, humili collapsa expira-  
 uit. Lenita ratus sopore oppressam, & nihil gra-  
 vius suspicans, excitare conabatur, consolaturne  
 eo quod non sponte se ad stuprum præbuisset, sed  
 vi in alienas aedes abrepta. Ut verò defunctam  
 sensit, satis prudenter pro calamitatis magnitu-  
 dine se gerens, cadeuer iumento impositu domū  
 reportat, & mēbratim dinisum in partes duo-  
 decim, ad singulas tribus misit, mandans perfe-  
 rentibus, ut indicarent per tribus qui mulier  
 causa mortis fuerint, & de eorū violentia. Tum  
 verò illi nunquam tali antè viso vel auditio spe-  
 ctaculo ad indignationem grauiter commoti, &  
 insto furore perciti apud Seluntem conuentu fa-  
 ciunt, & congregati ante tabernaculum, Ga-  
 baenos hostiliter armis impetere decernūt. Hūc  
 impetum senatus cohibuit, suadens non ita te-  
 merè cognatis bellū inferendum, priusquam ver-  
 bis agerent de criminibus: quando ne in exteris  
 quidē ob iniuriam acceptam armari leges per-  
 mittunt, nisi legatis prius de satisfactione mis-  
 sis. Rectum igitur esse ad Gabaenos mittere qui

fontes ad supplicium depositant: qui si dedantur;  
 horum pena contentos esse debere: sin contumac-  
 es fuerint, bello in eos vindicandum. Itaq; mis-  
 tantur ad Gabaënos accusaturi eos iuuenes qui  
 vim pudicitiae mulieris intulerat, & postulatu-  
 ri ut pro violatis legibus morte iustas penas  
 dependeret. Gabaëni vero non dederunt iuue-  
 nes, arbitrati sibi pudendum si alienis imperatis  
 metu belli parerent, cum multitudine ac virtute  
 nulli se cedere videri vellent: eratq; magnus  
 apparatus totius tribus, cum ceteri non defun-  
 gredi promitterent, si quis eos vi & armis ag-  
 gredi vellet. Quae postquam Israëlitis a Gabaënis  
 renuntiata sunt, iureirando sanciunt, neminem  
 ex suis viro Beniamita filiam traditur in con-  
 ingē, & acriore bello persecuturos se eam tribū,  
 quam maiores eorum Chananaeos persecuti sunt.  
 Et confestim eduxerunt cōtra eos exercitū qua-  
 dringentiorū nullum armatorū. Beniamita ve-  
 ro habuerunt vigintiquinq; armatorum millia,  
 & insuper sexcentos: ex eo numero fuere quin-  
 genti funditores peritissimi, qui laua manu fer-  
 riebant: itaq; cōmissio apud Gabam prālio, egre-  
 giò vicere Beniamita, casis ex aduersa acie vi-  
 ginti duobus millibus: & fortasse plures cecidis-  
 sent, nisi nox prāliū dremississet: atq; ita Benia-  
 mita leti se intra mœnia receperunt: Israëlite  
 vero in castra insperata clade attoniti. Sequenti  
 die prictum iustauratur, & Beniamitis rursum  
 vincent

vincentibus, decimoëto millia cadunt ex parte Israëlitarum, quo factū est ut castra metu defenserent: profectiq; Bethela, que vrbs non longe aherat, postridie ieiunio peracto supplicauerunt Deo per Phineesem pontificē ut ab ira desistret, & cōtentus duabus cladibus viatoriam & robur contra hostem concederet. Deus verò precibus eorū annuit, & per eundem vate fauorem est pollicitus. Ergo dimisit bifariam copijs, dimidiā partem noctu circa urbem in infidelijs collocant, reliqua in acte producta cum Beniamitis manus conserunt, moxq; ut impares paulatim pedem referunt: eo magis Beniamitæ instant sponte cedentibus, quo longius hostem ab urbe abstraherent, ita ut etiam illi qui urbe propter atatem imbellem relitti fuerant, procurrerent quasi præda futuri socij. Postquam autem fatis longe à moenibus discessum est, Hebrai reuersi in pugnam signum dant insidiatoribus: qui mox coorti cū clamore hostē à tergo inuadunt. Senserunt illi se deceptos, & cùm consiliū in anticipati metu nō suppeteret, in cōnallēm quandā compulsi, circundati expeditioribus qui eminus pugnare assuerat, telis feratū in morē sunt confixi. Sexcenti tantum evaserunt incolumes, qui congregati & facto cuneo, ferociter per medios hostes eruperint, & in monte quendam fuga delati natura loci se tutati sunt: reliqui omnes cederint, numero circiter vigintiquinque militia.

Israëlitæ verò Gabam incenderunt, & mulieres atq; impuberes contrucidauerunt: pari modo & in alias Beniamitarum vrbes sauitis est: adeoq; indignatio iusta eos efferauerat, vt ad expugnādam etiā Iabism Galaditidis vrbē, qua auxilium cōtra Beniamitas negauerat, duodecim selecta millia mitterent: qui potiti vrbe occiderūt tā viros quā mulieres & pueros, seruatis tantio quadringentis virginibus. Tantus erat dolor ac furor ob perpetratū in mulierē scelus, recentibus etiā cladibus exasperatus: qui postquā resedit, subsecuta est pœnitētia, dū vna se tribu diminutos reputat: & quāvis iustis armis oppressos censorēt, vt qui cōtra leges diuinās peccauerāt, ieiunium tamē indixerunt ob eorū exitiū. Sexcētos quoq; illos qui effugerāt, missis legatis revocat: hi petram quandā, quæ Rhoa dicitur, in deserto occupauerāt. Legati verò apud illos tam ipsorum quām suā cladē cōquesti, quod infelīs esse nō posserat, suaserūt aquo ferrēt animo, & ad sui generis reliquos aggredientur, nēne quantū in se esset, vniuersam tribū Beniamiticā irēt perditū. Licere enim illi pace sua tribus totius agros recipere, & prædā insuper quantam possent abigere. At illi agnoscētes suā iniustitiam in isto Deā iudicio dānatā, reuersi sunt in sua tribus ditio nem, parētes suorū hortatibus. Israëlitæ verò derunt eis in uxores quadringētas illas virgines Iabiticas, de reliquis verò deliberabat unde illis

uxores

uxores ad sufficiendā prolē parari possent: cūm enim ante initium belli iureiurando cautus esset, ne quis filiā in Beniamiticam tribum elocaret, non deerant qui negligendū id sacramentū consulerent, quod ab ira profectū esset, nō à iudicio. Non ingratam rem deo fore si quo modo prouideatur ne integra tribus pereat: & periuaria non quando necessariò sunt periculosa esse ac graviora, sed cūm ausu malitioso committuntur. Cūm vero senatus suclamatione periurij mentionē abomina retur extitit quidā qui diceret habere se cōsiliū, quomodo saluo iureiurando Beniamitis uxores possent contingere. Proferre deindē id à senatu iussus: Singulus, inquit, annis nobis mos est apud Siluntem ad celebritatē conuenire, in quo comitatu sequuntur & cōiuges & filiae. Harū quotquot potuerint, rapere Beniamitis impune sit, vobis nec iubentibus nec prohibentibus: quod si patres earum agrè tulerint, & vindictam postulauerint, dicemus ipsoſ in culpa esse, qui filias negligenter custodierint: & quod non oportet ira m Beniamitas nimis indulgere, qua iam antē plus satis contra consanguineos ſint uſi. In hanc ſententiam conſeſsum eſt, decretumq; ut liceat Beniamitis uxores rapto querere. Inſtantē autem feſto ducenti illi bini trinūe ante urbem insidiabantur aduentantibus virginibus inter vineta & per alias latebras: illa vero nihil ſuſpicantes inſitando ſecrè iter faciebant.

LXXXVII

Iuuenes autē coorti dispersas corripiebant: atq; hoc pacto quæstis nuptijs, agriculturae insudantes, dederunt operam, vt ad pristinā felicitatem aliquando redire possent. Quo factū est, vt Beniamitarū tribus que minimum ab internecione absuit, prudenti hoc Israëlitarū consilio seruaretur, moxq; magnis incrementis tam numero quam opibus est aucta. Hic finis fuit belli Beniamitici. Nec felicior per idē tēpus fuit Dania-  
**VII. Iud. 18** na tribus, tali fortuna vsa. Israëlitis iam desuetis armorū exercitio, & in colendis agris tantum occupatis, Chananei in contemptū gentis collectorunt copias: nō quod sibi timeret, sed vt illata Hebreis aliqua memorabili clade, securius in posterū suas urbes habitarent: & coniuratione facta, magnoq; numero peditū armato, adiunctis etiam curribus, Ascalonem & Accaronem in forte Iuda sitas in partes suas traxerunt, & alias plerasq; campestres ciuitates: ita vt Danitæ in montana cōpellerentur, ne pedē quidem ubi poneret in campestribus habentes. Qui cūm nec bello essent pares, nec pro numero satis agrorum haberent, miserunt ex suis quinq; viros in mediterranea, dispecturos nūquē locū inuenireb̄ deducendis colonis idoneū. Illi à cāpo magno. Sidonis iter unius diei progressi, nō longe à Libano & minoris Jordani fontibus inuenito agro bono ac fertili, rem totā suis renuntiant: qui mox cum exercitu illo profecti considerunt urbem Dana, cognom

cognominem vni è Iacobi filijs, & à sua tribu  
denominatam. Israëlitarum autem res in dete-  
riis prolabebantur, quod neq; ad labore se exer-  
cerent, neq; pietatem colerent: luxato enim resp.  
statu, magna licentia pro suo quisq; libito vine-  
bat, ut domes̄tica Chananaeorum vitia iam so-  
tam gentem impunè inundarent.

Quomodo propter impietatem in Assyrio-  
rum seruitutem à Deo populus Israëlia-  
rum est traditus.

C A P. I I .

**H**anc ob rem irato Deo, felicitas populi Ind. 3  
multis laboribus acquisita, per luxum ac  
voluptatem breui disperijt. Bello enim à Chusar-  
the rege Assyriorum petiti, & in acie multos  
amiserunt, & oppidatim infestati, aut vi aut  
deditione in potestatem eius venerunt. Tributis  
deinde iniquioribus grauati, & alias varias in-  
juriias ferre sunt coacti per annos octo, quibus  
exactis in hunc modum sunt libertati restituti.

Libertas per Cenizum redditā. C A P. I I I .

**E**& magnanimus, hic oraculo monitus, ne  
pateretur Israëlias diutius tales miseras per-  
ferre, sed ut ad audiendū pro libertate accēdere-  
tur, ascitus paucis quibusdam periculorum socijs,  
quos præsentis status tædebat et mutatū cupie-  
bant: primò præsidū suis à Chusarthe impositū  
interficit, tantumq; primus successus valuit, ut  
in dies crescēte suorū numero, iam aperto marte  
hosti

hosti pares viderentur: itaq; congresso cum hoste  
uno prælio se in libertate asserunt, reliquæ fusi  
et fugati exercitus ultra Euphratēm se reci-  
piunt. Cenixus verò egregie nauata opera pra-  
mium principatum à populo accepit, nomine  
Iudicis: in quo postquam annos quadraginta  
exegit, vita defunctus est.

Quomodo populus rursum à Moabitis est subim-  
gatus, &c per Iode è seruitute exētus. C. A. V.

VIII. **P**ost cuius mortem vacante principatu, res  
Ind. 3 Israëlitarum rursum in peius ruere cœpe-  
runt: idq; tanto magis, quod nec Deo debitum  
honore, nec legibus obediētiā exhiberet: quæ res  
in causa fuit, ut Eglon Moabitarum rex oppor-  
tunos ad iniuriam ratus, bello adoriretur. Exce-  
perunt tamen eum aliquot prælijs, sed omnibus  
victi ferocia posita iugū acceperunt, tributarij fa-  
eti. Rex vicit translatō Hierichu: tē domicilio,  
modis omnibus plebē vexauit, ita vt in summa  
miseria per annos X V I I .degeret. Deus autē  
calamitatibus corū et supplicationibus flexus,  
à dura dominatione eos liberavit in hunc modū.  
Iodes filius Geræ, tribus Béiamitica, inuenis ad  
quodvis egregium facinus et animo et vtraq;  
manu ex æquo promptus, habitabat ipse quoque  
apud Hierichuntē. Is in familiaritatem Eglonis  
se insinuauit, crebris munieribus hominē sibi con-  
cilians, et eo nomine amicis etiā regiis gratius.  
Accidit vt semel cum duobus famulis dona fe-  
rens,

tēs, pugione prius subter fagū ad dextrū femur  
 accinctus, ad regem introgreder. nr: erat autem  
 astas ex diei mediū, quo remissius agebatur cu-  
 stodia, partim propter astū, partim satellitibus  
 occupatis circa prandium. Iuuenis igitur oblatis  
 Egloni muneribus, qui tum in astino quodā cu-  
 biculo morabatur, cōfabulari cū eo cœpit. Erant  
 autē soli, quia rex familiariter cū Iode colloca-  
 turus famulicū ablegauerat, sedebatq; in sella,  
 & Iodes verebatur ne fallēt iētu plagā non fa-  
 tis lethale inferret. Inbet igitur eū surgere, dicēs  
 habere se somniū, quod ex Dei mandato regi sit  
 indicandū. Cumq; ille audiēdi cupidus alacriter  
 assurrexisset, Iodes inflicto in cor pugione, &  
 relicto in vulnere, exiuit clausis prius foribus: re-  
 gū famuli interim quiescebat, dormire eū putan-  
 tes. Iodes verò Hierichūtūs re clam indicata, au-  
 torē se illis libertatis vindicādā præbuit. Illi ve-  
 rò libenter hac accipientes, & ipsi confessim ar-  
 ma capiebāt, & cornicines per totā eam regio-  
 nem dimittebant: sic enim illic multitudinē cō-  
 cari mos erat. Eglonis autem domesticos diu la-  
 tuit quod acciderat. Sed cū iara adue, erasset,  
 veriti ne quid noui homini accidisset, ingressi  
 sunt in cubiculū: cumq; mortuū inuenissent, ha-  
 rebant inopes consilij, & priusquam satellitiū cō-  
 globaretur, Israēlitarū turba superuenit: ex his  
 pars in vestigio confoduntur, pars alia, circiter  
 milia decē, fuga Moabiticā regionē petunt: Eos

Isra

Israëlite præoccupato Iordanis transitu, in funga intercipiebant: maximè circa ipsa rada, ita ut ne unus quidē in columnis euaderet. Atque ita Hebrei Moabitarum imperiū excusserunt: lode autem huius felicitatis auctori is honor consensu mul: iudicatus est habitus, ut confestim princeps declaratus sit: cum principatū per annos octuaginta obtinuit, vir alioquin etiā laude dignissimus: post quē Sanagarus Anatli filius electus in imperium, vix toto vertente anno vitam finiūt.

Quomodo sub Chananeorum imperium redacti, &c per Baracū in libertatē sint repositi. C. VI.

I X. Israëlitæ verò, quos præterita calamitates iniurias. Thilo castigatores reddiderant, in pristinam impietatem atq; inobedientiam relapsi priusquam satis à Moabitica servitute respirassent, imperio Iabini Chananeorum regis subiugati sunt. Is regiam habens apud Asorū, quæ vrbs sita est super Samachonitem lacum, peditū alebat milia trecenta, equitū decem, præterq; currus bellicos habebat ter mille. His copys præfetus Sy-sares primus inter amicos regios, congressus cū Israëlitis in tantam desperationem res illorum adduxit, ut libenter incolumentatem tributaria servitute paciscerentur: quam per viginti annos ferre sunt coacti, præ nimia servitute caput non audentes attollere, etiā Deo sic volente, quò nimiam gentis contumaciam & ingratitudinem retunderet. Qui tandem resipiscentes. & agnita cala

calamitatum causa, nimirum quod à legi contemptu profici serentur, Deboram quandā prophetidem adeunt, (nomen hoc apem Hebreis significat) rogantes, ut precibus Deum ad miserationem flectat, ne ita patiatur eos à Chanaanais opprimi. Deus autem ex auratus salutē illis annuit, imperatore designato Baraco, viro tribus Nephthalitudiis: eius nomen interpretatur fulgur. Debora autem accersito Baraco, iubet eum delictu habito, & conscripto decem millium virorum exercitu in hostem ducere. Satis enim esset tot ad victoriam, quam Deus oraculo promiserit. Baraco verò negante se accipere imperium, nisi & illa vna secum administratura id esset: illa commotior, Tu, inquit, mulier cedis honorem, quem Deus te habere voluit, ego verò non recuso: & conscriptis decem milibus, castra posuerunt ad mötem Itabyrium. Occurrit mox eodem Sisares, rege suo sic iubente, & non longe ab hoste cum exercitu confedit. Baracum autem & Israëlitas multitudine hostium territos, & in tutiora se recipere volentes, retinuit Debora, insitq; eadem die praelio decernere. Victoriam enim penes ipsos fore, & Deum subsidium & opem allaturum. Itaque commissa pugna vellemens imber mixtus grandine superuenit, quem ventus in aduersos Chananæorū vultus ingerens & prospectum adimens, inutiles eorū iaculatores ac funditores reddidit: atq; etiā scutati manib[us]

nibus rigidibus præ frigore gladios vix retinebant. Israëlitas verò tempestas à tergo imminēs non solum minus offendebat, sed alacriores etiā faciebat, manifestatio Dei præsentis ac fauentis signo accēsos. Itaq; rupta aduersa acie, turbatiq; ordinibus, ingentem hostium stragem ediderūt: atq; ita pars telis Israëliticis cadebant, pars à suomet ipsorum equitatu ac curribus protrebātur. Sysares verò vt vidit suos terga revertere, desiliens à curru, fuga delatus est ad quādam mulierem Cenetidem, nomine Ialen, qua latebras petentem excepit, & potum poscenti lac acidum exhibuit: quod ille cum avidius ingurgitasset, insomnum est solutus: quem Iale aggressa, ferreum clavum sopito per tempora adegit malleo, moxq; Baracianis superueniētibus, solo affixum ostendit, atq; ita mulier iuxta Debora præ sagium autor fuit victoriae. Baracus autem dubcens ad Asorum, Iabirum obuiam factum interfecit, & cæso rege, ac urbe solo aquata, quadraginta annis imperium Israëlitarum denuit.

Quomodo Amalecites deuictis Israëlitis regiōnē eorū per septē annos vastauerūt. C A. V I T.

x. **D**efunstis autē Baraco & Debora eodem  
Iud. 6 fere tempore, paulo pōst Madianitæ sociis  
Amalecitis & Arabibus expeditionem contra  
Israëlitas fecerunt, & congregati ausos magno  
prælio vicerunt: rastatisq; frugibus prædans  
abegerunt. Cumq; idē per continuos septē annos  
face

faceret. Israëlitas in montana cōpulsos campestris solo cedere coegerunt: qui speluncis & subterraneis adficijs excavatis, quicquid hostium violentiam evadere poterat, intrō receptū afferabant. Nam Midianitæ per astatem facientes expeditionem, hyeme agros colere Israëlitas per mittebant, ut possent denuò labores eorum vastare. Itaq; in perpetua fame ac egestate viuebant, nec iam rullum supererat præsidium, nisi in precibus ad Deum & supplicationibus.

Quomodo Gedeon populū liberavit. C. VIII.

**P**er idem tempus Gedeon Iali filius, unus ex Ibiem primatibus tribus Manassetidis, manipulos frugum clām in torcular comportatos flagellabat: non enim ausus est propter hostem propaglām hoc in area facere. Cumq; spectrū ei adolescentis specie se obtulisset, & felicem ac Deo charum appellauisset: respondens, Hoc, inquit, mea felicitatis argumentum est maximū, quod torculari nunc vtor pro area. Illo contrà iubente ut bono esset animo, & de libertate vindicāda cogitaret, negabat fieri posse: nam & tribū suam cuius alteri cedere numero, & se iuuenem esse, & tam arduis negotijs imparem. Deus autem quicquid decesset se suppleturū pollicebatur, & victoriam Israëlitis daturū, modò ipse imperiū assumere nō grauaretur. Hanc rem Gedeon cum quibusdam iuuenibus cōmunicauit, qui libenter credētcs oraculo, sine mora effecerunt, ut præstā

essent decem millia militū, ad quiduis pro liberi-  
tate audendū paratissima. Gedeoni autem Deus  
in somnis apparēs, dixit, homines tali esse inge-  
nio, ut sibi placentes nemini velint virtute ce-  
dere, & victoriā sibi potius quam Deo tribuāt,  
nimiriū magnis copijs freti. Ut igitur sciant rem  
totam pendere ab ipsis auxilio, iussit ut circa  
meridiem cum astus feruet maxime, exercitum  
ducat ad flum̄, & quotquot procumbentes bi-  
berent, eos viros fortes crederet: quotquot autem  
trepide ac tumultuarie potum sumerent, sic exi-  
stimaret, eos metu hostiū hoc facere: quod post-  
eaquam ita ut iussus est fecit, trecenti inuenti  
sunt cum perturbatione aquā sumere, casis ma-  
nibus ori admonendo, imperauitq; Deus, ut his  
assumptis hostem inuaderet. Gedeone vetò solici-  
to, quia mandatum acceperat à Deo, noctu illos  
adoriri volēs ei metū omnem eximere, iussit ut  
assumpto uno milite, clam accederet ad Madia-  
nitarum tentoria, ab illis enim accepturum occa-  
sionem fiduciae. Vadit ille quō iussus est, uno tā-  
tum comitante famulo: cumq; ad quoddam ta-  
bernaculum adrep̄sisset, offendit insomnes in eo  
milites, & quendā cōmilitoni narrantē somniū,  
ita ut à Gedeone quoq; exaudiri posset: erat au-  
tē tale. Visus erat sibi videre massum hordeaceā  
præ rilitate homini fastidiendā, per castra pro-  
uolui: & primō regis tentoriū, mox ceterorum  
omniū proflernere. Qui respondit interitū exerci-

tus significari, addes unde hoc ita colligeret: Inter omnes, inquit, fruges hordeū est sine cōtraxerū  
sia viliissimū: & inter omnes Asiaticas gentes  
non facile reperias viliorē quā hodie sunt Israē  
litæ, ut merito conferri possint hordeo, Hi nūc,  
autore Gedeone, cōtraxerūt copias, & res nouas  
moliuntur. Ergo quia dicis te vidisse illā mas-  
sam tentoria nostra subuertente, vereor ne Deus  
Gedeoni triumphū de nobis cōcedat. Gedeon au-  
tem auditō hoc somnio plenus bona spē & fidu-  
cia, edicīt suis vt omnes in armis essent, edoc̄tis  
de visione quā in castris hostiū audineraſt. Fece-  
runt illi quod imperatū est, accensi hoc signo  
ad quidvis laboris aut periculi subeundiū. Tum  
Gedeon circa quartā fermē vigiliam suos in ho-  
stem dūcit trifariā in tres cohortes diuisos: erāt  
autem centenariæ, gerebantq; singuli amphoras  
vacuas, & in eis faces ardentes, vt clam posseñt  
hostem inuidere nihil tale expectantem: & in  
dextris cornu arietinū vice tubæ. Hostium ca-  
stra late patebant, eo quod camelorū magnū nu-  
merum haberent: & cūm iuxta gentilitates di-  
stributi tenderent, omnes tamen intra eundem  
ambitum continebātur. Hebrei verò à duce an-  
te pr̄emoniti, cūm iam non longè ab hoste abe-  
fserint, dato inter se signo cornibus sonantes, &  
confractis amphoris, sublatoq; militari clamore,  
certi Deum adesse Gedeoni, cum facib⁹ in ca-  
stra impetum faciunt. Qua arte, accedentib⁹

divinitus nocturnis terroribus, tanta inter semel somnes consternatio exoritur, ut incomparabiliter plures mutuis vulneribus, quam hostili ferro caderet, quod diversae linguae homines eadem castra haberent: semel enim pauro confusi, omnes obvios pro hostibus trucidabant. Tanta cedus & Gedeonis victoria rumor ubi ad catros Israëlitas peruenit, correptis armis fugientem hostem insequuntur: quem adepti circa loca torrentibus impedita harentem circumueniunt, & quotquot ad manus venere occidunt, interq; ca  
Jud. 8 teros reges etiam duos, Oribum & Zibum. Qui vero superfuere duces cum reliquis exercitus fermè decem & octo milia hominum, quantu potuerunt procul ab hoste castris locum ceperunt. Nec Gedeon defessus cum totis copijs eò prooperat, & iterum congressus postremo hoc confilietu ad unum omnes trucidat, & reliquos duos duces capit, Zebim & Hezarbonum. His prelijs casa sunt Madianitarum & caterorum Arzabum, qui eis auxilio venerant, circiter centum viginti millia: præda etiam magna, auri, argenti, textilium, camelorum & iumentorum Hebrewi sunt potiti. Gedeon vero reuersus in patriam Ephram supplicium sumpfit de Madianitarum regibus. Caterum Ephraemi tribus iniquo animo ferens Gedeonis bonam fortunam, bello eum petere decrevit, eo quod inscrys ipse hostem esset aggressus. Gedeon vir in omni virtu-

te summus, modestè respōdit, se non suo arbitra-  
tu hostē absq; illis aggressum, sed iussu diuino.  
Victoriā tamē nihilo minus illorū esse, quā suā  
ipsorum qui militassent: atq; his verbis sedata  
eorū ira, nō minus profuit Hebreis quā rebus p-  
spere gestis: obstitit enim ne ciuile bellū exorire-  
tur. Huius tanē superbiae tribus hæc poscas de-  
dit, sicut suo loco dicemus. Porrò Gedeō cū vellet  
imperiuū deponere, cōpulsus est id retinere p an-  
nos quadraginta dicens ius et litibus fniēdu oc-  
cupatis, populo ratū habēte quicquid ille in eas-  
sis controversis pronuntiaret. In senecta deinde  
mortuus, apud Ephram in patria sepelitur.

Quomodo aliquot successores Gedeonis cum  
gentibus circumquaque finitimis bella  
gesserunt. C A P. I X.

**H**abuit autem filios legitimos quidem se- x 1.  
ptuaginta, non ex uno matrimonio, susce- Iud. 8.9.  
ptos, notū verò rnum ex concubina Druma, cui  
nomē Abimelechus. Is defuncto patre profecta  
Sicima, vnde mater fuit oriunda, adiutusq; à ma-  
teris cognatis pecunia, cum rideret malis arti-  
bus insignes, & ad quodvis facinus promptos,  
vna cū eis ad paternas aedes renersus, omnes fra-  
tres interemit excepto uno Iothane: hic enim fu-  
ga incolumente quasiuit. Abimelechus autem  
occupata semel tyramide, omnia pro suo libitu,  
nihil iuxta legū præscripta gerere, omnibus iu-  
stitia defensoribus iniurias aq;ue ac infestus. Itaq;

dum quodā tempore publica in Sicimis festiuitas celebratur, ad quam plebs vniuersa conuenerat, frater eius Iothanes, quē fuga seruatū diximus, consenso monte Garizco qui Sicimis imminet, et sublata voce vt ab omnibus exaudiri posset, silentiū ei populo prabēte, rogauit vt pauca verba audire dignaretur. Cumq; illi magis etiā si-lerent intenti, dixit quodā arbores olim humana voce r̄sa, in cōuentu ad id habito roganerūt fi-cum, vt imperiū in eas acciperet. Recusante au-zem illa, quodā cōtentā honore quem propter fra-ctus suos percipiebat, nō requireret al:um: arbo-res nō destiterūt principe querere: visumq; est, viti hūc honore deferre. Ea verò totidem verbis quoit ficus recusauit, & simili modo etiam olea. Itum est deinde cum eisdem postulastis ad rubū, cuius lignū ad ignaria valet. Is respōdit: Si serio me regem poscitus, sub umbra mea requiescite: sin autem insidias mihi struitis, egrediatur ignis ex me, et absumat vos. Hac, inquit Iothanes, nō risus mouēdi causa vobis fabulor, sed quia ma-ximi beneficūs à Gedeone affecti, sustinetis Abi-melechū necatis fratribus principatū usurpare, cuius ingenii nihil ab igne differt. Hec locutus recessit, & per trienniū in latebris mōtiū vixit, Abimelechi potentiam fugitans. Nec ita multo pōst, Sicimitæ penitētia ducti eorum que in filios Gedeonis patrauerant Abimelechum ex urbe & tota tribu expulerunt. Ille verò cogitabat quomodo

quomodo ciuitate aliqua clade afficeret: cumq;  
instaret vindemia, nō audebat colligere fructus,  
metuentes ne quid incomodi ab Abimelecho ac-  
ciperent. Forte per eosdē dies cōtulerat se eo cum  
armatorū manu & cognatis quidam princeps  
nomine Gales hūc exorauerūt Sicimita ut tan-  
tisper sui custodiā susciperet, dū vindemia per-  
agitur: caperuntq; securè fructus conuehēre, &  
per sodalitia cūnantes audebant aperte in Abi-  
melechum cōittia iactare. & principis cognati  
dispositis circa vrbē insidijs, multos ex Abime-  
lechianis in eas precipitos interficiebant. Ze-  
bellus verò quidam e Sicimitarum primatibus,  
hostes Abimelechi, per nuntium ei significauit,  
quomodo Gales populum cōtra ipsum irritaret:  
hortatus etiā ut insidias ei ante vrbē tenderet,  
se enim Galem illō adducturū: atq; ita fore faci-  
lē ut inimico gratiam qualem meretur referat:  
quo facto curaturū se, vt eum populo recōciliet.  
Cumq; Abimelechus locū insidijs aptum cepi-  
set, & Gales cum Zebello in suburbanis negligē-  
tiis ageret, conspectis repente armatis exclam-  
mat, Zebelle hostē video. Illo respōdente, umbras  
esse captiū: iam propiores cernēs, Imò nō um-  
brae sunt, inquit, sed virorum cohors. Ad hac Ze-  
bellus, Nōnne tu Abimelecho ignauiam obūcis?  
quin igitur ostendis qui vir sis, & armis homi-  
nem agredēris? Gales verò turbatus excipit pri-  
mū impetum: cumq; suos inferiores animad-

uerteret, amissis aliquot, ceteros intra mœnia recipit. Zebellus arrepta occasione, calumniatus eum quasi volens male pugnasset, effecit ut urbe pelleretur. Ceterum Abimelechus cognito quod Sicimitæ ad vindemia reliquæ exituri essent, insidias circa urbem disponit: cumq; prodissent, tertiam suorum partem occupare portas iubet, ne ciuibus redditus in urbe pateret, ceteri vero dispersos circumueniunt. Itaq; ubiq; plurima cedes patrabatur: & urbe capta primo impetu ac solo aquatae, saleq; in ruinis eius seminato, tum demum militem inde abduxit: atque ita Sicimitæ sunt deleti. Quotquot autem per regionem dispalati periculū euaserat, collecti denuo petra quadam occupata, locum natura munitione muro insuper cingere volebat. Sed hoc consilium præuenit Abimelechus, qui quamprimum id cognovit, exercitū eō adduxit: & arrepto fasce arido, insisq; ceteris idem facere, breui petrā strue lignorum circumdedit, subiectoq; igne, & fomētis ingestus flammarum ingētem excitauit, ita ut nemo evaderet, sed una cum uxoribus & liberis absurserentur. Numerus virorum fuit circiter mille quingentos, prater imbellem turbam satis magnam tale fuit Sicimitarum exitium: dolore dum sanè, nisi quod meritas penas dederunt ingratiitudinis erga virum optimè de se meritum. Abimelechus autem Israëlitis Sicimitarum intermissione perterritis, videbatur nō fore presenti fortuna

tana contentus, neq; prius conquieturus quā  
vniuersos perderet: mox enim exercitū ad The-  
bas duxit, & capto ex incursu oppido, circa tur-  
rim quādā restitit, quaē quōd esset nō mediocris,  
populo fuit receptaculum. Hanc expugnaturus  
cūm propius ianam accessisset, mulier fragmi-  
ne mola demissō caput subeuntis ferit: ad quem  
ictum humi collapsus rogauit armigerū vt se oc-  
cideret. ne mulieris manus perīsse diceretur: quo  
facto fratribus debitas impietatis penas exsol-  
uit, simul & crudelitatis, qua in Sicimitas vſus  
est: quaē quidē clades iuxta Iothanis præ sagium  
illis accidit: ceterū exercitus duce mortuo, mi-  
les in suā quisq; domos reuersus est. Israëli- x II.  
tarum deinde gubernacula Iairus Galadenus de Iud. 10  
tribu Manasse tide suscepit, vir tum rebus cete-  
ris, tū numerosa prole felix: triginta eisq; filios  
habuit, equites egregios, & Galadene oppido-  
rum principes: is cum viginti & duos annos in  
principatu vixisset, iam senex defunctus, in Ca-  
mone urbe Galadene est sepultus. Res autē He-  
braorū rursum in peiore statu erant, legibus au-  
toritatē suā non amplius obtinētibus: qua oc-  
casione arrepta Ammanite & Palæstini cum  
valido exercitu regionē eorū ingressi, omnia ra-  
pinis vastabant: & occupatis locis ultra Jordani-  
em, trājcare flumen & reliquā regionē inua-  
dere parabāt. Hebrei verò calamitatibus casti-  
gati supplices openo diminā implorant, et victi-  
mis

mis numen placare conati, rogabat ut iram finiret, aut certe moderatus exercebat. Deus autem iam propitius, auxilium eis non negauit. Igitur

Iud. II Ammanitis Galadenam cum exercitu ingressis, incola eius regionis obuiā illis cū armis veniunt, sed imperatore carebant. Erat autē quidā Iaphthes, vir patris virtute celebris, qui proprios milites alebat: ad hūc missis nuptijs rogabat ut in auxiliū veniret, promittentes se perpetuum copiarū imperiū ei tradituros. Ille nō admisit preces, causatus quod nullā opē ei tulerint, dū a fratribus manifestā iniuriam pateretur. Cū enim non esset eadē matre natus: sed extrema quā pater amore captus in aedes induxerat, contempta eius solitudine eiecerūt hominem: tunc autem in Galadena degebat, omnibus quotquot ad se venirent stipēdia soluens tandem exoratus, & in reiurādo accepto imperium copiarū penes se fore, militē suum cum eis cōiunxit. Et cū mature quicquid factō opus erat prouidisset, exercitu in urbe Maphaca collocato, misit legatos ad regem Ammanitarum, expostulatū quod res alienas inuaderet. Qui missis alijs oratoribus respondit, ipsos potius inique agere, qui Aegyptiorum fugitiui alienis bonis incubarēt: postulatq; ut de regione Amoraea decederent, que ad maiorū suorū ditionem pertineat. Cōtrā Iaphthes negabat eum meritō queri de adepta quondā Amoraa, sed magis gratiā debere pro Ammanitide relicta:

relicta: potuisse enim Moyſen & illā occupare.  
Se verò agris nequaquam cessurū, quos annis iam  
trecentis Deo volente tenuiſſent, & potius litens  
hanc armis d̄i remptum. His dictis legatos di-  
misit: ipſe votum fecit, si victoria potiretur, fa-  
cificaturum se quicquid domū reuerso primum  
occurriſſet: cogressus deinde cū hoste vicit egre-  
gię: fugientesq; persecutus est vsq; vrbe Mania-  
then: & ingressus regionē Ammonit idem multas  
vrbes deleuit, præda militi cōcessa: fineq; servi-  
tuti imposuit, quam sua gens per annos decē &  
octo pertulerat, fortunatior militi & quā domi-  
Redeunti enim obuiā facta est filia virgo, pra-  
ter quā nulos alios liberos habuit. Ingemuit pa-  
ter, iētus dolore nimio: dein cōquestus de impor-  
tuno officio, indicauit victimā esse Deo deſti-  
natam. At illa non illibenter accepit, gratula-  
toriam ſe fore pro victoria patris & ciuium li-  
bertate hostiā. Vnum rogauit, ut ſibi liceret iu-  
uentutē ſuam cum aequalibus per bimeſtre tem-  
pus deplorare, atq; ita voto patrem ſoluere. Quo  
impetrato, ad præfinitū terminū pater macta-  
tam holocausta obtulit, neq; legitimum, neq;  
Deo gratum ſacrum faciēs, nec quicquam penſi.  
habens quid fama de hoc factō locutura eſſet.  
Petitus post hæc bello ab Ephrāmi tribu, quod  
ſine illis in Ammanitias expeditionē feciſſet, &  
nunc ſolus præda ſimul & gloria frueretur: pri-  
mo excuſauit, nec ignorasse eos quod consangu-  
nei

nei bello premeretur nec auxiliū attulisset, quod  
vel nō vocatos ferre decebat. Ultro deinde accu-  
savit, quod iniquè facerent, qui non ausi hostem  
aggredi, nunc contra cognatos serocirent. Postre-  
mò minatus est, pœnatis sibi Deo volēte datus,  
si insanire pergeret. Ut verò nihil se verbis pro-  
ficere sensit, accito è Galadena exercitu venien-  
tes excepit: plurimisq; in cōflietu cæsis, & post-  
quam in fugam versi sunt, premisis qui vada  
Iordanus occuparent, intercluso effugio, circiter  
quadraginta duo millia hominum peremit: ipse  
expletis sex principatus annis defunctus sepeli-  
tur in patria sua Sebei, quæ sita est in regione  
Galadena. Huic in principatu successit Apsa-  
nes, natus è tribu Iudea, ex Bethleemis oppido:  
huic liberi fuere L X. mares & X. x. totidem dete-  
rioris sexus quos omnes superstites reliquit, has  
nuptias, illos uxoribus cura & opera sua cōiun-  
ctos: cumq; nihil memorabile in principatu se-  
ptenni gessisset, admodū senex diem obiit, in pa-  
tria sua sepultus. Helon post huc assumpsit prin-  
cipatum, tribu Zabulonita: quo per decennium  
functus, nec ipse quicquam gessit memoratu di-  
gnum. Qui deinde successit Abdon Elielis filius  
tribu Ephræmita, ex urbe Pharathone, nihil  
præter numerosam prolem habet memorabile,  
alioqui per summam securitatē & pacem, qua  
sub eo floruit, nulla data est ei rerum fortiter &  
gloriose gerendarum occasio. Filios habuit qua-

draginta, nepotes triginta, atq; egregijs equiti-  
bus septuaginta comitatus circumueniabantur,  
quos omnes superstites reliquit. Mortuus est iam  
senex, & in Pharaone magnificè sepultus.

De Sampsonis fortitudine, & quanta mala

Palestini fecerit.

C A P. X.

**P**ost huius mortem Palestini superauerunt Iud. 13. Israëlitas, & tributa ab eis exegerunt per annos quadraginta. Ab ea miseria liberati sunt in hunc modum: Manoches quidam vir inter XII L. Danitas optimus, & patria sua sine controvressia princeps, uxorem habuit eximia pulchritudine, suscipienda supra omnes eius etatis foeminas: ex qua cum nihil liberorum susciperet, aegreferens orbitatem, in suburbanū suum, quod erat in capo magno, cum uxore vélitans, crebris precibus solicitabat Deum, ut daret sibi liberos. Insaniebat autem in uxore p̄ amore, eratq; vehementer Zelotypus. Cumq; aliquando sola ageret mulier, spectrū se illius oculis obtulit angelus Dei, specie innenis pulchri & magni, latum nuntium afferens, fore ut favore Dei nascatur eis filius, pulcher & insigni robore: qui ubi ad virilem atatem peruerenter, compescendam esse ab eo Palestinorum insolentiam: insitq; ne capillarium ei detonderetur, vtq; Deo sic volente ab omni alio potu abstineret, sola aqua contentus: postrem addens à Deo se missum abiit. Illa marito versio angelī verba indicat, mīrè prædicās inuenis

nis statuam & pulchritudinem, ita ut vir sali  
laudatione motus ad xerotypiam, non nihil de  
vxoris pudicitia male suspicari inciperet: que  
volens hunc mariti stultum moerore adimi, sup  
plex Deum rogauit, ut iterum angelum mittere  
dignaretur, quo ille a coniuge etiam posset con-  
spici: & impetrata hac gratia, rursum in sub-  
urbano versantibus apparuit angelus soli mu-  
tueri: illa rogabat ut paulisper maneat dum virum  
adducit: quo permittente, cum Manoche mox ad  
eum revertitur: quo viso, ne tum quidem suspi-  
cari desij: rogauitq; ut sibi quoq; eadē indica-  
ret. Illo respondente, satis esse quod mulier sciat:  
iubet quisnam esset dicere, ut nato filio referre ei  
gratiam & munus aliquod donare possint. Ne-  
gavit ille sibi opus muneribus, nec enim horum  
causa de filio latum se at: ulisse nuntium. Cumq;  
iterum rogaretur, ut saltem hospitalem tractatio-  
nem admitteret, non annuit. Tandem exoratus ut  
paulisper maneret, dñs aliquid affertur, cum ma-  
etasset hedē Manoches, coquendumq; vxori de-  
disset, paratus omnibus iussit deponi in petra, &  
panes & carnes absq; vasculis. Quo facto, vir-  
ga qui gestabat carnes attigit, confestimq; flam-  
ma emicante cū panibus absumptae sunt, & an-  
gelus summo tanquam vehiculo in celum ascendere  
ab eis visus est. Manoche autem solito ne quid  
periculi immineret ex aspectu numinis vxor bo-  
na iubet esse anima, affirmans magno suo bone-

Deum

Deum se vidisse: cūq; concepisset, diligēter mar-  
data retinuit. Nato deinde infanti Sampson est  
nomen inditū, quod robustū significat: qui mox  
egregia animi ac corporis indole præditus, pro-  
missio capillitio vicitusq; sobrietate diuinū nef-  
cio quid pra se ferebat. Cūq; adolevisset, comita-  
tus parentes in Thamnam vrbe Palestiniorm Iud. 4  
conuentus tēpore, implicitus amore puella indi-  
gena, rogauit suos parentes, ut id coniubium pro-  
eucrarent. Quibus excusantibus quodd̄ diversi es-  
sent generis, quodq; religio vetaret eiusmodi nu-  
ptias, vicit iuvenis pertinacia, effecitq; ut virgo  
sibi despōderetur. Crebrò deinde sponsam inter-  
uens, in itinere in leonē incidit, nec tamen eius  
occursum declinavit, licet inermis: sed nudis ma-  
nibus adortus belua fauces elisit, eiusq; cadaver  
in dumetū via vicinū abiécit. Aliquot post die-  
bus eandē viā ad puellā remetiēs, offendit ex-  
amen apum melificare in leonis pectore, & sum-  
ptis inde tribus fauis, eos cum ceteris muneribus  
adamat & obtulit. Ad nuptias deinde celebrandas  
Thamnitas cōuocat, qui quod vires eius haberet  
suspectas, honoris specie triginta asseclatores ex-  
equaliū numero iuvenis adhibent, iussos obserua-  
re nequit auderet. Cōuiuis deinde ut fit hilares-  
centibus, ait se quæstionē propositurū suis soda-  
libus, quā si intra sex dies solueret, cniq; sindonē  
se dat urū & tunicā: qui tum quodd̄ sagaces ri-  
deri euperet, tum quodd̄ lucru nō fastideret, iubet

cum propone. Ille, Ex voraci, inquit, cibus prædiit, & ex immitti suavitas. In his explicatis cū besissem triduo nec proficeret, puellā ag gredum sur minis simul & precibus, ut expiscata secretum ē marito indicū sibi faceret. Ille repulsis alī quandiu blāditijs, cū rogādi finē nō ficeret, & lacrymās gratā se illi negaret, tandem nihil suscipiens rem totā de leone aperit, & unde tres illas fauos naibus fuerit: illa inuenibus prodit omnia. Ergo cū p̄finita solvenda questioni dies adficeret, ante solis occasum conuenientes: Neq; leone, inquiunt, quicquā occurrēti immittius, neq; melle gustati suamius. ibi Sampson subiecit, neq; muliere dolosus, qua robis questionē nostrā aperuit. Nihilominus illis persoluit qua promiserat, spoliatis quibusdam Ascalonitis quos forte per viā inuenit obnios: sed iratus mulieri remisso numerio res suas sibi habere iussit ac gerere. At puella contempta ut vicissim illi moueret stomachum, nupsit eius sodali qui priores nuptias conciliauerat.

Hac contumelia cōmotus Sampson, decreuit de tota gente paenam sumere, & commodum maturis segētibus tēpus iam messis aderat. Ergo cōprehensis trecentis vulpibus, & facibus ad causas earū annexis, per arua Palæst inorū omnes dimisit, quibus passim disurrentibus totus frugis prouentus momento ferè temporis concretus est. Quo cognito gētis principes, & quid Sampsonem ad perpetrandum facinus mouerit

rit, missus in hoc Thamnan satellitibus, uxorem quondam eius cum cognatis, damni dati reos prius factos, viuos exusserunt publicè. Sampson autem in Palæstinos latè gravatus cædibus, ad habitandam Actam se contulit: ea est petra bene firma, in tribu Iudea sita. At Palæstini totam tribum bello impetunt: quibus bellū deprecātibus, quod nec Sampsonis culpa essent affines, nec de solenni tributo quicquam diminucrēt, respōsum est non absoluendos ab hoc crimine, ni Sampsonis deditiōne facerent. Illi voletes hanc suspicionem à se amatam, armatis tribus milibus ad petram veniunt: & expostulantes quod suis facinoribus Palæstinos Hebrais infensos redderet, qui irritati facile possent toti genti magnā aliquā clamē repēdere: dicentesq; in hoc se venisse. ut cōprehensum illis dederēt, postulabant ut consensu ipsius facere hoc sibi liceat. Qui iure invando accepto nihil præter ea molituros, sed hosti tantum deditiōne faciēdā, descendens de petra in cognata genti potestatem se permisit: & illi vincitum prius duobus funibus, Palæstini tradendū ducebant. Cumq; ventū esset ad locū, qui obscurus ante, nūc ex Sampsonis facinore inclinuit, M. ixil la nominatus, nec procul abessent à castris hostium, procurrentibus obviā Palæstinis, & latitiam re ex sententia gesta cl. more testantibus: Sampson abutis repete vinculis, arrestāj; macolla asini qua forte incēbat p̄e pedibus, in me

dios hostes irruit:qua feriēs quotquot assequi potuit, circiter mille imperfectis ceteros metu dare terga cōpulit. Qua victoria plus satis elatus, & opidum a immemor, cū totū sibi tribueret, quod maxilla tantū armatus fudisset ac fugasset hostiles copias: ingēti siti oborta, confessus nihil esse quātūlibet vires humanas, Deo victoriā acceptā retulit: supplexq; rogauit ut arrogatiā data venia, succurreret, & periculo se extineret. Nec irrita fuere preces, sed copiosus fons subito ē quā dā petra prorupit: loco Maxilla nomen Sampson imposuit, quod in hodiernū usq; durat. Post hoc pralii, iam Palestinos cōtemnēs venit Gazā, et

Iud.16 in publico diuersorio egit. Quo audito Gazaeorū magistratus, ne clā abire posset, stationes pro portis collocant. Sampson verò qui insidias maturè senserat, circa medianam noctē surgēs, portas cīmū ipfis claustris ac vectibus ceteroq; paratu revulsas, & humeri impositas in mōte qui est supra Hebronē perlatas depositus. Paulo verò post à patrūs institutis desiscere, & in peregrinos mores degenerare incepit, quod ei omnium malorum fuit principiū. Cū enim meretricē quādā Palæstinā adamasset, nomine Dalalē, consuetudine eius dilectabatur. Quatnōbrē qui apud Palastinos rerū potiebātur accedūt eā, & magnis pollicitationibus inducūt, vt eliciat ē Sampsonem causam tāti roboris, propter quod inuictus habetur ab hostibus. Assensit illa, & cum prima o-

caſe

casio data est, inter eomportionē & mulieres  
 blādicias extollēs eius res gestas omni astu vte-  
 batur vt cognosceret cur tātopere virtute excē-  
 leret. Sampson vērō adhuc mētis cōpos eisdē ar-  
 tibus cōtra mulierē vītēs: si septenī, inquit, viti-  
 bus flexilibus reuinctus fuero, strā nihil alijs for-  
 tior. Tacuit illa, rē ita se habere pūtās: cōmuni-  
 catoq; super hoc cū magistratib; cōsilio, inclu-  
 saq; in penitiore domīs parte manu militū, be-  
 ne potum ac sopitum accurate ab ipso didicerat  
 vīnxit: deinde excitato indicat adesse quosdam  
 qui illū vellēt aggredi. Ille ruptus virges vincu-  
 lis ad resistendū se expedit. Mulier tūc frustrata  
 paulo post aliam opportunitatē nacta, granibus  
 querelis aggressa est virum, quod amāti nō satis  
 fidēs, celaret ea id, quod maximē scire cuperet,  
 ac si nesciat tacere, quicquid alios scire amatio  
 suo nō expedit: rursumq; simili figmēto elusa est,  
 cum septē funibus alligatū perditurū se vītes dō-  
 ceret: experta enim hoc quoq; nihil effecit. Cōq;  
 vīgere nō desisteret, tertio mulierem ludificatus  
 est, dicens capillos suos oportere impletī licio,  
 atq; ita parari vincula. Ac nc hoc quidē verum  
 experta, postremō adhibitis omnibus artibus nō  
 prius rogandi finē fecit, quā fatali iā necessitate  
 instantē, vīctus importunitate Sampson in gratiā  
 muliercula suā ipse secretum prodidit: Deus, in-  
 quīt, mei curā habet, & eius prouidentia natus  
 hāc comā alo, cuius tensurā ipse mihi intermi-

natus est: nā in eo capillito totas sibi vires cōfīstere. Hoc cognito, nescienti comam derasit, & hoc pacto imbecillem factum inimicus prodidit, repugnare amplius non valentem: illi orbatus oculus & vincū abduxerunt. Procedente deinde tempore cūm iam capillus repullularet, cumq; solenne Palæstinis adesset epulum, confidentibus optimatibus in quodam fano cuius tectum duabus columnis sustinebatur, accitus est e<sup>r</sup> Sampson, ut misero inter compotandum illuderent. Qui hoc extremum malum existimans quòd illūsores vlcisci non quiret, iubet puerum, a quo matu ducebatur, ut ad illas columnas se acclinet, iam, ut tum simulabat, defatigatū: quibus admotus, sic eas locutus, ut subuersa totus adīscū ruinam traherent, qua crīa milia hominum surit oppressa, & inter ceteros ipse Sampson. Hic finis viri fuit, exacto principatus anno vigesimo, admirandi ob incomparabilem animi simulac corporis fortitudinem, qua in hostium perniciem vsq; ad extremum halitum vsus est. Nam quòd à muliere deceptus est, humanae infirmitati imputari conuenit, prone ad eiusmodi vitias cetera dignus sempiterna memoria virtutis nomine. Cognati vero eius cadaver in patriam reportatum, apud Sarasam oppidum monumento maiorum intulerunt.

Quomodo filij sacerdotis Elis à Palæstinis  
in prælio sunt exst.

CAP. XI.  
Post

**P**ost Sampsonis autem obitum profuit Israëlitis xxi. i. Elis pontifex, in cuius principatu fames va Ruth. i. lida eam regionem invasit: quam non ferens Abimelechus Bethlemorum ciuium, quod oppidum est tribus Iudea, assumpta uxore Naami, & filiis communibus Chellione & Mallone, in Moabiticam terram migravit: cumque ibi prospera fortuna vtere tur, filii suis uxores dedit eius gentis foeminas, Chellioni Orphä, Ruthem Malloni. Ex anno ante decennio Abimelechus cum filiis brevi tempore alius post aliū obiit: quo casu Naamis in maximum macorem coniecta, desolata à charissimis quorum consuetudine amori patriæ prætulerat, mutato pro re consilio reuerti ad sua decrevit: iam enim res patriæ in meliori statu esse perceperat. Nurus autem eius non sustinebat ab ea diuelli, & velit nolit comitari eam volebant. At illa precatu eis felicius coniugium, quam in quo cum filiis suis vixissent, & in reliquis rebus prosperitatem & docens quod in se nihil esset opis, rogabat ut manerent, neque relicta patria in eventum incertum sequi miserā socrum cuperent. Hui monitis Orpha paruit: Ruthē verò nolentē manere, cuiusvis fortunam futuram sociā secum socrus abduxit. Quae postquam vna peruenerunt Bethlema, Bozus Abimelechi cognatus eas excepit hospitio. Cumque Naamis à ciuibus suo nomine appellaretur, iustius, inquit, vocaretis me Mara: significat autem Hebraorū sermone Naamis felicitate,

Ruth 2 Mara dolorē. Et cūm effet messis tempus, Ruthē  
 permīssu socrus exibat ad spicilegiū, vt cibos si-  
 bi pararent, c. i. suq; in Boz̄s rus deuenit: qui cūm  
 paulo post supermenisset, cōspicatus puellā, de ea  
 villicū percōtatur. Is denarravit omnia domino,  
 que paulo ante ex ipsa cognouerat: qui exoscu-  
 latus in ea benevolentia erga socrū, & affectū  
 erga defunctū maritū, noluit spicilegio contentā  
 esse, sed permisit vt sibi p̄si meteret quātū posset,  
 ac sumeret: mādāmitq; villico, ne eā prohiberet,  
 & vt vna cō messoribus prādiū ac potū ei prā-  
 beret. Ruthē vero acceptā ab eo polētā seruauit  
 socrui & vespere cū frugibus collectis simul at-  
 zulit: (sed & Naamis seruauerat sibi quasdam  
 partes ciboriū, quos ei vicini contulerant) narrat  
 deinde socrui, quid ei Boz̄s dixerit: auditoq;  
 ex ea quod cognatus effet, & propter pietatem  
 forsitan curā earū habiturus, exiuit etiā sequētō-  
 bus diebus ad spicilegium cum Boz̄s ancillis. Post  
 aliquot dies iā hordei tritura peracta venit Bo-

Ruth 3 rus in suum rus, & cubabat in area. Hoc cogni-  
 to cogitauit Naamis in rem ambarū fore si Ru-  
 the cū eo cubaret: misitq; eō Ruthē dormituram  
 ad pedes eius: que nefas rata non parere socrui,  
 fecit quod iussa est. Ac primō non sensit hoc Bo-  
 z̄s altū dormiēs, sed circa mediā noctē exper-  
 rellus: sentiensq; eā vna cubare, quæsivit quenā  
 effet. Edidit illa nomen, & famulā se in eius po-  
 seitate dixit. Tacuit ille tum, sed mane summo-  
 priusquam

priusquam famuli ad opus surgeret, excitatam  
 iussit hordei quantū ferre posset capere, & pri-  
 usquam ali quis eā ibi dormisse videat, ad socrū  
 redire: cauendos enim tales rumores, maximè si  
 nō de nihilo oriātur. Ceterū meū, inquit, cōfiliū  
 est hoc: rogabis eū qui tibi propinquior est quām  
 ego, antea xoro opus habeat: quod si aiat, seque-  
 ris eum: si minus, mea legitima cōiux eris. Hec Ruth 4  
 verba vbi renūtiavit socrui, bonā spē habuerūt,  
 Bozo res earū cura futuras. Circa meridiē verò  
 reuersus ille in oppidū, senatū coire fecit, ac mox  
 Ruthem & cognatū illū accinit. Qui postquam  
 venit, Abimelechi, inquit Bozus, & filiorū for-  
 tem possides. Fassus est alter possidere se, idq; in  
 re propinquitatis. Tum Bozus, ergo nō ex parte  
 tantum legū meminisse oportet, sed omnia iuxta  
 prāscriptū earū facere: Ecce adest mulier, quā si  
 vis possessionē agrorū retinere, lex te ducere in-  
 bet. At ille Bozo & sortem & mulierem cessit,  
 quādoquidē & ipse defunctoriū esset cognatus.  
 Sibi enim iam & vxore esse & liberos. Id Bo-  
 zus apud senatū cōtestatus, iussit mulierē acce-  
 dere illum, & iuxta legē calceū ei detracatum in  
 faciem incutere: quo facto Bozus duxit Ruthē,  
 & anno elapso natus est illus infans masculus:  
 hunc Naamus nistricās Obedem de cōfilio mulie-  
 rum nominauit, sibi in senectute constitutae in-  
 seruiturū: nam ea vox Hebraicā inservientem si-  
 gnificat. Ex Obede prognatus est Iessus: ex hoc

David rex: qui posterio suis regnum reliquit per  
 viginti & unam etates duraturum. Hac neceſſe  
 habui de Ruth narrare, volens Dei potestiam  
 ostendere, cui facile est etiam vulgares homines  
 ad amplissimam dignitatem perducere, sicut  
 perduxit Davidem ex mediocribus maioribus  
 & v. oriundum. Porro Hebrei per hoc tempus re-  
 g. Reg. 2 bus suis iam labantibus, bellum Palæstinis infe-  
 runt ob causam talem: Eli pontifici duo filii fue-  
 runt, Ophnes & Phinees: hi contra omne ius  
 & fas omnia sibi licere volebant: nec contenti  
 honorarijs muneribus, etiam à rapinis non absti-  
 nebant: mulierum infuper, religionis ergo con-  
 fluentium ad sacrum locum, pudicitiam vel vi  
 vel donis expugnabant, ita ut nihil à tyranno-  
 rum maribus differrent. Hanc insolentiam iu-  
 senum & pater ipſe magnopere detestabatur,  
 diuinam ultiōrem nunquam non expectans, &  
 populus iniquissimè ferebat. postquam autē illorū  
 exitium Deus & patri & Samueli proprie-  
 ta etiamnum puero prædixit, tum verò non ali-  
 ter quam defunctos filios lugebat. Sed priusquā  
 de clade in qua sunt. absumpti dicam, quedam  
 de hoc propheta narranda sunt. Helcanes Leuita  
 vir ingenuus Ramatham urbem in forte Ephra  
 mitarum habitans duas uxores habuit, Annam  
 & Phenannam: ex quarum posteriore liberos  
 suscepit, nihilominus alteram quanquam steri-  
 tem diligens. Is cum sacrificatum venisset in Si-  
 buitem,

lumentem, ubi tunc Dei tabernaculum fuisse dicimus, & de epulo partes uxoribus ac liberis distribueret. Anna videns alterius liberos cum matre confidentes, in lacrymas prorupit, admonita orbitatis & solitudinis: cumq; consolationem mariti non admitteret, atq; in tabernaculum supplicatura, votumq; factura, atlata sterilitate matrem factam primum filium se consecraturam, ad ministeria Dei non vulgari more educatum. In huiusmodi precibus longas moras protrahentem animaduertens Elias pontifex, qui ante tabernaculum sedebat, tanquam parum sobriam iussit abire. Quæ cùm respondisset, aquam se potare, sed mestam quod liberis careat, precibus à Deo sterilitatis remedium petere, bono animo eam esse insit, pollicitus habituram ex Dei munificentia filium. Tum demum hilaris ad maritum reuersa, cibis antè præ maiore fastiditis rusa est: in patriam deinde reuersa, breui uterum gerere coepit: mox ubi pariendi tempus aduenit enixa filium, Samueli nomen indidit, quasi dicas exceptum à Deo. Cumq; parentes gratias acturi Deo pro accepto filio, & sacrificaturi redissent, simulq; decimas ex more afferentes, mulier vota rea puerum Eli tradidit, Deo consecratum, prophetamq; futurum: itaq; & comam alebat, & aqua tantū in potu ritebatur, degebatq; circa fāmū, cuius ministerijs educabatur, Helsana autē alij

alij præterea filij ex Anna nati sunt, & filie tres Porro Samuel ex alto anno etatis duodecimo prophetam agere cœpit. Quadam enim nocte dormiente Deus nomine vocauit. tum ille ratus a pontifice se vocari, accurrit ad eum. Quo negante a se vocatum, Deus idem tertio fecit. Tum Eli rem perspiciens ait: Ego mi Samuel nunc quoque ut antè filui, sed Deus te vocat: quapropter præsto esse te responde. Itaque rursum Deo vocante, roganit quid iuberet, paratum se ad ministerium offerens. Tum Deus, Quando, inquit præsto es; audi imminere Israëlitis clamorem maiorem quam credibile est, & filios Eli ambos una die perituros, & sacerdotium meum migraturum in familiam Eleazar. Eli enim plurimi fecit suos filios quam meum cultum, idque ne cum ipsorum quidem commodo. Hoc oraculum cum ab adiuvato extorsisset pontifex, aliqui se non contristatuero, certioreram iam expectationem exitus filiorum habuit. Samuelis autem gloria magis ac magis crescebat, omnes eius

XVII. predictiones veras euētu approbante. Per idem  
 I. Reg. 4 tempus Palastini suscepta expeditione contra Israëlitas, castrametati sunt apud urbem Amphecam: & nemine ibi occurrente, ulterius processerunt: tandem congresi prælio, Hebraeorum circiter quatuor millia peremerunt, reliquis trepidi in castra compulsi. Quamobrem Hebrei periculum extremum instare putantes, mittunt ad

ad pontificem atque senatum, qui postulerent arcam in aciem proferri, ut eius praesentia fratri hostem superent, ignari eum qui sententiam semel aduersum eos tulerat fore ut vincerentur, maiorem esse quam arcam, qua propter ipsum erat veneranda. Venit igitur arca in exercitu, & cum ea pontificis filii accepto a patre mandato, si amissa arca vincere sustineant, ne unquam in conspectum sibi veniant: quorum Phinees iam sacerdotio fungebatur, patre propter senium honorem concedente. Vehementer autem Hebreis arca animos addidit, victoriam in hac fidem existimantibus: contra hostes metuebant ne arca Israëlitis esset praesidio: atamen retrorumque expectationem cœnitus fufellit. Nam post conflictum sperata Hebreis victoria, Palæstinis contigit: & quam cladem huius muerant, eam Hebrei passi, cognoverunt frustra se in arca fiduciam collocauisse: namq; primo impetu in fugam sunt auerti, in qua triga- ta hominum milia sunt amissa, inter quos pontificis filii ceciderunt, & arca quoq; in hostium potestatem denuit.

**Q**uomodo Elius andea filiorum cæde, & arce amissione proculatus de throno explorauit.

C A P . X I I .

**H**AEC cladem & arca captitatem post- ibidem. quam in Silunte Beniamita, quidam iuuenis agrè fernatus è prælio renuntianit, tota urbe

urbe repleta lucis, Elis pontifex, qui ad alteram  
 portam sublimis in sella sedebat, audito ciuitatu,  
 suspicatus id quod res erat, noui aliquid malum  
 suis accidisse, iumentem accersit: cumq; audisset  
 euentum pralij, tam militum quam filiorum cla-  
 dem satis equo animo tulit, ut quis Deo prae-  
 tante iam ante hac prascinerat: Solent enim  
 longe grauius afficere qua prater expectatione  
 accidentur. Ut verò etiam arcam in hostium po-  
 testate factam cognouit, insperato malo ictus,  
 & doloris impatiens, prolapsus è throno exha-  
 lauit animam, vita anno nonagesimo octavo,  
 principatus quadragesimo. Eadem die Phinees  
 quoq; alterius è filijs uxor obiit, non valens su-  
 peresse mariti infortunio. Peperit ea filium se-  
 ptemestrem quidem, vitalem tamen, cui ob ac-  
 ceptam ignominiam Ioachabes fuit nomē, quam  
 ea vox apud Hebraeos significat. Primus autem  
 hic Elis ex Ithamari familia, qui fuit alter  
 Aaronis filius, pontificatum obtinuit: nam ante  
 in Eleazaris familia fuit hoc sacerdotium, quod  
 filius à patre per manus accipiebat: ille enī  
 Phineesi id tradidit, quod mox filius & suc-  
 cessor eius Abiexeres filio suo Boeiae reliquit:  
 ab hoc Oxus filius eius accepit, post quem Elis  
 sacerdotio potitus est, de quo nunc loquimur:  
 quod manis eius generi r̄sq; ad Solomonis tem-  
 pora, quando ad Eleazaris familiam rursus  
 rediit.

FL. IO S E P H I A N T I  
 Q V I T A T V M I V D A I -  
 C A R V M, L I B E R  
 S E X T V S.

Quomodo Palestini peste & fame coacti  
 arcam Hebreis remiserunt. CAP. I.

**P**ARTA de Hebreis victoria, sa. I. Reg. 9.  
 craq; arca, quemadmodum diximus, capta: Palestini cum ceteris spolijs Azotum eam referunt & in fano Dei sui Dagonis inter donaria collificant. Sequenti verò die manè venientes ut adorarent Deum suum, inuenierunt eum è basi excidisse, & primum prostratum ante arcam: quod agre ferentes, in pristinum locum eum reponunt. Cumq; sapient illuc accedentes, semper prostratum & adorabundum reperirent, stupor maximus ac perturbatio totum populum invasisit. Postremò gravissima pestis Azotiorum urbem atque agrum adorta est. correpti enim dysenteria crudiabiliter moriebantur nonnulli interanea vitiata morboq; corroso euomebant. Ager vero totus scatebat muriibus, qui omnia vastantes, nec segetibus parcebant, nec ceteris fructibus. His calamitatibus Azotij presi, nec valentes amplius tolerare intellexerunt arcam in causa esse, & victoriam cum eiusmodi spolijs lucuosam sibi contigisse. Misera

igitur

igitur ad Ascalonicas, postulantes ut arcā in ipso  
rū urbē transferrent: qui nō grauatum Azotio-  
rum legationi annuentes, cupide arcā ad se rece-  
perūt, moxq; eisdē, quibus illi, malis laboraue-  
runt: cū arca enim simul etiā calamitates sunt  
translatæ. Itaq; hinc quoq; ablegata est ad alios,  
sed ne apud illos quidem permanfura: agitatis  
enim eisdē pestibus, ad vicinas vrbes eam trā-  
mittebant: atq; in huic modū quinq; Palæstino-  
rum vrbes permagata est arca, veluti tributum  
per singulas pñnam violata religionis exigens.

I. Reg. 6 Quæ defessa tot malis, & alijs exemplum facta  
ne arcam reciperet talia hospitiū præmia refe-  
rente, nihil superesse videbāt, quam ut bono aliō  
quo modo à se eam ablegarent: & cum cōuenis-  
sent quinq; ciuitatū principes, Gittæ, Accaronis,  
Ascalonis, Gazæ & Axoti, dispiciebant quid fa-  
cto opus esset. Ac primum visum est remittēdam  
esse arcam ad suos, cuius captiuitatem Deus ul-  
cisceretur, quum tot mala simul cū ea regionem  
ingressa homines & agros vastare non desināt.  
Nec defuerūt qui huic sententia contradicerent,  
negantes hac imputanda captiuæ isti arca: cuius  
si tanta vis esset, aut si omnino Deo carafuis-  
set, nunquam illam in diuersæ religionis hominū  
manus deuenire permisisset: suadentesq; ut hos  
casus a quo animo ferrerent, & sic cogitarent,  
hac omnia non aliunde quam à natura proue-  
nire: qua & corporibus, & terris, & plantis,

& ceteris potentiae sua subditis per certas temporis vices huiusmodi mutationes ingenerare solet. Sed vicit sententia probata prudentiae hominum, qui tunc aptiora ad propositum negotium censere videbantur. His neque remitti arcā placuit, neque retineri: sed pro quinq; ciuitatibus quinque statuas aureas dedicari Deo in testimonium gratitudinis, quod eius favore seruati essent ex ea peste quam humanae remedij evadere fuerit. impossibile: & totidem mures aureos addi illis semiles qui agris vastitatē intrulerunt. His omniibus in loculis inclusis & super arcam impositis plaustrū ei nouū fabricari vaccas deinde nuper enicas plaustro subiungi, inclusis domi earum ritulis, ne sint impedimento matribus, & ut factus desiderio magis properent: ipsas vero deduci in trium arcā vehētes, atq; ibi relinqui, ut quamcumq; velint viā meāt. Et si quidē ad Hebraorū regionē se verterint, ad eāq; petixerint, credere arcā fuisse calamitati causam fin alio deflexerint, retrahēdas ex itinere, indubitate argumēto nihil in hac inesse viriū. Hoc cōsiliū omnibus calculis est approbatū, quod mox opere sunt exsecuti, & paratis quae diximus, productoq; in trium plaustro ac ibi relicto ipsi retrorsum discesserūt.

Victoria Hebraorū ducta Samuelis. C. A P. I I.

**V**Accis autem veram viam ingressus, & Ibidem.

recta non aliter quam si dederetur tendentibus, principes Palastinorū sequebātur, cu-

gientes

pientes cognoscere quò peruenirent, & ubi plan-  
 strū sisteret. Vicus est quidā in tribu Iuda, nomi-  
 ne Bethsama: huc postquam venerūt vaccæ, ta-  
 met si pulchrā plantiē ante se haberet, ulterius  
 tamē nō sunt progressæ, sed ibi plaustrū statue-  
 runt: ad quod spectaculū à vicinis mox cū gra-  
 zulatione est cōcursum. Cūm enim esset astas, et  
 fruges ex aruis cōportaretur: vt viderūt arcā,  
 præ gaudio mittentes opus è manibus, ad plau-  
 strū illud properabāt. Demptā deinde arcam, &  
 vas quod statuas illas ac mures cōtinebat, in pe-  
 tra cadā que in capo exstebat, deposuerunt: &  
 accitis victimis peractoq; sacrificio splēdide epu-  
 lati, plaustrū simul ac vaccas holocausta Deo  
 ficerūt: quo viso principes Palæstinorū retro ad  
 suos sunt reuersi. Caterūm indignatio Dei Beth-  
 samitas inviasit, ex quibus septuaginta occidit,  
 quod cūm nō essent sacerdotes, profanis manibus.  
 cōrectare arcā sunt ausi: que res letitiā vica-  
 norum novo luctu nō nihil obscurauit, è magis,  
 quod suos nō fatali morte, sed diuinavltione ex-  
 tinctos desiderabant: quamobrē indignos se du-  
 centes qui hospitiū arca praberet, mittunt nunc-  
 tios ad uniuersos Hebraos, qui certiores faciant  
 de arca à Palæstinis reddita. Ili re cognita  
 transferūt eam in Cariathiarim, urbe vicinam  
 Bethsamitis, atq; ibi apud Aminadabū quēdam  
 Leuitā, opinione religionis ac iustitiae celebrē, in  
 aliis eius locis collocant, idoneū sacrario locum exi-  
 stimantes.

stimantes, ubi vir iustus haberet domiciliū. Cura arca cōmissa est eius filiis quam per viginti annos cū summa laude gesserūt: tot enim annos in Cariathiari mansit, quatuor solis mensibus apud Palæstinos detenta. Cumq; populus toto II hoc vicennio votis & sacrificijs opera daret, magnumq; religionē & cultus diuini curam p̄ se ferret, propheta Samuel animaduersa eorū prōptitudine, putans se nactū occasionē adhortandi ad libertatē, & bona quae illam sequuntur orationē & tēpori accommodans & negotio, verba in hāc sermè sententiā ad eos fecit: Viri Israēli-tæ, quandoquidē nec hostis infestus esse desinit, & Deus vestris precibus flexus propitius esse incipit, oportet nō votis tantū libertatē expetrare, sed eā totis viribus inēubere, ut vel nūc tandem illa potiri cōtingat. Caue te ergo ne vestris met moribus hac indigni reddamini, sed pro se quisq; colat iusticiā: expulsiq; omnibus vitijs ex animo, purgatas mētes ad Deū cōvertitē, & in eius veneratione constanter perseverata: hec enim facientibus breui omnia bona venient, & in primis noua libertas, & victoria de hosti-bus: quae neq; armis, neq; robore corporū, neq; copiarū multitudine consequi licet: nō enim his rebus Deus præmia proposuit, sed probitati ac iustitia: qui vestrā expectationē nō fallet, mihi crede. Hanc adhortationē alacris populus faustis acclamationib; excpit, promptū se offerēs ad

omnia quaecunq; Deus velit ac inbeat. Samuel autē edixit ut convenirent in oppidum Masphatim, que vox conspicuum significat: ibi hausta aqua libauerūt Deo, & indicio unius diei ieiunio publicè supplicatiū est. Nec latuit Palastinos Hebreos circa Masphatim congregari, sed cōfessim cū magno exercitu affuere, sperātes se illos nec opinos posse opprimere. Quapropter trepidē ad Samuelē concurrūt, confidim̄ dubijs rebus pententes, nihil dissimulantes non esse sibi satis vel virili vel animi ad cōfigēdū cū tam posēte hoste, à quo toties victi discessis̄: & libēter quic tuos si liceat, ne vltro sibi perniciē accersere vē deat̄ur. Cōuenisse se ad supplicationes & sacrifica, vtq; sacramento ad militiā adigerētur: nūc imparatus & inermibus imminere hostē, vt nullā spes salutis superfit, ni Deus à propheta exorat̄us periclitātes in tutelā accipiat. Ille iubet eos securo animo esse, neq; enim auxiliū Dei defores & mactato agno lactēte, rogat̄ Deū ut in se spe rātes protegat̄, et à vi Palastinorū tutos faciat̄: nēne patiatur iam iterū ab eodē hoste cladē accī pere. Hac vīctima egregie lītatum est, & Deus præsens ac propitius insigne vīctoriā annuit. Sed priusquā totā flamma absumeret, nondū sacro peracto, hostis in conspectu aciem explicat̄, rem factam se habere putās interceptis Iudeis imparatus ad pugnam, & tantum non inermibus, vt qui non in hoc in eum locū convenerant. At longē alē

gē aliter accepti sunt quām crederent, etiam se quis p̄dixisset. Primum enim terra iubēte Deo sub pedibus eorum intremuit, & vacillante vestigio nutabant, nonnulli etiam in improviso hiatus prolabebantur: deinde fulminibus crebris attoniti, & ignitis fulgoribus oculos ac manus semiostulati, ut ne arma quidem retinere possent, in fugā spem totā ponebant: cum subito Samuel in perturbatos irruit, cæsisq; plurimis, reliquos vñsq; Corraeos (id loco nomen est) persequi non destitit: & fixo ibi suæ victoriae fugacq; hostium termino, qui trophai vice esset, appellauit eum Fortem, in signum donatæ à Deo contra hostem fortitudinis: qui post hanc cladem nō quām bellū instaurare est ausus, sed cohibēte metu & accepti incomodi memoria intra fines suos se continerunt: & inuersis rerū vicibus, eorū ferocia in partes victorijs transiit. Nec his cōtentus Samuel, crebris expeditionibus & multis cædibus eos vastavit, donec omnino superbia gētis perdonaret. Agrū etiam quem prælio victis Iudeis abstulerant, quām latè inter Gittam & Accaronē patet, armis recepit. Reliqui verò Chanañai pacem co tempore cum Israēlitis habebant.

Quomodo Samuel deficiētibus per etatē viribus, rerū administrationē lilijs suis cōmisit. C. III.  
**S**amuel autem rebus populi compositis, & iuridicis cōuentibus per certas urbes institutis, ipse singulis annis bis eas obibat, & iura

reddebat: multoq; tēpore hanc praciſuam curam  
habuit, vt patrīs legib⁹ Respub. administrare-

**I.R.** III. tur. Deinde ſenio grauāte, vt cōſuetis munijſ  
ſufficere nō posſet, filijs ſuis principatū & curā  
Reip. tradidit: quorū ſeniori Iohel, juniori Abia,  
nomen erat: mādauitq; vt alter in Bethelis, al-  
ter in Bersabe ius diceret, partito populo, & ſua  
cuiq; iudici parte attributa. In his maniſtum  
exemplum exigitum eſt, nō ſemper patribus ſi-  
miles nasci filios, ſed interdum ex malis bonos,  
ſicut tunc cōtra ex bene mali prognati ſunt. Re-  
lictis enim paternis iuſtitutis diuerſiſimā viam  
ingreſſi, muneribus corrupti iuſtitiam oppime-  
bant, & in iudicando non tam veritatis quam  
Iucrī respectum habebant: ſolutiq; in luxum ac  
delicias, tum Dei voluntatem, tum patris con-  
temnebant, cui nihil magis erat cordi. quam vt  
in populo iuſtitia rigeret quammaxime.

Quod populus oſte nifus Samuelis filiorum mo-  
ribus, regem ſibi dari poſtulauit. C.III.

**P**Opulus autē vidēs Rempub. cura & dili-  
gentia prophet & optimē constitutā, labefac-  
ētari per filiorū eius impotentiā, vellemeteſ of-  
fensus ad patrē cōcurſum fecit, qui tum habita-  
bat in vrbe Ramatha: & commemoratis filio-  
rū eius iniquitatibus, quodq; ipſe iam ſenio de-  
bilis, more ſolito praefeffe administrationi rerum  
non poſſet, obniſce precabatur vt regem aliquem  
declararet, qui toti genti cum imperio praefit,

&

& à Palastinis illata oties iniuria & poenas debitas exigat. Hæc populi voluntas vellementer Samuelē rōtristavit, q. i propter imitatā iustitiam nō amabat regiā potestatem vt nimiam. Valde enim optimatiū gubernatione delectabatur non aliā ad felicitatē populi cōducibiliorem existimans: adeoq; res hæc haminē sollicitū habuit, vt nec cibum nec somnū p̄r cura caperet, sed per totā noctē sē in lecto versaret, multa interim animo volutans. Sic affectō Deus se videntem præbuit, cōsolatus eum ne postulata populi agreferat: dicens, non tam ad ipsum pertinere hanc contumeliā; quām ad sē, quē nolint sibi solum esse regē: idq; moliri cœpisse iā inde ex quo primū ope sua ex Aegypto sunt educti. Verum nō multo post futurū est, inquit, vt eos cōsiliū Ihesius ferē peniteat: quādo nec factū infectū esse poterit & ipsi suam erga me aquē ac te ingratitudinē damnabunt. Nunc iubeo te eis creare regem, quem ego designauero: idq; prius quām facias, præmonebis quantū malorū sibi vlerō asciscant, protestaberisq; eos te inuitō ad mutationem status in deterius properare. His auditis Samuel, mane cōnocatis Iudeis, declaraturū sē illis regē promisit, addēs velle sē prius indicare, quae erunt sub regibus ferēda, & in quātis incommunitatibus erit viuendum. Scitote ergo primū, quod à vobis abstrahēti vestros liberos, & alios auxilias sibi facient, alios equites, & satellites,

& cursores, & tribunos ac ceteriones: & alios  
 item opifices, armorum suorum ac currum, aliorumque  
 instrumentorum fabros: præterea villos, agrorum  
 suorum & aratores, & vinearum fossores: & nihil  
 est quod non cogetur facere more maciorum que  
 pecunia paratur. Filias quoque vestras facie sibi  
 vnguetarias & culinarias, & panificas: & ad  
 alia ministeria copellant, qua ancilla necessaria  
 verberum formidine obeunt. Possessiones etiam ve-  
 stras vobis ablatas eunuchis suis & satellitibus  
 donabunt, & pecori greges mucuum e suis lar-  
 gientur: & ut copendio dicatur, seruietis regia cum  
 omnibus vestris regi, non secus atque domestici eius  
 famuli: cumque hec omnia patiemini, veniet vobis  
 in mente huic meæ predictionis, & penitentia  
 tacti supplices Dei miseratione implorabitur, ut  
 vos a regibus liberet. Verum ille non admittet eas  
 preces, sed repullos sine dare penas inconsulte  
 temeritatis. His præmonitionibus multitudo erat  
 surda, nec à proposito dimoueri poterat, contem-  
 ptis omnibus que Samuel in re eorum afferebat:  
 sed urgebat obstinate ut missa futuri cura re-  
 gem crearet: quandoquidem nisi regis ductio vin-  
 dicare se de inimicis gentibus non valerent: nec  
 esse absurdum, si cum finiti omnes regnentur,  
 & ipse eandem Reip. formam accipiat. Samuel  
 vero videns se prædictionibus suis parum profi-  
 cere, sed pertinaciter eos in sententia manere:  
 Nunc, inquit, abiit dominus quisque suam, & cum  
 tempore

*Tēmpus erit accersam vos, quām primum cognō  
uerso. quem vobis regem Deus dare velit.*

Sicut iubente Deo rex declaratur. C A P. V.

**E**natus & laudatis moribus, nomine Cis:  
huic erat filius, nomine Saulus, egregia tum sta-  
tura, tum specie, quibus respōd. bat & animus.  
Hic Cis cū eximias asinas, quibus p̄a ceteris  
iumentis delectabatur, à reliquo grege aberrātes  
amisisset, filium cū uno famulo ad eas querendas  
misit. Qui cū perlustrata sua tribu eas nō inue-  
nisset, ad alias venit: & cū nū squam cōpare-  
rent, decrevit redire, ne patri sollicitudinis causa  
fieret. Et dum non longe à Ramathā oppido iter  
faciūt, famulo admonēte habitare ibi prophetā  
veridicū, cūnq; omnino consulendū esse: sic enim  
scituros quid actū esset de asinīs: respondit, nihil  
se habere quod mercedē dñinationis daret: iam  
enim viaticū esse consumptū. Et dicēt famulo,  
superesse quadrantem siccis, eamq; dari posse (ne-  
sciebant enim prophetā mercedes non accipere)  
ītum est ad illum: inuentisq; circa portā virginē  
bus aquatiū cunctibus, interrogāt vlinā sit pro-  
phetā domicilium: qua indicatis adibus, iubent  
properare prius quam eat ad cōnam: prabere  
eum ēū epulū, & nihil esse in mora nisi vt ille  
primus accūbat. Samuel autē hac ipsa de causa  
coniuas vocauerat. nā pridie cūm per totā diē  
precatus esset Dcll, vt certiore se redderet quem

c r e a t u r u s e f f e t r e g e , i n c r a f t i n u m s e i d f a c t u r u m  
 p o l l i c i t u s e s t : c i r c a e a d e n i m h o r a m i s s u r u m s e  
 B e n i a m u t a q u e n d a i u u e n e . Q u a m o b r e m s e d e-  
 b a t i n s o l a r i o , e x p e c t a s p r a e f u t u r u m t e m p u s , q u o  
 p e r a c t o a d c o n a s e c o f e r e b a t . C u m q ; S a u l u m o f-  
 f e n d i s s e t . D e u s i n s p i r a u i t e i , h u c e s s e f u t u r u m p r i-  
 c i p e m . S a u l u s v e r o a c c e d e n s e u m , s a l u t a t u m p r i-  
 v o g a t r b i p r o p h e t a h a b i t e t : h o s p i t e e n i m s e h o c  
 i g u o r a r e . C u m q ; i l l e r e s p o d i s s e t , s e e u m e s s e , e t a d  
 c e n a d u c e r e t , d i c e s n o n a s i n a s t a n t u m q u a s q u a-  
 r e r e t s a l u a s , s e d o m n i u m o m n i a b o n a i n p o t e s t a t e  
 e i u s f o r e : S u p r a s p e , i n q u i t m e a m f u n t i s t a d o-  
 m i n e : n e q ; e n i m e a e s t m e a t r i b u s q u a r e g e s p r o-  
 f e r a t , & f a m i l i a m e a l u m i l i o r e s t a l i j s f a m i-  
 l i j s : t u v e r o l u d i s m e , & m a i o r a q u a m p r o m e a  
 c o n d i t o n e l o q u e r i s . P r o p h e t a a u t e d e d u c t u m e u m  
 a d c o n i u m a c c u m b e r e f e c i t , & f a m u l u m s u p r a  
 a l i o s r o c a t o s : e r a n t h i s e p t u n a g i n t a n u m e r o : i u s-  
 f i t q ; m i n i s t r i s v t S a u l o p o r t i o n e r e g i a m a p p o n e-  
 r e n t : c u m q ; i a m h o r a d o r m i e d i a d e s s e t , a l i j q u i-  
 d e m s u r g e t e s d o m u m q u i s q ; f u a r e u e r t c a n t u r .  
 S a u l u s v e r o a p u d p r o p h e t a c u m f a m u l o p o r n e-  
 t a n i t & c u m p r i m u m d i e s i l l u x i t , S a m u e l e x c i-  
 b a t t u m i n v i a d e d u x i t . P o s t q u a m a u t e e g r e s s i  
 s u n t v r b e , m o n u i t v t f a m u l o p c e d e r e i u s s o , i p s e  
 p a u l i s p e r s u b s i s t e r e t : e s s e e n i m q u o d s i n e a r b i t r i s  
 Regum i l l i v e l l e t d i c e r e . T u m S a u l u s f a m u l u m a b l e g a t ,  
 10 & p r o p h e t a d e p r o m p t a l e c y t h o c a p u s i u u e n i s  
 o l o p e r f u n s i s t , f a m u l q ; r e g e m s a l u t a t , D e u m e  
 b a n g

honorem hanc ratū facere dicens, pro tutela He-  
 braorū, quorū iniurias bello Palæstinus illato ul-  
 cisci debeat. Hæc ita fore hoc argumēto cogno-  
 scere poteris: In hoc itinere offēdes tres homines  
 religionis ergo tēdētes ad Bethela: quorū primū  
 videbis ferre tres panes, secundū hædum: hos ter-  
 tius sequetur vtrē vini baulās. Hi tibi comiter  
 salutato dabit panes duos, & accipies. Inde ve-  
 nies ad Rachelis monumētum, vbi occurret tibi  
 qui nūtiet inuētas esse asinas. Inde pgressus ad  
 oppidū Gabatha, in coetū prophetarū incides: &  
 correptus diuino spiritu, vna cū illis pph̄tabis,  
 vt quotquot hæc viderint, attoniti miraculo di-  
 cant, vnde hæc felicitas Cisi filio? His signis visis  
 certo scito Deū esse tecū, & saluta patrē tuum  
 & cognatos. Venies autem Galgala, me acce-  
 sente, vt pro his Deo pacificas hostias immole-  
 mus. His prædictis dimisit iuuēte: & quicquid  
 prædictū est occurrit ei in hoc itinere. Postquam  
 autē domū rediit, percōtāte cognato suo Abena-  
 ro, quē præcatris diligebat, quō successisset p-  
 egrinatio: nihil illū celauit, ne hoc quidem, quod  
 apud prophetā fuisset, & ex eo cognouisset in-  
 uentas esse asinas: de regno tantū tacuit, ne ea  
 res vel credita inuidia, vel nō credita vanitatis  
 opinione ei cōtraheret: quāvis enim & amicus  
 esset & cognatus, tutius tamē ac consultius ar-  
 bitratus est silētiū, reputās credo humana natu-  
 ra infirmitatē, quod nemo cōstans in amore, sed  
 etiam

etiam si manifesto diuino suffragio felicitas contingat, tamē alios sibi präferri iniquè et iniuidè ferunt. Porrò Samuel populum in oppidum Mæphatim conuocat, & cum frequētes adesse vide-ret, in hanc sententiā alloquitur. Hæc ius sui me dominus suo nomine ad vos perferre. Ego vos in libertate vindicauī, primum Acgyptiorum seruos, deinde à vicinis regibus toties victos ac subiugatos: pro quibus beneficijs hanc mihi gratiā reponitis, quod abrogato mihi quantum in vobis est imperio, quasi nesciatis utilissimū esse homini à Deo regi, vnum è vestro numero digniore exstimatoris, qui vobis præsit: qui subditis tanquam peccubus p sua libidine vtēs, quilibet in quenam licere sibi vollet: nō enim fieri potest, ut homo erga hominem sic affectus sit, quemadmodū ego erga à me ipso cōditū. Eia quādo plus apud vos potest temerarius animi impetus, quā vel religio, vel beneficiorū memoria, digeratur multitudo p tribus & familiis, & fiat sortitio. Quo facto Beniaminitica tribus sors exiit: dein familiarū nominibus in vnam cōiectis: Metri familie sors obuenit: postremo cū virilium sortitio fieret Saulo Cisi filio regnū sortito obtigit. Iuuenis vero qui hoc pscribat, abdiderat se, videri volēs. iuuitus ad regnum accedere. Tanta fuit prædisus modestia simul et tēperantia, ut cū pleriq; vel modica felicitate potiri vix sui prælatitia sint cōpotes, & omniibus se ob oculos ingerat: hic tot populorum rex

rex declaratis ac dñs, non modò non obstataret  
 se, verū etiā è subditorū cōspectu subduceret, vt  
 nō absq; negotio posset inueniri. Cumq; nusquam  
 cōparente Saulo omnes essent solliciti, hastantes  
 quidnā fieri oporteat, propheta precibus Deum  
 appellat, vt latebras indicet, desideratūq; inue-  
 né exhibere dignetur. Quod ubi impetratū est,  
 mittit quis eū adducat: et postquā venit, in me-  
 dio populi imuenē statutis vniuersis cōspicuū, vt  
 qui humeris tenuis supra omnes excelleret, et ipsa  
 statura maiestatē regiā prae se ferret. Tum pro-  
 pheta: Hunc vobis Deus das regē. cōtemplatim  
 quantū omnibus preminet, & quām sit hoc ho-  
 more dignus. Cumq; populus acclamasset, Vnde  
 rex propheta cōscriptis in libro omnibus qua, il-  
 lis sub regia dominatione erāt enētura, recitauit  
 ea populo reges præste, et librū in tabernaculū.  
 Dei reposuit, vt esset apud posteros prædictionis  
 sua monumentū. His ita perfectis, dimissaq; pa-  
 pulo, ipse reuersus est Ramatha in patriā. San-  
 lum vero in natale oppidi Gabatha redemsem  
 multi boni viri comitabantur, vt novo regi debi-  
 tum officiū præstātes. Sed plures mali & faeliū  
 hoc eorū vitia vertobāt, et ipsi cōcepto rege nul-  
 lis vel munib; vel obsequijs gratiā eius de-  
 mereri conabātur. Mēsē autē post acceptū re-  
 gnum elapso, exortū cōtra Naasen Ammanita-  
 rum regē bellū apud omnes ex aquo autoritatē  
 illi paravit. Hic enim dñs Iudeis ultra Jordānē  
 habā

habitatis infestus, postremo cum magno et forti exercitu regione ingressus, urbes eorum subiit gare caput: nec contentus libertate in praesens abstulisse, ut omnem rebelladi materiam in futurum adimeret, tam ultra deditis, quam vi subactis destruere oculum eruebat: ut quoniam scutum fronte prospectum negat, omnino inutiles bello fierent. Hoc modo tractatis trans amnum incolentibus in Galadenia exercitum duxit: et castrametatus ad primariam regionis urbem, cui nomine est Iabes, oratores eò misit, qui conditiones offerrent, ut aut deditio facta dextris oculis erubentur ut alij: aut internacione hominum et oppidorum excidium expectent: eligerent ipsi utrum mallent parvam corporis particulam decidere, an in omnium facultatum simul et vita discrimine vivere. Tam aesis optione territi Galadeni, nec hostile responsum dare ausi sunt, nec paccatum: sed inducias septem dierum petierunt, ut missis ad consanguineos nuncius postularent auxilium: et si impetratum fuerit, bellum gerant: sin minus, promitterebat se ditione facturos quaenamq; conditione hosti liberet. Naases autem qui Galadenos contemnebat, non grauatim inducias dedit: permisus undeque suppicias implorare. Qui euestigio per omnes Israelitearum urbes nuncios dimiserunt, significantes se minus Naasis in extremam desperationem adductos: sed quocunq; illi veniret tantundem metus quantu[m] maioris afferebat, ut nemo

nemo se mouere auderet. Ceterum cum ad regiam quoq; venissent, et ibi etiam populus sicut in alijs oppidis afficeretur, nihil aliud quam macres, Saulus rure domum reuertes, & animaduersa mortalia populi, scitatus sat in salua res essent, & qua nona causa tristitia: ex nuncijs omnia cognouit. Mox percitus diuino afflictus, ire eos imbet, & Iabesenis referre, se tertia die venturum auxilio, & ante Solem exortum hostes profugaturum, ut exoriens Ammanitas fusos ac fugatos, miseris vero ciues periculo exemptos inspiciat: atque his mandatis, aliquot ex eis retinuit, quibus itineris ducibus uti decreuerat.

Sauli victoria contra Ammanitas. C. A P. V I.

**V**Olens autem paenae formidine populum ad I. Reg. 12 Ammaniticum bellum excitare, quo celerius conueniret, boum qui forte ab opere veniebant neruos succidit, idem passuros minatus quod postridie cum armis ad Iordanem non afforaret, secuturi quocunq; ipse ac propheta duceret. Eo metu factum est, ut cum omnes ad prafinitum tempus praesto essent, recensis apud Balam oppidum copys, innuenientur septingenta milia confluxisse, absq; tribulude: que sola armarunt I. x x milia. Transgressus deinceps Iordanem & decens schenorū spatium nocte una emersus, ante Solis ortum quod destinarat puenit: & diuiso trifariā exercitu, vnde quaque hostē nihil tale expectatē aggrediti: et acrier pugnādo ingenti strage edita inter ceteros

Nasens

Naasen regē occidit. Hae victoria Sauli nomen  
 apud omnes Hebraos inclytū reddidit, fama lō-  
 ge lateq; fortitudinē viri celebrāte. Si qui enim  
 erāt qui prius eum cōtemperēt, tunc mutata in  
 diuersum opinionē nullo nō honore dignū predi-  
 cabant: nam non contentus Iabesenos fernasse, in  
 Ammanitarū regionē irruptionē facta totā va-  
 stauit, & dictato ex præda exercitu, gloriose do-  
 num reuersus est. Populus verā nimis gaudio ge-  
 stiens, placebat sibi quod talē regē esset natus,  
 & illis qui inutile fore dixerāt insultabat, rogā-  
 tās vbi nūc essent isti cōtemptores, & ad sup-  
 pliciū eos deposcens: & alia multa iactabat, vt  
 solet multitudo, quoties in aliqua felicitate con-  
 stituta cōtra autorū eius aduersarios irritatur.  
 Saulus interea studiū quidē ac benevolentia co-  
 rūm collandabat, sed iure iurādo affirmauit non  
 passurū vt quisquā ē consanguinea multitudine  
 tam festo die rapiatur ad suppliciū. Periniquum  
 enim esse victoriā à Deo datā ciuili sanguine pol-  
 luere: sed magis decere vt positis odijs diē epulis  
 ac hilaritate trāsigāt. Post hac Samuele monēte  
 opus esse alterū comitijs per qua Saulo rata fiat  
 regni possessio, cōnēctus fit apud oppidū Galgala:  
 ibi rursum inspectāte tota multitudine propheta  
 mox Saulū sacro oleo atq; iterū regē cōsulswā  
 fecit. Ita factū est vt mutato reip. statu regia do-  
 minatio introduceret. Sub Moyse enim & disci-  
 pulo eius Iesu, qui tū exercitu cū imperio p̄fuit,

optima.



optimates rem administrabat: post cuius morte octodecim annis populus sine summo magistratu vixit: deinde rursum ad pristinam regiminis formam redierunt, qui belli gerendi scientia & fortitudine praecceleret, supremum iudicem constituendo: quamobrem totum hoc tempus, quo talis status durauit, appellauerunt Iudicum. Samuel autem propheta priusquam comitia dissoluerentur sic est allocutus populum: Adiuro vos per maximum Deum, qui vobis optimos illos fratres Moysen & Aaronem misit, & patres vestros ex Aegypto eduxit, ut absq[ue] pudore ac metu omnium affectu alio, libere dicatis, numquid contra ius & equum fecerim, vel proprij lucri cupiditate, vel in alterius cuiusquam gratiam. Coarguite me si cuius vituli aut ovi, aut aliud quid tale acceperim: cum tamquam huinsmodi muscula que in quotidianis vicibus cedunt, ab ultro dantibus sumere, vitio verti non soleant: aut si cuius iumento ad meas necessitates usus sum: in his & similibus, si quem offendis, nunc rege presente dicite. Acclamatum est uno ore, nihil tale cum fecisse, sed sancte & iuste principatum gessisse. Tunc ille, Gaudeo nullas esse vestras de me querelas, at ego habeo non nihil quod conquerar, si vera loqui licet: quae tamquam iniuria magis ad Deum attinet, quem certe hoc facto valde offendistis, quod alii regem poposcistis: oportebat enim vos meminisse, I. Reg. 7 quod aures vester Iacobus, I. x. x. soli hominibus vestri generis comitatus, fame coactus in

Aegyptū deuenit. Cūq; ibi in multa milia pro-  
pagata esset eius progenies, eaq; grāni & conu-  
meliosa seruitute ab Aegyptū premeretur, inno-  
11. cantibus vestris partibus, absq; vlo rege Deus  
tantā multitudinem eripuit, missis in hoc Moyse  
& Aarone fratribus, qui vos in hanc terrā indu-  
xerāt, quam nunc possidetis: & tamē post talia  
beneficia non semel prodidistis verā pietatem ac  
religionē, Nihilominus subiugatos ab hostibus  
liberauit, dum eius ope vicistis primū Assyriorū  
potētiā, deinde Ammanitarū ac Moabitarū, &  
postremo Palaſtinorū: atq; hac omnia confecisti  
non regum auspicijs, sed ductu Iaphtha & Ge-  
deonis. Quae igitur dementia vos impulit, vt de-  
trectantes imperium Dei, sub rege esse maleatis?  
Gessi tamen vobis morē, eo declarato, quem ipse  
elegit. Ut autē manifestè sciatis Deum vobis ira-  
tum, nec ei placere in regnū versam vestrā rem-  
publicam, dabo enīdē signū diuinitus, Qualem  
enīm itūquā quisquā astatis medio vidit in hac  
regione tēpestate, talem nūc im̄petrabo à Deo,  
qua verbis meis fidē astruat. Vix ea fatus erat,  
cum tanta vis tonitruū ac fulgurū & grādinis  
ingruit, vt attoniti extremaq; timentes fatoren-  
tur se peccasse, & per inscitiam in hunc errorem  
prolapsos, rogarētq; prophetā vt paterno affe-  
ctu eos cōplexus, in gratiam Dei placati reponer-  
ret, & quem admodū aliorū antea, huius quoq;  
peccati veniam impetraret. Pollicitus est ille ro-  
gaturus

gaturum se pro eis Deū, & exoraturum: simulq;  
consiliū dedit, ut probi ac iusti esse perpetuā  
studerēt, nec vñquā obliuiscerentur, in quantas  
clades & calamitates ob neglegētū virtutis inci-  
dissent. meminissent præterea prodigiorum Dei.  
legumq; per Moysen Latarū, si carā haberent vel  
suām ipsorum vel legis incolumentatē. Quod si hac  
negligerent, prædictis graue vltionem tam ipsis  
quam regi non defore: atq; ita denuo confirmato  
in regno Saūlo, conuentum missum fecit.

Palæstini Hebraos bello aggressi vincun-  
tur. C A P . V I I .

**R**Ex autem delectu habito, cōscriptisq; tri-  
bus milibus, duo milia sibi voluit esse sa-  
tellitium, cum quibus ad habitandum Bethela se v. i.  
contulit: reliquos Iunathæ filij satellites esse iuf. 1. Reg. 13  
sit, quem misit in Gabam: ille vero expugnauit  
castrū quoddam Palæstmorū non longe inde di-  
stantis. Qui enim Gabam tenebāt, per domitis Iu-  
deis arma ademerunt & occupatis opportunis  
locis præsidij ea cōmuniuerūt, & omni prorsus  
ferri usū eis interdixerūt. quamobrem si quādo  
agricolis opus esset aliquo ferramento, puta ro-  
mere aut ligone, aut alio ad colendū agrū necef-  
sario, à Palæstinis instrumētū erat petēdum. Ve  
vero ausdauerūt expugnatū castrū, indignati &  
nō ferendā contumeliam delitātes, armat contra  
Iudeos trecenta milia peditum, currū triginta  
milia, equitū sex milia, & castra metata sunt.

ad oppidum Machmam. His cognitis rex Saulus profectus est Galgala: & dimissis praconibus per totā ditionē edicit, ut qui saluā rult libertatē populi, cōtra Palæstinos arma capiat: dissipat nūlās interim eorū potētiā, & negat tales esse ut timeri debet. Sed ubi certō cōperiū est maximū esse hostiū numerū, metus oēs Sauli subditos occupat, & pars in speluncas ac loca subterranea se abdūt, plures verò ultra Iordanem fugiūt. quæ Regio à Gadis & Rubeli tribubus tenebatur, Saulus autē accersit prophetā, ut de cōmuni cōfilio res geratur. Ille renūiat, debere eū eodē loco manentē comparare viētimas: se enim post septē dies vēturū, ut immolatis sabbato viētimis, cū hoste prālio decernatur. At ille exspectauit quidē quātū propheta iussierat, sed nō per omnia fuit obediēs. Cū enim cūctari prophetam cerneret, & se paulatim à militibus deserī, viētimas ad altare obtulit. Cūq; nūtiatū esset prophetā aduentare, honoris causa obviā ei prodīt. Ille male factū dixit, quād neglectis suis mādatiis, se absente pretes & sacrificia quæ Dei voluntate faciēda erāt pro populo temere occupasset. Saulo verò excusante, expectasse se ad statutum dierū nūmerū: sed cū milites audito hostē relata. Machma petere Galgala, metu se desererēt, necessitate cogēte properasse ad sacrificiū, Cōsultus inquit propheta, fecisset, si milii paruisseſſe, & prānīmia festinatione Deū, cuius ego mētū interpres

interpretis sum, nō cōtēpsisset: nā per obediētiā et  
tibi diuturnitatē regni, & posteris successionem  
parare poteras. Ita Samuel offensus regis facto  
domū est reversus, Saulus autē cū sexcēti⁹ tantū  
militibus et Ionatha filio venit in urbē Gabao-  
nem; horū maior pars non erat armis instructa,  
quod ea regio nec ferrū haberet, nec armorū fa-  
bros, quod cura Palestinerū cautū fuisse dixi-  
mus. Hi diuiso trifariā exercitu, per totidē vias  
regionē Hebraeorū ingressi omnia populabātur,  
spectāte Saulo rege cū filio, nec valēte prohibere  
hostē, propter suorū paucitatem. Occupauerant  
enim collē quēdā cū pōtifice Achia, qui fuit vnuſ  
ex Elīs pōtificis posteruſ, & vidētes suorū res im-  
pūnē agi & ferri, graniter augebātur quod in se  
nihil eſſet prasidū. Filius verò Saulis cū armi- I.Reg.14  
gero suo cōſpirat, ut clām ingressi caſtra hostiū  
zumultū aliquē et trepidationē in eis exītarēt:  
et famulo omniē opera in quēuis euētū pollicēte,  
etiā si mori oporteat, ſoli à colle deſtēdetes ver-  
ſus hostiū caſtra iter faciūt: ea ſita erāt in loco  
prærupto, qui tribus angulis in lōgū excurrebat,  
rupe circūquaq; cincta, ceu munimēto cōtra in-  
fultus hostiū. Quapropter negligētiuſ cōſtodi-  
bātur, quia propter naturā loci nō ſolū aſcēdere,  
ſed ne accedere quidē tutū ridebatur. Ergo poſ-  
quā eō accesserūt, Ionathas cōfortabat armige-  
rū ad hostē ag gredieđū. Si nos, inquit, viderint,  
iueriuntq; aſcēdere, omen victoria accipiēđū eſt:

quod si tacuerint, neq; nos vocauerint, renuntia-  
mūr. Cumq; propius ad hostilia castra accederet  
appetēte iam die, Palæstini vli hoc viderūt in-  
ter se dicebant: Ex antris & cuniculis prorepant  
Hebrei: deinde Ionathæ, c i armigero inclina-  
bant, Venite huc daturi pœnas audacia. Quam  
voce Sauli filius cupide arripiens, vt indubitate  
omē victoria, tunc quidem recessit ē loco in qua  
cōspecti fuerant, sed ex alia parte ad rupē acce-  
dentes propter sitū incustoditam, magno labore  
difficultate loci superata euaserūt ad hostē, ag-  
gressiq; sōpitos viginti ex his interfecerunt, &  
totū exercitū stupore ac consernatione reple-  
rūt, vt abieclis armis in fugam se darēt. Pleriq;  
verò nō noscitātes inter se, quod ex multis gēti-  
bus cōfati essent, pro hostibus se inuicē inuade-  
bāt: & cū nō putarēt duos tātū Hebraos in ca-  
stra penetrasse, mutuo marte cadebāt: quidā me-  
tu vulnerū in præcipitia aut ipsi ruebāt, aut re-  
fit in turba tumultuante, aliū ab alijs protrude-  
bātur.

VII. Cumq; renūtiatū esset regi per specula-  
tores tumultū esse in castris Palæstinorū, inter-  
rogauit Saulus, nū aliquis ē suis abesse: & au-  
ditio filiū cū armigero abesse, iubet pōtificē sum-  
pto sacerdoti ali habitu de futuris raticinari. Quo  
respondetē victoriā Deū & hostiū cladē promis-  
tere, ducit militē in Palestinos, & perturbatos  
adoritur, iā ante ipsoſ inter se depugnātes: quo  
audito, qui ante in speluncas & subterranea se  
abdid

abdiderat, & ipsi prorupetes militibus Sauli se agglomerat: iamque ad decem milia creuerat, hosiensemque tota ea regione palatem infectabatur. Ibi rex sine nimio gaudio parum sui copos, quod diffisile sis eximiā felicitate moderato animo ferre, siue per inscitiam, dignū quiddā reprehēsione admisit. Volēs enim meritatis pœnas à Palestiniis ad satietatem repetere, diris deuouit eum, quicunqueq; intermissa cede ante nocte cibū caperet, nolēs ante tenebras insequendi & cadendi finem facere. Paulus post cū delati essent ad quandam syliam Ephreniticæ tribus refertam apibus, filius Sauli qui non exaudierat patris imprecations, easque consensu populi ratas habitas, fauorib; forte natus expressum inde mel edebat: & monitus quod patet additis execrationibus interdixisset ne quisquam cibū ante solis occasum sumeret, edere quidem destitit: negavit tamē recte id à patre factū: maiore enim vi & alacritate hostem persecuturos fuisse, si corpora cibo recurauissent, & lōge plures persecuturos fuisse ac trucidaturos. Itaque cæsis Palestinarū multis milibus, sub vesperā demum eorum castra diripiunt: & inter ceterā prædā magna pecudū copia reperta mactant, carnisq; nondum à cruento purgatis vescuntur: quod è vestigio regi à scribis renuntiatum est, vulgus militum in Deum peccare, & carnes etiā tum cruentas conquare ac edere. Tum Saulus iubet saxū grāde in medium prouolini, edicitque ut super illud pecudes

ingulēt, néue carnes cū sanguine comedant: quia  
 factū hoc Deo displicet. cui edictō cum oēs parē-  
 rēt, statuit ibi altare, & impositis victimis ho-  
 locautoma Deo incēdit: idq; altare omniū primū  
 à Saulo extructū est. Cumq; eadem nocte prius-  
 quā vires & animos resumerent, hostium reli-  
 quias vellet conficere, & miles hand grauatim  
 imperata faceret, magnā præ se ferēs alacrita-  
 tē, accito pōtifice iubet eū diuinā super hoc vo-  
 luntatē querere, an sibi reliquū hostile exercitū  
 delere permittatur, pōtifice verò negante Deum  
 respōsum velle reddere: Nō temere est, inquit rex,  
 hoc Dei silentiū, qui antehac vltro solebat quid  
 factō esset opus cōsulere: sed oportet aliquod la-  
 tens in nobis peccatiū esse, quo offensus taceat. Sed  
 iuro per eum ip̄um, quod etiā si filius meus Io-  
 nathas peccatiū id cōmisisset, ut Deum placē, ca-  
 pitū penā ab eo exigā, nō secus quā si de quo-  
 nis nihil ad cognationē meam pertinente suppli-  
 ciū sumendū sit. Tum acclamāte multitudine ut  
 hoc faciat, vniuersos confessum in unū locū sta-  
 bunt, & ipse cū filio secrsum stans, sorte depre-  
 hēsisrū quis in culpa sit. cumq; sors Iona hā in-  
 dicaret, interrogat quid fecisset, & cuius pecca-  
 ti sibi esset cōscius, Tum ille, Evidē pater, nihil  
 aliud seto, nisi quod heri dñ hostē perseguor edi-  
 citi tui nescies de fano degustauis, Saulus verò in-  
 rat se eam occisurū, pluris quā genus aut natu-  
 rā aut affectus, insurrandum faciēs. Ille ne pre-  
 sente

fenti quidē periculo territus, magno ac generoso  
 animo se præbuit, Nihil, inquit, deprecor pater.  
 Libenter enim hanc mortē fero, quæ te religione  
 soluat, dum priua tam magnifica victoriā vide-  
 re contigit: maximum enim mihi fuerit solatiū,  
 Palæstinorum insolentiā ab Hebreis esse perdo-  
 mitā. Hac iuuenis indole omnis multitudo ad do-  
 lorē & miserationē flexa est, iurantq; nō latu-  
 ros se ut occidatur Jonathās, autor tam luculen-  
 ta victoriae: atq; ita iuuenē irato patri eripiit,  
 & vota Deo faciunt ut ipsum immunē à pec-  
 cato faciat. Saulus vīctor domū reuertitur, cæ-  
 sis circiter sexaginta milibus hostium. Feliciter  
 deinde regnauit, & contra finitimos Ammani-  
 tas & Moabitas, Palæstinosq; & Idumæos ac  
 Amalecitas, & regē Obæ multis res gesit pro-  
 spere. Habuit autē liberos mares tres, Jonathā,  
 Iesum, Melchisum. Filiæ fuerunt ei Merob &  
 Michaal. Copiarum imperium dedit patruelis  
 Abenaro. Is Neri fuit filius, Nerus verò & Cis  
 Sauli pater germani fuere Abelia filij, Abunda-  
 bat autē & equitatus & curribus, & cū quo-  
 cunq; hoste congressus semper vīctor reuerteba-  
 tur, ita ut Hebraorū res ad felicē statum perdu-  
 xerit, & potentiam eorum in tantum auxerit,  
 ut omnibus finitimi essent formidabiles: ex iu-  
 uentutis verò numero robore ac specie præstan-  
 tissimum quenq; in suum deligebat satellitum.  
 Vīctoria Sauli cōtra Amalecitas. CAP. VII.

VIII. **S**amuel autem ad Saulum veniens, ait se ad  
I.Reg.15 Silum missum à Deo, ut eum common face-  
ret, electione Dei ceteris eum in regno pralatū,  
atque ideo par esse vt ei morē gerat in omnibus:  
quandoquidem ipse p̄ficit populis, Deus autem  
et regibus et ceteris rebus omnibus. Hac igi-  
tur, inquit, sunt mādata domini: Quoniā Ama-  
leclitæ Hebreos in deserto multis affecerūt iniu-  
rijs, dum egressi ex Aegypto in eam quam nunc  
tenent regionem proficiscuntur, oportet iustu bello  
in eos vindicare, et deuictos internectione delere:  
sanireq; in omnē sexum ac etatem, et has illis  
pro iniurijs patribus olim illatis penas repēdere:  
ac ne iumentis quidē alijsq; pecudibus parcere,  
aut inde quicquam præda nomine usurpare, sed  
omnia Deo sacra esse, ut iuxta Moysis præceptū  
Amalecltarum nomen è rerum natura deleatur.  
Pollicitus est Saulus facturum se omnia: et ra-  
tus obedientiam in hoc consistere, si non parēret  
tantum, sed etiam quām celerrimè mandata  
exsequeretur: confeſtim omnes vnde copias  
contrahit, et recensito apud Galgala milite,  
abique tribu Iuda circiter quadringenta milia  
comperit, qua tribus ex suo tantū delectu præ-  
buit triginta milia. Saulus autem Amalecltarū  
terram cum exercitu irrumpens, pluribus locis  
insidias circa torrentem disposuit, ut non solum  
marte aperto eos infestaret, sed ex improviso  
etiam per vias circumiectos opprimeret. Postremo  
magno

magno p̄ælio in fugam versos nō prius persequi  
detitit, quām ad vnu omnes ferro tolleret. Quod  
opus posteaquā ita vt diuinitus prædictum fue-  
rat succēsbit, oppidatim bellum circumferre cœ-  
pit: quorum aliquot machinis, alia cuniculis &  
vperibus, nonnulla fame, siti, alijsq; modis cū ex-  
pugnasset, vsq; ad mulieres & pueros cædibus  
graſſatus est, nec crudelē nec inhumanis hoc ra-  
tus: primum quod in hōlē sūniret, deinde quod  
iussū Dei, cui non parere periculofūm est. Cepit  
etiam regem hostium Agagum, cuius magnitu-  
dinem ac pulchritudinē corporis miratus, serua-  
re eum decreuit, idq; non ex Dei sententia, sed  
victus affectu propriō, in concessam misericordi li-  
centiam suo periculo sibi vſurpans. Deus enim  
ita Amalecitas oderat, vt ne infantibus quidem  
parceret, quos natura ipſa miseratione ceteris  
digniores esse voluit. Saulus autē regem ipsum  
hostiū, & malorū omnium Hebreū autore fer-  
uauit, pluris eius formā quām Dei mandata fa-  
ciens. Hoc eius peccatū imitatus est mox popu-  
lus: & ipſi enim iumentis ac pecoribus peperce-  
runt, in prædam cōtra Dei mandatū ab actis: pe-  
cunias etiā ceterasq; opes diripuerūt, nihil per-  
dentes nisi contemptibile. Itaq; denūctis omnibus  
à Pelusio, quæ vrbs est in Aegypti finibus, vsq;  
ad rubrum mare, totā eam regionē. Saulus va-  
stauit, sola Sicimitarum gente inculta, qui in  
Madīna terra mediterraneo habitant. Hos ante  
bellū

belli principiū admonuit per nuntios, vt secederet, néne res suas cū Amalecitarum reliis misceret, ne ex eo bello & ad ipsos cladis aliquid perueniret. Studere enim se eorū incolumentati, propter cognitionem quæ illis cum Raguelo Moysis.

I X. socero intercedebat. Atq; ita Saulus, ac si nihil esset prætermissum ex ijs, quæ propheta iuxta Dei voluntatem de bello gerendo mādauerat, sed omnia fuissent ad vnguis obseruata, latet victoria domū reuertitur. Deus autē offensus est quod regi erat parcitum, & quod populus pecudos in prædam verterat, cū ipse neutrum permisisset. Iniquum erat cuius ope victoria contigisset, eius mādata contemni, etiam si is mortalis aliquis rex fuisset. Admonēs igitur ea de re prophetā, ait se paenitere Saulum elegisse, qui nō curet iussa sua exequi, sed malit quicquid ipsi visum fuerit facere. His auditus Samuel vehementer conturbatus, per totā nocte suis precibus Deum Saulo conciliare conabatur. At ille quātundibet à propheta rogatus veniam regi nō annuit, quod non placeret peccata donari in gratiā deprecatoris : quæ non aliunde magis nascantur, quam ex nimia eorum in quos peccatur indulgentia: qui dum lenitatis gloriā aucepātur, imprudētes maiore delinquendi ansim offrerunt. Postquam igitur Deus preces prophetæ nō admisit, & satis apparuit fleti eū nō posse, prima luce Samuel ad regē, Galgalis iugum agentem, proficisciatur. Hunc quam primum rex vidit,

vidit, accurrens salutauit, dices se gratias agere  
 Deo pro victoria, omniaq; iuxta voluntatem eius  
 esse peracta. Tum Samuel, Qui fit igitur quod  
 voces iumentorum & pecudum in castris audios?  
 Respondit rex, populum haec ad sacrificia re-  
 seruasse: sed gentem Amalecitarum internecione  
 iuxta mandatum deletam, nemine superstite. So-  
 lum se captiuum adducere eorum regem, de quo ex  
 prophetae consilio se decreturum. Ad haec prophe-  
 ta respondit, Non sacrificiis delectari Deum, sed  
 virus bonis ac iustis hos autem esse qui voluntati  
 & mandatis eius obsequuntur, nihilq; à se  
 recte fieri putant, nisi quod iuxta eius precepta  
 fiat. Contemptum enim eius consistere nō in non  
 sacrificando, sed in non obediendo: & qui non  
 obediunt, vnicumq; hoc & verum sacrificium non  
 offerunt, ab his Deum nec multas saginatis vi-  
 ctimas, nec donaria ex auro argenteo fabricata  
 vel postulare vel admittere: sed aduersari haec  
 ut malitia magis, quam pietatis argumenta. Con-  
 tra qui id solum meminerunt quod ab ipso ins-  
 sum est, & mortali mallent quam inde discedere,  
 his delectari, ac ne victimas quidem ab his re-  
 quirere, quod si etiam sacrificare aliquid libue-  
 rit pauperi in honorem gratius ab his accipere,  
 quam à quocunq; alio vel distissimo. Tu igitur,  
 inquit, scito te in irā Dei incurrisse: cōtempstib;  
 enim: & neglexisti mandata eius. Nam quibus  
 oculis putas eum inspecturū sacrificium ex rebus  
 perdit

perditioni destinatis, nisi forte idem esse putas, perire & immolari Deo. Quapropter exspectabis amissionem regni, & huius postestatus, quae latus contra autorem tuæ felicitatis mandata eius neglexisti. Saulus autem fassus est se peccasse & male fecisse, quod verbis propheta non permisset: metu tamē coactū se id fecisse, quod non auderet militē præde cupiditate accensum cohibere. Sed da veniam, inquit, et propitius esto: Causabo enim in posterū, ne in simile peccatum incidam, roga batq; ut maneret tatis per, dum pacificas hostias pro se offerret. Ille vero qui prenidebat Deum nulla flectendum victimam, abiit incepit.

Samuel ad Dauidem regiam potestatem transfert.

C A P. IX.

**T**um Saulus retinere eum volens iniecit manū in pallium: & quia Samuel proponentius discedebat, scissura facta est in vestimento: cumq; propheta dixisset, sic sciundendum erat regnum, & peruenturism ad virum iustum & bonum: Deum enim in proposito manere, neque similem esse homini natura mutabili. Saulus fabebatur Deum sibi merito infersum, sed factum infestū fieri non posse. Rogabatq; saltē hoc honoris sibi haberet, ut Deum simul in praesentia populi adoraret. Fecit ei hanc gratiam Samuel, & vna cū illo adoratū iuit. Post hæc adductus est ad eum Agagus rex Amalekitaruni: qui cū, O mortem amaram, exclamasset, audiens à propheta,

pheta. Quemadmodum tu multis Hebreorū  
 tribus cæsis earū filijs lamenta & luctū attuli-  
 sti, ita aquū est ut ipse matri tuae mæstitiam  
 afferas, iussitq; eum ibidem in Galgalis interfici:  
 ipse vero reuersus est Ramatham. Rex verò X.  
 tum demum sentiens in qua mala offenso Deo  
 peruenisset, ad Gabaregiam proficisciatur, quod  
 nomen collem significat, nec post illam diem  
 quam in prophetæ conspectū venit. Samuels ve-  
 rò vicem eius moleste ferenti, Deus hanc curant  
 mittere iussit, & assumpto sacro oleo Bethleema  
 proficisci ad Iessauum Obedē filiū, & ex eius fi-  
 lijs eum vngere, quem ipse indicasset sibi regno  
 dignū ridenti. Cumq; propheta diceret reveri se,  
 ne si Saulus hoc senserit, vel per insidias, vel etiā  
 aperta vi perniciē sibi moliretur: iussus hac de-  
 re securus esse, ad dūctū oppidum peruenit. Eo lo-  
 ci magno hominum concursu salutatus est, qua-  
 rentibusq; aduentus causam sacrificatum se re-  
 nisse dixit. Peracto sacro Iesseū ad epulas vna  
 cū filijs cōuocat: visoq; natu maximo eximia sta-  
 tura ac forma iuvene, conūciebat inde hunc esse  
 regnaturū. Sed hac parte nō est assequuntus Dei  
 prouidentiā. Percontanti enim, an h̄ec iuuenem  
 vngere deberet, quē ipse admiratus dignū regno  
 ducebat: responsū est, non eadem spectare Deū  
 quæ homines. Tu, inquit, visa iuuenis pulchritu-  
 dine, iam satis dignum principatu existimas:  
 apud me vero non eximia corporis forme pre-  
 mium

mium est regnum, sed animi virtuti, & eum re-  
 quiro qui hac sit perfecte excultus, pietateq; ac  
 iustitia, obedientia & fortitudine animū exor-  
 natus. His auditis propheta iubet Iesseum filios  
 omnes ostendere, moxq; & alijs quinq; adfuerūt;  
 horum nomina iuxta etatis ordinem sunt hæc:  
 Eliabuſ, Animadabuſ, Samma, Natbanael, Racl  
 Asamius. His quoq; visis, qui nihil detinorebant  
 forma erant, propheta rogat Deum, quisnam ex  
 his eligendus esset: & audito quod nullus, sci-  
 tatur ex Iesseo, num quos præterea liberos ha-  
 beat, Quo respondente, esse etiam unum no-  
 mine Dauidem, qui curam gerat gregū: prophe-  
 ta iubet ut confestim vocetur, non enim licitum  
 esse absq; illo sacrū epulum celebrari. Qui post-  
 quam accitus à patre venit, adolescentis calore  
 flamus, & martiuſ quiddam tuens, alioqui libe-  
 rali specie: tum propheta ad patrem versus sub-  
 missa voce hic est inquit, quem regnare Deo vi-  
 sum est, & cum dicto accubit, & proximū sibi  
 adolescentē collocat ac deinceps patrē cum reli-  
 qui: filijs. Depromit deinde sacrū oleum, quo de-  
 lūciū Dauidem in aurem admonet, Deum ita  
 velle, ut regnum in populum obtineat: præcipitq;  
 ut iustitiā colat, & operā det ne unquam à ma-  
 datis Dei discedat: Hoc enim pacto & regnum  
 eius fore diuīnū, & familiā uniuersam illu-  
 stre nomen consequentram, Palæstinos quoque  
 ab illo subigendos, & cum quibuscumq; gentibus  
 congressus

congressus fuerit, semper victore redditurum, insi-  
 gne: inq; inde gloriam tam sibi paraturum quam  
 posteris relietur. Post haec mandata Samuel do-  
 cum proficiscitur, simulq; numen deserto Saulo  
 ad Dauidem commigrat: quo factum est ut hic  
 concepto diuino spiritu prophetare inciperet, Sau-  
 lus vero in morbum demoniacum incideret, ita ut  
 præfocari ac strangulare videretur, nec aliam  
 opem inueniret medici, quam si quis peritus ex-  
 cantator adhiberetur: monueruntq; ubiq; in qui-  
 rendum, qui quoties rex a demone agitaretur,  
 stans ad caput eius voce ac fidibus sacros hy-  
 mnos caneret. Cumq; rex sine mora queri talem  
 missasset, quidam ex astibus ait, se apud Bethle-  
 ma vidisse filium Iessei, adolescentem liberali for-  
 ma, & præter aliam honestam institutionem  
 hymnos ad citharam canere doctum, ac ne mili-  
 tarium quidem exercitorum rudem. Mittuntur  
 ergo ad Iesseum abducturi Dauidem a gregi-  
 bus, nuntiantq; patri, regem auditam adolescentia-  
 tam forma quam virtute, cupere ipsum vide-  
 re. Paruit Iesus, simulq; munera per filium re-  
 gi misit. Cumq; venisset, confestim a rege admo-  
 dum leto in satellitum assumitur, in magno apud  
 eum pretio habitus. Quoties enim a demone agi-  
 taretur, unicum erat in excantatione remedium,  
 & solus Dauid hymnos ad cimyram accinens,  
 regem ad sanam mentem reducebat. Imperatum  
 est igitur a Iesseo, ut filium apud regem degere

pateretur, quandoquidem tantopere eius præsen-  
tia delectabatur.

Expedicio noua Palæstinorum contra He-  
bræos.

CA. X

**XI.** **A**liquando autem post Palæstini cōscripto nū  
I. Reg. 17 merosō exercitu bellū Israélitū inferunt,  
et castra inter Sochū et Azecū oppida metan-  
tur, nec Saulus cunctatus ducto in hostē exer-  
ci-  
tu effecit, ut prioribus castris relictis in mun-  
tiorē quendā collē ē regione Israélitarum Pale-  
stini sē cōferrent, valle quadā inter utrosq; in-  
tercedēte. In hanc ē castris hostiū descendit Git-  
taus Goliathus, vir prodigiosa statura, quatuor  
enim cubitos uno palmo superabat, vastos artus  
conuenienti armatura protectus. Thorax quinq;  
milia scilorum pendebat, hinc moli respondebat  
et galea et ocrea: prægrandem etiam hastam  
non dextra gestabat, sed humero suslinebat, sex  
centoru scilorum ferro cuj idatā: ponē sequeba-  
tur armatorū phalanx. Hic cūm inter utrāq;  
aciē cōstitisset, immānu voce sublata, Quid opus  
est, inquit, Hebrei ancipitem martis aleam vos  
subire? Date mihi aduersariū, et duorum peri-  
culū decernatur, penes utros futura sit victoria:  
ut quoru miles succubuerit, alterius partis iugū  
ex pacto suscipiant: præstat enim unum aliquē,  
quam totū exercitum in periculū adducere. Hæc  
locutus retro ad suos reuertitur. Sequenti die rur-  
sum procedēs eisdem verbis est usus, atq; ita per  
quadra

quadraginta dies prouocare hostem praedictis  
conditionibus non destitit, stupente Saulo cum  
vniuerso exercitu: qui prodibant quidē in aciem  
sed à neutrīs initū pugna siebat. Ad hanc expe-  
ditionem profecturus Saulus Davidem remise-  
rat patri, contentus tribus alijs eius filijs, qui  
tum signa regia sequebantur, isq; ad gregum cu-  
ram intermissam se receperat. Sed dum bellum  
dicitur magis quam geritur, missus à patre ve-  
nit in castra, visurus quo in statu res essent, &  
fratribus necessaria portaturus. Interim Golia-  
thus ex more progreditur, & iam insolentior  
exprobrat, ne vnum quidem esse inter Hebreos  
qui in singulare certamē descendere audeat. For-  
tē tum David cum fratribus colloquebatur de  
patre & rebus domesticis, auditisq; barbari con-  
uitūs graniter commotus, se paratum dixit ve-  
hostem excipiat. At Eliabū maximus fratrum  
obiurgat hominem, per imperitiam rerum supra  
quam etatē eius deceat ferociente: addens satius  
esse vt ad patrem ac greges quam priuū reuer-  
tatur. Reueritus est David fratrem, nihilominus  
apud alios milites professus est sibi nō deesse ani-  
mum ad singulare pugnā, ita vt celeriter ad re-  
gem de hoc sit perlatū: quare accitus & iussus  
quid vellet dicere, Nō est, inquit, rex cur abiicia-  
mus animos aut formidemus: Ego congressus cū  
hoste insolentiam eius cōpescam, & clatū ac fe-  
rocietem prosterā, & ex terribili deridendum

reddam: tātoq; erit tua simul & tuorū illustrior gloria, quod ab adolescēte magis quam virō hostis deuictus videbitur. Saulo verò laudante generosum eius animū, nec tamē audente rem tantam tam teneræ etati cōmittere: Non est, inquit, quod dubites, nam h̄ec Deo fretus pollicor, cuius fauore iam non semel expertus sum. Quam enim paternos greges pascerem, raptum agnum ex ore leonis recepi, ipsamq; ferā in me impetum vertentē cauda correptam, soloq; afflictā occidi: neq; thitius tractavi vrfum greges inuidentem: & hanc quoq; beluam nihilo pluris facio, qui cum in Dei atq; homines connitia euomat, non patietur cælestē numen impune hoc illum auferre, sed meis eū manibus perdomabit. Efficit tam prompta audacia iuuenis, ut rex omnia fausta precatus ad pugnam eum mitteret, instrūtum prius thorace regio, simulq; ense ac galba. Tum David qui armis gestandis non assuerat, grāuari se his magis quam muriri sentiēs: Tuus sit, inquit, hic ornatus, qui gestare eum es idoneus: mihi famulo tuo permitte meo arbitratu pugnā capessere: & cum dicto arma deponit, baculūq; tantū assumit, & conieclis in peram quinq; lapi- dibus de glarea torrentis funda dextram armatus in hostem properat. Hunc apparatum postquam vidit barbarus adeò cōtempsit, ut per ludibriū percōtaretur, num se canē putaret, qui armis ad canes arcendos aptis instrūctus ad pu-

gnam prodiret. Imò cane viliore, respondit Dauid. Quo dicto cōmotus Goliathus, funda & infunda conuictiatus minatus est se cadauer eius fruſtatim feris alitibusq; pabulo ſparſurū. Tum Dauid, Tu me inuadis hasta tua cōfisus, ac thorace, & gladio : mihi vero pro armatura Deus eſt, qui te ac tuum exercitū noſtris manibus hodie deleterus eſt: auferā enim tuū caput, & reliquum tuū uncum canibus tui ſimilibus laniandū relinquam : & diſcent omnes quod Deus curam Hebreorū habet, eiusq; prouidentia vires nobis ſimul atq; arma ſuggerit: ſicut contra, ubi ciuiſ favor deest, nullus apparatus proficit. Interim Palæſtinus armis grauior quam ut procurrere poſſet, magnis paſſibus in iuuenem ac inermem contemptim ferebatur.

Singulare certamen Dauidis & Goliathi, ſequitāque Palæſtinorum clades. C A P. X I.

**H**iſtiorē Deum ſecum in certamen ducēs, & promptū ē pera in hoc ſelectum ē torrente rnum lapidem, funda rotatū tanta vi in aduersam hostis frontem infligit, vt ad cerebrum vſq; penetraverit: quo ielū ſopitus Goliathus in facie eſt poſtratus. Accurrit viator alacris, & quod ipſe inermis eſſet, ſuo ſibi gladio barbarum obtruncat: tantumq; in eo momenti fuſt, vt e vestigio Palæſtini terga verterent. Videntes enim preſtantissimum ex ſuis iacere, nullam amplius

spem superesse rati, turpi ac ignominiosa fuga periculo se eximere conabantur. Tum Saulus & omnes Hebraeorum exercitus sublato militari clamore in trepidos irrunt, & quotquot assequi poterant cadentes, usque ad Gittae fines, ac portas Ascalonis persequuntur. Cecideruntque Palestiniorum triginta milia, & duplo plures sunt vulnerati. Saulus vero a persequendo reuersus castra hostium diripit ac incendit. Caput autem Golathii David in suum tentorium reportauit, & gladium eius Deo consecravit. Motus deinde ini

I. Reg. 18 dia Saulus cepit claram Davidem odiisse, hac possimum occasione: Cum enim victor cum exercitu reueteretur, honoris causa obuiam venerunt ei mulierum ac puellarum chori ad cymbala ac tympana canentes. Mulierum cantio fuit, Saulum mullenos hostes profugasse: virginum item, Davidem decies mullenos sustulisse. Itaque audiens decuplo potiores victoriae partes adolescenti tribui, & ratus post tam gloriosum testimonium nihil ei superesse sperandum nisi regnum, suspicetum cum habere coepit: & parum tutum putans armatum circa se versari, ex satellite tribunum fecit, non tam illius honori quam sua securitati consultum volens, ut sepe hostibus obiectum aliquis casus e medio tolleret. David autem nonquam summa ope constitutus, quocunque; mittere cur rem feliciter gerebat: ut ob excimiam fortitudinem non solum apud populus gratiosus fieret, sed etiam Sauli filia

filia virgo amore eius caperetur, ita ut ne patre  
 quid latere id posset. Nasum enim se ampliore  
 insularum tendendarum occasionem putans, re-  
 nunciavitibus pueræ amorem libenter se illam ei  
 truditurum respondit, futuram periculorum & 2. Reg. 17  
 exitij causam. Promitto, inquit, filia coniugium,  
 si sexcēta hostium capita afferat. Scio illum ho-  
 noris auidum, et ex periculis gloriā petere nō re-  
 censaturum, sed fortiter Palastinos inuasurum: id  
 quod mihi bonum erit et cōmodum: sic enim sine  
 mea infamia sublatus securitate nobis afferret.  
 Mittit deinde domesticos qui Davidis mentem  
 pertinarent, quomodo erga pueræ coniugium sit  
 affectus. Qui cum indicassent ei, quod ob gratiā  
 qua cūm apud regē, tum apud populum polleret.  
 Saulus generum sibi cum destinasset: Vobis, in-  
 quis, fortassis mediocris res videtur generum re-  
 gium fieri, mihi certe nō item, qui conscius mihi  
 sum quātū plebejū ortus sim natalibus. Quo re-  
 nunciato Saulus ad domesticos: Dicite, inquit ni-  
 hil me morari pecunias, aut dona quae spōsa of-  
 ferat: hoc enim vēdere fuerit filia magis quā elo-  
 care. Sed cupere generum, fortitudine alysq; vir-  
 tutibus praeclentē, quales in ipso iam comperi.  
 Poscere autē pro nuptijs filia nō aurum aut ar-  
 gētum quod ē paternis edibns afferat, sed clade  
 Palastinorum et sexcēta eius gentis virorum ca-  
 pita. Nā et mihi nullum aliud tali munere ope-  
 bilior: & filia fuerit honorificum non vulgaria

dona ista accipere , sed in matrimoniu*m* vii spe  
etate ac et statæ fortitudinis cōuenire. Quibus au  
ditis David putans sincere à rege affinitatem  
suam experti, nihil cunctatus, neq; expēdens ne  
gocij difficultatem, cum suo sodalitio ad impera  
ta exsequenda properat: & hic quoq; vt in ca  
teris propitium numen expertus, rem ex senten  
tia conficit. Casis enim plurimis hostium, sexcē  
ta capita abscisa signum victoria ad regem re  
tulit, promissi eum admonens.

Saulus Dawidis fortitudine admiratus , filiam  
ei in matrimonium collocat. CAP.XII.

I.Reg.19 **S**aulus autem non valens tergiuersari , quod  
turpe duceret vel mētiri, vel prætextu affi  
nitatis insidias & perniciē per mandata tam pe  
riculosa viro forti struxisse videri, collocat ei si  
x 1 I. liam nomine Melcham. Nec tamen hac ne  
cessitudo animum regis immutauit. Vidēs enim  
fauorem Davidis & apud Deum & apud po  
pulum augeri, parū tutum hoc existimauit vel  
regno suo, vel vita: & cūm durū esset vel de al  
terutro periclitari, tollere hominē decreuit: eiusq;  
necis Ionatham filium cum domesticorum fidis  
simis ministros esse voluit. Qui demiratus patru  
incōstantiam, quod non solum amare talem iu  
uenem desuerit, sed morte etiam eius experieret:  
tum propria benevolentia, tum virtute hominis  
motus, secretam patris voluntatem ei nunciavit:  
simulq; consulit, vt saluti sue matrē fuga pro  
spiciat

spiciat, neu in sequentem diem usquam in propinquo appareat. Interim, inquit, ego patrem salutabo, & nactus occasionem de te mentionem iniiciam, & cognita indignationis causa, refellere eam conabor. Nullam enim existere posse idoneam rationem, cur optimè & de Republica & de rege meritus opprimi debeat. Nam etiam si quid peccatum sit, oportere hoc pristinis eius meritis donari: post colloquium autem certiorem te de patris animo faciam. Paruit huic consilio David, seq; quam primum è conspectu regi substraxit.

Quod rex Dauidi necesse fuit molitus. C. XIII.

**S**equenti autem die Ionathas patrem accedens, cum hilarem ac lubentem eum offendisset, cœpit de Dauide verba facere. Pater, inquit, quem in re vel magna vel parua lasus iubes interfici virum, qui tantum momentum ad salutem nostram attulit, nec minus ad cladem Palestinarum: quicquid à quadraginta dierum ignorinia populum Hebreum vindicavit, solus provocato hosti opponere se ausus: idem postea relato prescripto capitum numero, honoris causa sororem meam in matrimonium accepit: quod magis lucubris fiat nobis eius mors, non solum ob virtutem, sed etiam ob necessitudinem. Injuria enim hac ad filiam quoque tuam pertinet, quem prius viduitatem, quam coniugij fructus experietur. Hæc igitur reputans sine te flechi ad mittiora, ne veſcas in virum primum optimè de-

A S famil,

familia nostra meritū, quādo te demoniaco morbo misere vexatū pristine sanitati restitutum seruauit: deinde qui in perpetuos nostros hostes tam egregiè vindicavit. Indecorum enim fuerit orū omnīū obliuisci. His persuasus Saulus, iurat filio, posthac omniē iniuriā à Deitate abstinere se velle. Vicit enim equitas iram ac formidinem. Io nathas autē accito Danidi indicat mollitū patrem, iam nihil magis quam salutē ipsius cupe re: reductumq; in aulā patri recōciliat, ut solita officia circa eum quām id nodum antē obiret.

Quomodo David ali quoties insidias regis æ gre clapsus, bis tamen eum in potestate suam redactum interficere non sustinuit.

## C A P. X I I I .

**P**er idem tempus Palæstinis bellum redintegritatis, David cum exercitu contra illos mittitur: breuiq; viator magna eorū strage edita ad regē revertitur. At nō ita exceptus est ab eo. vt sperabat, vtq; post rem feliciter administratā excipi oportebat: sed successu mestus, eius felicitate periculosa fibi fore existimabat. Cūmque rursum intēperij ut ante agitaretur, accidit in cubiculū in quo decumhebat spiculum manu tenens, iussit psalmos ac hymnos incantare: et illo iussu exsequente, spiculum in eū iaculatus est: quod cum David flexu corporis declivasset, domū refagit, ubiq; per totā eam diē mansit. Noctu rē misit rex qui usq; māre adas eius seruarent,

ne clā elabereetur. Et in iudicij enocatū capitali sentētia dānaret. Melcha autē eius vxor & regis filia rbi patris voluntatē cognouit, accurrit ad maritū, quāto is in periculo esset, ipsaq; vna cum eo renunciāns, quo sine viuere nec vellet nec posset. Cauē, inquit, ne te Sol hic deprehēdat, aut nunquā posthac te videbit: sed fuge dum per nocturnas tenebras licet, quas Deus ad tuā salutē fogiores faciat: alioqui scito quōd si te pater inuenerit, sine mora est interfectorus. His dictis suā per sc̄enestrā demissum periculo exēmit: deinde parato lecto tanquā agrot. inti, stragulus iecur capræ recēs exemptū subiēcit: dilucidoq; venietibus quos pater ad Dauidem miserat, ostendit lectū opertum, & quod palpitatione recoris stragula moueri viderent, maritum agrū arhēlare persuasit, addens totam noctē inquietā eum exegisse. Quod rbi renunciatiō est regi, ea nocte in aduersā valetudinē incidisse, iubet sic ut erat eunt afferri, omnino enim illi moriendum esse. Qui cum reuersi ac reiecto cubili artem mulierem tandem deprehēdissent, rem totam ad regem deferunt. Et cū pater expostularet, quod inimicum sibi eripuisse, excusationem verissimilē commenta est. Ait illum mortem sibi nō pareret ac adiustaret comminatum: itaq; venia se dignam qua hoc non sponte fecerit, sed necessitate copulsa: debere enim illi cariorem esse vitam filia, quam inimici interitum, atq; ita veniam conseq

consequitur. David autem fuga elapsus peruenit ad prophetam Samuelem in Ramathā, eiq; rem omnem quo erga se animo rex esset indicat, & quām mīrūmūl alius fuerit quim spicula ab eo traeclitus fuerit: idq; cūm neq; regē vlla in relāsset, neq; in bello sēgniter aut improvidē se ges-  
 sisset: sed fauente Deo cuncta ex sentētia confe-  
 cisset: atq; hoc ipsum esse quod Saulum ad iniui-  
 diam ac od:um magis excitaret. Propheta verē  
 cognitare regis iniquitate, relicta Ramathā Da-  
 uidem ad quendam locū dederit, cui nomen Gal-  
 baath: ibiq; aliquandiu cū eo habitauit. Ut verē  
 nunciatum est regi Davidem apud prophetam  
 agere, mittit armatos qui eum cōprehensum ad  
 se pertrahāt. Qui postquam ad Samuelem vene-  
 runt, offendūt eū in cœtu prophetarū, moxq; eo-  
 dē spiritu afflati, & ipsi prophetare cōperunt.  
 Hoc audito Saulus alios eō mittit, Davidē com-  
 prehensuros: quibus cūm idē quod prioribus ac-  
 cidisset, rursum alios mittit: cumq; tertū quog;  
 ppheticō spiritu corriperētur, tandem irā impotēs  
 ipse eō properat: iamq; nō longe ab eo loco remo-  
 tus prius quām in conspectum Samuelis veni-  
 ret, eius opera & ipse prophetam agere incepit.  
 Cumq; ad destinatū locum peruenisset, alienatus  
 à mēte, abiectoq; vestitu nudus per diē ac noctē  
 in conspectu Davidis & prophetæ iacuit. Paulò  
 post ad Ionathā David peruenit, multa de patris  
 eius insidīs cōquerens, quōd se nihil tale meritū  
 totis

totis viribus opprimere cuperet. Ille verò roga-  
bat ne vel ipse hoc temere suspicaretur, vel alijs  
fortè suggestentibus talia facile crederet: sed sibi 1. Re.20  
soli fideret cui cōpertū sit, nihil mali patrē cōtra  
īpsum moliri: alioqui indicaturū eū sibi fuisse,  
cū absq; ipsius cōfilio nihil agere soleat. Cōtra  
David iureiurando assenserabat se rera dicere:  
olt̄ est abaturq; vt mallet credere ac saluti amicis  
prospicerē, quā contēptis eius verbis tanquā va-  
nis tum demum fidē habere, posteaquā extinētū  
vel viderit, vel audierit. Nā patrē talia cōfilia  
ideo cum ipso nō communicare, quōd nō ignoret  
mutuā benevolentiā que inter ippos intercedat.  
Quare tristis quōd iā persuasus esset percōatus  
est, qua nā in re posset illi gratificari. Tum Da-  
uid: Scio, inquit, quōd bene mihi velis, & grati-  
ficari cupias. Cras erit prima luna & solēne re-  
gis cōuiuum, cui me quoq; adhibere solet: quare  
si ita videtur extra urbē in agro clam te præ-  
stolabor: tu verò cū requisuerit me, dic profec-  
tum in patriā Bethleema, vt interfim festo quod  
mea tribus celebrat: idq; permisso tuo factum:  
Quōd si, vt mos est de amicis, dixerit, Feliciter  
profectus sit: scito illū nihil mali aduersum me  
in pectore coquere, Sin autē aliter responderit,  
hoc erit tibi iniqui in me animi argumētū: indi-  
cabisq; nihil rē, ita vi præsenti mea calamitate  
mutuaq; nostra amicitia dignū est, quā fide in  
hoc data & accepta dominus cū seru tuo vo-  
luit

lūisti inire:qua si me indignum aut erga paren-  
 tē tuum iniurium cēses,nihil expectatis eius ius-  
 sis iam nūc me tuo gladio cōfodito. Hac vltima  
 verba graniter ferēs Iomathias,facturum se po-  
 stulata promisit,et si quid patrem male de ipso  
 cogitare deprehēderit,indicaturum: & quō ma-  
 iorem ei fidem faceret, educto sub diuum iure in-  
 rādo cōfirmat,nihil se nō tentaturū quod ad sa-  
 lutem ipsius pertineat.Deus,inquit,qui hāc vni-  
 versitatē quām late vides implet ac moderatur,  
 quīq; prius quā eloquar mentē meā nouit,tcstis  
 esto initī inter nos fæderis,quodq; nō prius pa-  
 tris voluntatē scrutari desistā,quām cōpertum  
 habuero ecquid latētis odij aduersum te cōcepe-  
 rit:et quicquid deprehēdero,sive amicū sive in-  
 feisū,cōfestim tibi significabo.Nouit Deus quod  
 ipsum tibi ppetuo propitiū precor,vtq; semper  
 tuas res prosperet,quē admodum & nunc facit,  
 & posthac fakturus est:& sive pater meus sive  
 ego tibi aduerser, tu tamē ope illius nunquā non  
 vīctor evades.Tu vero memor esto huius nostri  
 affectus,& si me perire cōtingat,liberos meos  
 serua,et mihi debitam gratiam in illos collōcat.  
 Post hoc iusfirādum Davidem dimittit,iussam  
 in certū agri locum secedere,in quo se exercere  
 solebat:cognito eum patris animo venturum se  
 illuc vna cum puerō:& si,inquit,emissis tribus  
 ad scopum iaculis, collecta puerum referre iusse-  
 ro,iacere enim arte ipsum,scito nūbil triste à pa-  
 tre

tre timendum: quod si contrarium me dicere audi-  
 cris, patre quoq; contrario modo affectum exi-  
 stimat: utcunq; tamē ceciderit, ego dabo operā,  
 ne quid tibi secus quā velimus accidat. Tu cūm  
 latiora tēpora venerint, fac memor sis horum et  
 liberos meos commendatos habeto. His Ionathas  
 promissionibus confirmatus David ad constitu-  
 tum locum profici scitur. Sequenti verò die qua  
 fuit nouilurium, rex de more caste ac pure ad cœ-  
 nam venit: cumq; filius Ionathas dexter illi ac-  
 cumberet, alterumq; latus Abenares exercitus  
 imperator claud. ret, videns Davidis locum va-  
 cuum tacuit, suspicatus cum i deo abesse, quod à  
 congressu uxoris non esset purus. Sed cūm ne pa-  
 stridie quidē adesset, sciscitatus est ex filio, qua  
 de causa neq; tunc, neq; hesterna dic adfuisse so-  
 lemnibus epulis Iessai filius. Respōdit ille pfectū  
 in patriā ad solemnē tribus eius festiuitatē, com-  
 meatu à se impetrato. Quinetiam me, inquit, ad  
 hoc epulum invitauit, & si tibi idē videtur, ibo:  
 nosti enim quāta leniolenēa hominē psequar.  
 Hic iam nō amplius od:um suū Saulus apud fi-  
 lium dissimulare potuit, & euide:ter patuit, quā  
 infesto esset in Davidē animo. Iurgio enim ad-  
 ortus filium, desertorē eum patris ac hostem ap-  
 pellavit, sociumq; & adiutorem Davidis. Nec  
 pudere eum quod nullo parentum respectu cum  
 inimicis conspiret, & non posset induci ut cre-  
 dat nunquam securē regnatores incolumi Da-  
 uid

vide: simulq; iubet, ut hominē accersat, daturam  
 debitum supplicium. Cumq; filius quæreret, ob  
 quā culpā eum capite plectere vellet, nō iam in-  
 tra verba iram cōtinens proripuit se & naclus  
 alicū de spiculum, impetum in filium fecit: perpe-  
 trassetq; impium facinus, ni intercursu amico-  
 rum suisset cohibitus: atq; ita manifeste mali-  
 gnum & infestum erga Davide animum apud  
 filium pdidit, cūm minimum absuerit quin suis  
 ipsum manibus ppter illum perimeret. Ac tum  
 quidem regius filius è conuiuio profugus, oblitus  
 epularū, tum suū periculum, tum amici iam neci-  
 destinati vicē dolēs, in mōrore noctē exegit: &  
 prima luce ante vrbē in agrum p̄textu exer-  
 cendi se, sed re vera vt amico indicaret omnia,  
 professit: feraciliq; in iaculatione his que pro-  
 miserat, obligatoq; in vrbē comite pucro, solitus  
 dinem naclus ad colloquium Davidis properat:  
 qui vt primum in cōspicuum est datus procum-  
 bēs ad eius pedes seruatore suum salutauit. Ille  
 erectū à terra cōplicitur, atq; ita aequales duo  
 in mutuis amplexibus herētes iniquā sorte suā  
 deplorabāt, quae illis suauissimā cōsueudinē in-  
 uidorēt, & inuitissimos à se in uicē distractheret,  
 quod illis morte nihil mutius videbatur ac vix  
 tandem multis laniētis exfatiati, obtestatiq; se in-  
 uicē vt mutuē fidei perpetuō meminiſſent, digre-  
 diuntur. Inde David fugiens infestissimum  
 regem, in oppidum Nobam ad Achimelechum  
 sacerd

sacerdotē peruenit: qui solum neq; famulitio sti-  
patū, neq; amicis comitatū aduenisse vidēs, mo-  
tus admiratione tāta solitudinis causam percon-  
tatus est. Tū ille secreta mādata à rege se habe-  
re dixit, ad qua peragenda nullo comitatu opus  
esset, nā famulos in cōstituto loco sibi occurrere  
iussos. Poposcit autem ab eo viaticū, sic enim  
amicī officium facturū, & ad præsens negotiū  
opem collaturū: quo impetrato, armorū etiā ali-  
quid petiūt, aut hastā aut gladium. Fortè autem  
aderat quidā Sauli seruus natione Syrus, nomi-  
ne Doēcus, regiarum mularū curator. Pontifex  
verò negauit sibi esse quicquā armorū, esse ta-  
mē ibi Goliathī gladiū, quē occiso Palæstino Deo  
consecrauerat. Hoc accepto David extra ditionē  
Hebræorum aufugit in Gittā Palæstinorū, apud  
quam regnabat Anchus. Vbi agnitus à regis mi-  
nistris, & indicio ad regē perlato, bunc esse Da-  
uidem, qui tam multa Palæstinorū milia neci-  
dederit: veritus ne ab eo perimeretur, & pericu-  
lum quod apud Saulum effugerat, apud hūc in-  
cideret, furorem ac rabiē simulat, ita ut ore spu-  
mam emitteret, & alia signa insaniae præ se fer-  
ret, quibus morbo fidem apud Gittensium regem  
astrueret: qui iratus famulis quodd mēte captum  
homine ad se adduxissent, ius sit ut quam primū  
eijceretur. Hoc pacto è Gitta cū euasisset, in tri- I. Reg. 22  
bum Iude peruenit, & agēs in spelūca que est  
in agro Adullama, misit ad fratres qui eos doce-

ret, vbinam ipse moraretur: at illi cum tota con-  
 gatione se ad eum cōculerunt: nec nō & alij mul-  
 ti aut rerū nouarū cupidi, aut Saulū timētes, ad  
 eum vlt̄d̄ cōfluxerūt, operā suā ad omniē eius nu-  
 tū offcrentes: quorū numerus ad quadringentos  
 creuit: quorū multitudine ac ope fretus, relicto  
 eo loco ad Moabitarū regē proficiscitur, rogarq;  
 hominem vt parentes ipsius intra regni sui fines  
 tanti sper reciperet; dū res eorū in meliore statu  
 collocaretur. Quo impetrato, et parētibus in ma-  
 gno honore apud regē quādiū illic māserunt ha-  
 bitis, ipse iussu prophetae relicto deserto in tribū  
 Iude se cū suis transstulit, apud Sarim oppidū se  
 cōtinens. Quod postquā ad Saulū delatū est, Da-  
 uidē cū armatorū manu esse cōspectū, in nō me-  
 diocrē metū ac perturbationē regē cōiecit. Scieſ  
 enim eius magnanimitatē ac fortitudinem, ali-  
 quid magnū molitorū suspicabatur, quod rebus  
 regis aut periculum, aut certe difficultatis ac la-  
 boris plurimum afferret: conuocatisq; amicis &  
 ducibus & universis suis tribulibus ad regiam  
 vrbē Gabā, sedens in loco cui nomē Aruum, ad-  
 stante honoratissimo quoq; et toto satellitio, sic  
 eos est affatus: Viri contribules, scio vos memi-  
 nisse quantis à me affecti sitis beneficijs, et agris  
 locupletati, & honoribus ac prefecturis aucti.  
 Rogo igitur num plura & maiora munera à  
 Iessai filio exspectetis: scio enim vos omnes in  
 illū propensiōres, initio facto à Ionathā filio, qui

& vobis huic sententiae autor est: non enim me  
 latet clandestina inter illū & Davide icta fue-  
 dera: neq; quod cōsilio & opibus aduersariorum  
 partes cōtra me adiunxit. Vos autē nihil hec cu-  
 rat agit, sed quieti quod res euasura sit exspecta-  
 tis. Post hac regis verba cateris silentibus, solus  
 Doëcius Syrus mularū regiarum curatō respon-  
 dit, vidisse se Davide in Noba oppido, quō cū ad  
 pontificē Achimelechū venisset, ab eo de euentu  
 rerū oraculū accepisse, adiutūq; cōmeatu & gla-  
 dio Goliathi armatū, quod volebat deductū esse.  
 Accitus est max cum tota cognatione pontifex,  
 cui rex, Qua nostra iniuria prouocatus excepto-  
 sti Iessai filiū, & regis insidiatore armis atque  
 cōmeatu instruxisti? aut cur etiā de futuris ora-  
 cala ei reddidisti? Nō enim ignorabas, quod pro-  
 pter odium quo familiā meā prosecutur, hinc au-  
 fugerit. Pontifex autem nihil horū inficiatus, li-  
 berè fassus est hæc se nō tam Davidi præstittere  
 quā ipsi regi. Excepti, inquit, nō vt inimicū tuū,  
 sed vs fidissimum ministrum & tribunum, &  
 quod maius est generū, ac propinquā necessitu-  
 dine cōiunctū: qui enim putaret eū qui hoc ho-  
 nore à te dignatus sit, inimicū esse, ac nō potius  
 cū primis benevolum? Consulebas etiā de diuina  
 voluntate, nō nunc primum ei respondi: sed aliās  
 quoq; se penumero. Cumq; se diceret à te missum  
 ad arduum negotium properare, nō suppeditare  
 qua requirebat, ad tuam magis quam ad illius

iniuriā pertinere iudicabam. Quare nō est quod  
 de me male suspiceris, aut si quid noui munc Da-  
 uidē moliri audiūisti, ob exhibitā à me huma-  
 nitatem, fauere me illi aduersum te cogites : in  
 amicū enim ac generū & tribunū tuum colla-  
 tum volui, quicquid officij in illō cōtuli. His ver-  
 bis Saulis fidem habere noluit, quod plus apud  
 eū metus periculi valeret, quam excusatio quā-  
 tumuis iusta : itaq; circumdatū armatis cū tota  
 familia iubet cōtrucidari. cumq; illis religio esset  
 viros Deo sacros ferro violare, Doēcum Syrum  
 eam cādē perpetrare mādauit: qui assumptis ad  
 hoc aliquot sui similibus facinorosis, pontificem  
 cum tota cognatione interfecit : quorum nūme-  
 rus erat trecēti octuaginta quinq;: moxq; missi  
 sunt à rege Nobam fācerdotū oppidum, qui con-  
 trucidatis ad unum habitatoribus, nullo vel etā  
 tis vel sexus respectu, postremò flāmis eam de-  
 leuerūt : ex qua clade vnicus tātam Achimele-  
 chi filius, nomine Abiatharus seruatus est : idq;  
 totū iuxta oraculū Dei Eli pontifici olim reddi-  
 tum contigit : quo p̄dictū erat, propter filiorū  
 iniquitatē eius posteritatē aliquādo interiturā.  
 Rex autē Saulus tam saeu facinore perpetrato  
 stirpe p̄tifica internecione deleta, neq; teneram  
 etatē miseratus, neq; grādeuos reveritus, insu-  
 perq; ciuitate quā patriū ac alumnā sacerdotū  
 & prophetarū singulari privilegio Deus eleg-  
 rat, solo aquata, satis declarauit quam prauum  
 sit

sit hominum ingenium. Tantisper enim dām hu-  
 miles sunt atq; plebej, quia nō audent, neq; libe-  
 rum est naturae obsequi, eque ac boni viri esse vi-  
 dentur, mirumq; quoddā iustitiae studium pre se  
 ferunt: quin & pietatem interea colūt, Deumq;  
 omnibus actionibus nostris interesse, omnes de-  
 nique cogitationes intueri persuasum habēt. Sed  
 simul atq; ad potentiam & imperium prouecti  
 sunt, exutis pristinis morib; & tanquam in-  
 scena mutato habitu, nouaq; persona assumpta,  
 in omniē audaciam & insolentiam, diuinariunq;  
 aquē ac humānarum rerum contemptum prola-  
 buntur: & cūm ad superandam inuidiam maxi-  
 mē illis opus est pietate & iustitia, cumq; omnes  
 eorū non actiones solum, verum etiam voluntati-  
 tes in conspicuo sint omnibus proposita, tum ma-  
 xime tanquā aut dissimulante Deo, aut ipso po-  
 testatē eorū formidante, in subditos debacchari-  
 tur: & quicquid aut per inanē metū, aut odiū,  
 vel favore irrationabilem decernunt, id tum ho-  
 minibus ratū, tum Deo quoq; ipst probatū esse  
 existimant: futurorum verò prorsus nullum nec  
 respectum nec rationem habent. Quotquot enim  
 in eorū gratiam plurimos labores exhauiunt,  
 eos primū euelunt: deinde iam honoratos per  
 inuidiam non solum dignitatibus priuant, sed per  
 calumnias etiam sape opprimunt, non consideran-  
 tes quā merito, & rāmūq; temerarijs delationibus  
 absq; vila probatione fidem adhibentes: & sa-

uiunt nō in quos oportet, sed in quos ipſes ſenire  
eft facile. Hęc ita eſſe maniſtis exēplū in Sau-  
lo Cifilō nobis eſt exhibitū, qui primus poſt  
ſublatiōnē obtiſtum administrationē, ac iudi-  
cū ſupremū magiſtratū rex Hebraorū creatus,  
propter ſuſpeclum Achimelechū trecētos ſacer-  
dotes & prophetas interfecit, cæſosq; excidio  
urbiſ obruit, & quantum in ſe fuit ſummi Dei  
fanum ſacerdotibus ſacriq; miſterijs orbauit,  
poſt eam numeroſam cādē ne patriā quidē eorū  
& ſeminariū ſuperereſſe paſſus. Abiatharū autē  
Achimelechi filius, qui ſolus generi ſui ſuperſteſ  
cādē ſacerdotiū euaferauit, ad Dauidē fugā dela-  
tus familie clade & patris interitum ei renun-  
tiavit. At ille iam ante ſe hoc p̄aſagiuiſſe dice-  
bat, cum illi Doēcum riſideret: facileq; ſuſpiciatū,  
calumniā pōtifici apud regē ſtruendam: a gerri-  
meq; ferebat quōd ipſe tanti mali occaſiōnē p̄a-  
buiſſet: ſimulq; iuſſit, ut apud ſe maneret, quōd  
nuſquā tutiores latebras inuenire poſſet. Per idē

Reg. 23 temp̄is cūm indicatū eſſet Dauidi Paſtinos in  
Cillanorum agrū irrupliſſe, eumq; quantus eſt po-  
pulari, decreuit illos adoriri, conſulto priuſ pro-  
p̄bta, an Deus victoriā annueret: conſirmatiuq;  
oraculo, & cum ſua cohorte hoſtem aggreſſus  
magna cāde repulit, p̄adæſq; ex hoſtico egit,  
& Cillanis p̄aſidio fuit, dum fruges ex areis  
conueheret. Reſciuit hoc mature ſaulus: nam rei  
feliciter geſta fama contineri non potheit, quin in-

latè propagata ad regias quoq; audes permana-  
 ret, non sine ipfis Davidis laude. Quo nuntio læ-  
 tus rex putauit se iam rem factā habere, audiēs  
 inimicū se intra viiius oppidi mœnia cōclusisse,  
 & diuinitus hanc occasionē opprimēdi eius da-  
 tam dicitans, edicit populo vt Cillam properè  
 circumuentam tandem premant obsidione, donec  
 Dauidē in potestate redactū interficiant. At ille  
 oraculo admonitus, nisi mature suis rebus consu-  
 leret, fore vt Cillani eius deditioне ab ira regis  
 se redimant, relicta vrbe in desertū se cum qua-  
 gringentis armatis contulit, ibiq; collem queridā  
 munitū insedit, nomine Engelain. Saulus autem  
 cognito quod Dauid non amplius apud Cillam  
 esset, expeditionē eam omisit. Dauid verò ex de-  
 serto in Cenā locū agri Zipheni se cū suis trāf-  
 tulit: quod etiam Ionathas regis filius præsto fuit  
 salutarius amicum, & de futuris colloquutus.  
 Hortabaturq; eū vt bene speraret, néue præsen-  
 tibus difficultatibus de fatigatus cederet: omni-  
 nō enim regnaturum eum, & vniuerso Hebreo-  
 rum populo præfuturum. Tales autem felicita-  
 tes non solere otiosis contingere. Renouatiq; fœ-  
 deribus & sancta sub Deo teste in omniē vitam  
 amicitia, additisq; diris execrationibus in eum  
 qui prior à pactis recederet, illum eò loci reliquit  
 metu nonnihil ac solicitudine leuatum: ipse verò  
 domini suam repetit. Zipheri verò gratiam re-  
 gis captantes, certiorem cum faciunt, Dauidem

in agro suo morari: pollicebanturq; suam operā, ut in manus regis traderetur: occupatus enim quibusdam faucib; nullū reliquū illi fore effugium. Saulus verò hominibus collaudatis, gratijsq; aëlis, quod inimicū sibi indicassent: cumulate se illis beneficiū repositurum pollicitus, misit qui diligēter quererent Damidē, omnesq; deserti latebras perscrutarētur: dicēs se breui cum exercitu secuturam. Atque ita Zipheni duces se regi ad perquirendū eum & cōprehendendū obtulerunt, studium suum erga ipsum nō indicio tantū declaraturi, sed omnibus viribus conando ut in potestate redactum regi traderent. Sed non habuit successum iniqua eorum cupiditis, quibus cum nullū periculum ex silentio immineret, per adulatioñem & avaritiā virū pius & præter ins ad mortē quesitū, regi se tradituros erat polliciti. David enim cognita eorum malitia, simulj; regi aduentu, relictis locorum angustijs in quibus tum versabatur, evasit ad magnā petram quæ sita est in deserto Simonis. Nec Saulus destitit illi insequi: cognito enim inter eundum quod superatis faucib; evasisset, ad alterū petra latu peruenit: futurūq; erat ut David circumuentus comprehenderetur, nisi rex trepidus punitijs rruocatus esset, qui Palestinos in ditio nem eius hostiliter irrupisse adferebant. Satius enim indicavit hos perpetuos ac germanos hostes riuisci, agrisq; suis quo minus vastarentur opena afferte,

afferre, quam studio capiendi iniurici, regionem illius populandum prodere: atq; ita David prater omnium opinionem seruatus, ad fances agri Engadeni se contulit. Saulo autem post reiectiones Palestinae I. Reg. 24 stinos nuntiatum est, Dauidem intra fines Engadenorum morari: moxq; assumptis tribus armatorum milibus ex omni exercitu selectis, properè eos ad locum indicatum duxit: cumq; non longè abesset, offendit speluncam longo recessu opacam, & in penitiore sinu late patet, in qua tum forte David cum sua colorte delitescebat: in eamq; solus ad requisita natura se insinuavit. Antimadversum est id continuò ab uno è Davidis comitibus, qui cum eum moneret tempus ultionis offerre Deum, nec esse negligēdam occasionē tot erūnas finiēdi abscisso infestissimi regis capite, laciniam tantum regij pallij praeditum: indignus ratus in proprium dominum scire, quem Deus ipse ad imperij fastigium electione sua promovērat: nec enim par esse iniurijs certare cū eo, qui immunitum extinguere cuperet. Egresso deinde è spelūca Saulo, David quoq; in apertum progressus regem clamat, & cum ad agnitam vocem se conuertisset, ex more prius adoratum sic alliquitur: Quām iniquum est rex, te calumniato-ribus patulas aures prabentē, & vanissimis hominibus fidem adhibentem, de amicis spectatis suspicari, quos ex ipsorum factis potius indicare aportebat: verba enim vel falsa possunt esse vel.

vera, sed nullū apertius de animo quā ex factis  
 argumentū potest colligi: quē admodū nūc quoq;  
 indicare potes nū temere illis credideris, qui eius  
 criminis me apud te reū faciūt, quod ne in mēte  
 quidē vñquā venit: & in tantū te exasperauer-  
 rūt, vt nocte atq; die nihil magis quam de mea  
 pernicio cogites. An nō vidēs vanissimā esse tuā  
 opinionem, qua persuasus es me familie vestra  
 inimicū, tuaq; in primis necis esse cupidum. Aut  
 quibus cculis Deū putas immunitatē tuam aspi-  
 cere, qui hominē ad cēdē expetis, oblata vindicē  
 tali occasiōe tibi parcentē, quam ipse naclus  
 nūquā elabi ē manibus suis. Nihilo enim ma-  
 iore negotio caput tibi præcidere poterāt, quam  
 hāc vestis laciniā. Simulq; pānum protulit, qui  
 verbis fidē astrueret. Ego certe ne iusta quidē vlti-  
 tioni indulsi, & tu iniustas simultates cōtra me  
 exercere nō vereris. Sed horum Deus iudex erit,  
 probabitq; uter nostrum aequioribus moribus sit  
 præditus. Tum Saulus demirās ē quāto periculo  
 esset scrutatus, modestiaq; iuuenis attonitus, inge-  
 mat: simileq; gemitu referēte Davide, rex se in-  
 stius gemere fassus est. Tu enim, inquit, multorū  
 bonorū causa mihi fuisti, ego contrā tibi multa-  
 rum calamitatū autor. Et nunc quoq; declarasti  
 te a prisoriū aequitate nō degenerē, qui inimicos  
 in solitudine ad iniuriā expositos nacli, incolu-  
 mes dimittere maluerunt. Itaq; hodie manifestē  
 seruo regnū tibi à Deo repositum, & sub tuum  
 imperium

imperiu[m] vniuersam Hebraorum gent[er]e concessa-  
 ram: quamobrē postulo vt iure iurādo fidē mihi  
 facias, te rerū potius obliuioni iniurias meas tra-  
 diturū, & familiā meā saluā esse passurū. Pol-  
 licitus est id Dauid interposito, iure iurādo, atq;  
 ita regē in regnū remisit. In idē tempus mors Sa-  
 muēlis profetē incidit, viri qui suo merito in  
 maximo semper a[et]ud Hebræos pretio fuerat: il-  
 lustre[us]q; virtutis ipsius ac suæ obseruatiæ populus  
 testimoniū edidit, dum defunēti exequias & se-  
 pulturā magnifico sumptu cōcelebrat: & post-  
 quam iusta excoluit in Ramatha patria sepulcro  
 luctū in longum tempus prorogat: non quasi in  
 publico mœrore, sed quasi ad vnu quemvis pro-  
 priè hac orbitas pertineret: fucrat enim vir ad  
 omnē iustitiam ac bonitatē à natura cōpositus,  
 & ob has virtutes Deo lögē acceptissimus. Pre-  
 fuit populo post Elis pōtificis obitum primū solus  
 annis duodecim, deinde Saule regnante annis de-  
 cem & octo: cuius extremi dies in hac vt dixi  
 tēpora inciderunt. In locis autem, in quibus tum  
 Dauid versabatur, erat Ziphenus quidam in-  
 oppido Emma, vir locuples & multorum gre-  
 gam dominus: habebat enim in pascuis oviū  
 tria milia, & capras mille: ab his Dauid omnem  
 iniuriam abstinuit, graniter intermitates suis,  
 ne vel cupiditate, vel egestate, vel latendi spe  
 impulsi quicquam violarent, sed pluris iustitiā  
 facerent, & Dei voluntatem, cui nunquam pla-  
     guerunt

cuerant qui in alienis res manus audiē inīcē-  
 rent. In hac disciplina suos continebat, putans se  
 in hominē probū & sua benevolētia dignū hoc  
 officium collocare. Nabalus vero (hoc erat viro  
 nomen) homo erat aggressus, & malis moribus  
 preditus, sed honesta ac prudentia & eleganteris  
 mulieris maritus. Ad hūc David pecora tonden-  
 tem decem ē suis misit salutām, qui illi in mul-  
 tos annos eam felicitatē ominaretur: simulq; ro-  
 garent ut ē facultatibus suis aliquid cōmunicā-  
 ret, cūm ē pastoribus intelligere possit, quod lon-  
 go iam tempore in solitudine versati adeò nihil  
 detrimenti attulerint gregibus, ut custodes eorū  
 fuisse potius videri possint. Quicquid autem in  
 Davide cōtulerit, in hominē gratū ac memorem  
 collaturum. Ad hāc postulata homo suo more  
 nimis dure dedit respōsum. Percōtatus enim quis  
 esset David, ut audiret esse Iessai filium, Nunc,  
 inquit, fugitiū relīctis dominus insolenter ac su-  
 perbē se gerūt. Quibus renūtiatis David in irā  
 accensus, quadringentis armatis assumptis, &  
 ducētis ad custodiā impedimentorū relīctis (iam  
 enim sexcentorū manū coegerat) contra Naba-  
 lum proficiſcebat, iuratus quod ea nocte &  
 familiā eius & omnes opes esset cuersurus. Neq;  
 enim se tam agrē ferre, quod homo ingratus of-  
 ficij nihil repēderet, quām quod retro cōstitūs se  
 impeteret, nulla iniquā affectus iniuria. Interea  
 quidam ē seruis pastoribus ad herā suam, illius

xxix

uxorem, venit nuntians, quod David à marito  
 eius modicū quiddam postulans non solum nihil  
 impetraverit, sed cōuiūs etiā nō ferendis sit ap-  
 petitus, cūm tamē in eā diem semper greges eius  
 intactos præstisset: eamq; insolentiam dominū  
 posse illi magnā aliquā calamitatē afferre. Hoc  
 auditio Abigae (id nomen mulieri fuit) oneratis  
 aliquā multis asciis, & varijs xenijs in sarcinae  
 cōgestis incio marito & per temulentia sopito,  
 ad Dauidē properat: eiq; in vallis cuiusdam de-  
 scensu cūtra Nabalū armatorū agmē duceti fie-  
 obviā. Quē postquā appropinquare vidit, de iu-  
 mento defilijt, & prona in facie adorabūda de-  
 precata est, ne verbis Nabalū moueretur, qui re-  
 uera esset id quod vocabatur. Nabalus enim  
 Hebraorum lingua vocatur insipiens. Excusa-  
 batq; se nemine eorū vidisse, qui ad maritū mis-  
 si fuerāt. Quare obsecra, inquit, da veniā, et age  
 gratias Deo, qui per me tibi oblitit, quo minus  
 humano sanguine manus polluas. Si enim incon-  
 tamatus à cede permāseris, ipse pro te penas  
 ab his qui te laerunt exalturus est. Quod enim  
 Nabalū manet infortiū, inimicorū tuorū con-  
 tingat capitibus. Tu verò propitius hac mea  
 munuscula admitte, & irā qua meritō in ma-  
 ritū meū es cōmotus, in meā gratiā remitte. De-  
 cet enim clemētia & humilitas enī cui fata re-  
 gnā destinauerat. Ille verò numeribus acceptis:  
 profectō, inquit, Dei voluntate ad nos hodie ve-  
 nisti:

usisti: alioqui crastinam diē non videres: iurauis  
 enim me hac nocte domum vestrā subuersurū,  
 & nemine superstite relicturū ex familia homi  
 mis ingrati, ac in me meosq; cōtumeliosi. Nūc ve  
 rò Deus tibi in mentē immisit, vt maturè occur  
 tens furorē meū dlinires. Nabalus autē tamē si  
 propter te veniā nūc cōsequitur, pœnā tamē nō  
 evadet, sed sui mores per aliā occasionē perdent  
 hominē. Hac locutus mulierē dimisit. Ea domū  
 reuersa offendit maritū cū aequalibus cōpotan  
 tem ianq; vino granē, ideoq; tū nihil erit que  
 gesserat indicavit. Sequenti verò die posteaquā  
 sobrio rem totā exposuisset, in tātū m̄gerorē cum  
 coniecit, vt toto corpore sideratus decima post die  
 mortē obiret. Quod ubi Davidi relatū est, meri  
 tas pœnas Deo persoluisse eū dixit: suspte enim  
 malitia perditū, & vltioni subiectū, idq; incon  
 taminitas eius manibus qui iniuriā acooperat.  
 Atq; hoc quoq; exēplo didicit, nemine scelustum  
 vindictam Dei posse euadere: nec humana res à  
 Deo neglectas ferri temerō, sed bona bonis, &  
 malis quod illis dignum est repēdi. Moxq; missu  
 ad uxore eius nuntijs, acciuit eā in legitimū tho  
 rum coniugē sibi inducturu: qua p̄fata prius  
 se indignā vt vel pedes eius contingere cū omni  
 tamen suo paratu venit, & uxoris loco post hac  
 habita est, hunc honorem ab eo consecutum  
 propter modestiam bonosq; mores, tum propter  
 eximiam formę gratiā. Habuerat autem David  
 & antē

Et ante coniugem, ex Abesaro oppido oriundam,  
Nam Melcham Sauli filiam prius Davidi nuptam  
pater Iosephhæ filio elocavit, in oppido Get-  
thila habitanti. Nec ita multo post Zipheno- I.Reg.26  
rum quidam renuntiauit Saulo, Davidem rur-  
sum in eorum regione esse, & si velit adiutare  
posse eum comprehendi. At ille cum tribus mili-  
bus militum eò proficisciatur, & superueniente no-  
ste castram etatus est in quodam loco cui nomen  
Sicella. David autem cognito quod rex contra se  
cum armis veniret, speculatoribus missis, iussit  
ut se certiorem facerent, quoniam usq; processi-  
set: cumq; audisset eum esse apud Sicellam, no-  
tum ignaris suis omnibus, duobus tantum comita-  
tus, Abisao froris sua Sarnia filio, & Achime-  
lecho Chettæ, in castra hostium penetrat. Dor-  
mienteq; Saulo & circum eum satellitio, simulq;  
imperatore copiarum Abenero, in tentorium re-  
gium insinuatus, neq; regem agnito eius cubili  
ex spiculo interficere sustinuit, neq; Abisau ac-  
censum ad facinus permisit: sed cohibuit admo-  
nitum nefas esse regem diuino suffragio creatum  
interimere, quantumvis malum: eius enim esse in  
eum vindicare, qui regnum dedisset: utq; aliquod  
signum esset, quod nactus potestatem regis op-  
primendi, non esset ea usus, ablato spiculo & le-  
cytho aquali, que iuxta cubile sita erant, nemini  
sentiente castra exiuit, intrepide & quasi  
per otium inter sponitos versatus, partim noctur-

nis tenebris, partim audacia propria fretus: transgressusq; torrente, ex consenso montis vertice unde facile poterat exaudiri, inlamatis Sauli militibus & imperatore eorum Abenero è somno eos excitat. Et cum imperator nominatum appellatus scitaretur, quisnā esset qui se vocaret, sic respondit: David ego sum Iessai filius, à vobis profugus. Sed quī factum est ut tu vir tantus, ex inter amicos regios maxime honoratus, tam negligenter domini corpus custodias, ut dormire malis, quam curā salutis eius gerere. Capitalem enim culpam admisisti, qui paulo ante quosdam è nostris clām in castra regia subrepentes nos sensisti. Vide igitur quoniam deuenerit spiculum regium, & aqua lecythus, & disce quantum flagitium sit commissum. Saulus autē agmita Davidis voce, & cognito quod adeptus eum à somno & custodum negligentia proditum, non tam interfecit, cum id iure suo facere potuisset, gratias se illi habere pro salute concessa professus est: hortabaturq; ut bono esset animo, nihilq; mali in posteris timens, ad proprias aedes reuerteretur. Compertū enim habere, nō sibi ipsi salutem suam cariore esse quam Davidi. Se enim servatorem suum, hominem spectatā per multa officia benevolentiae, in exilium aēlā, & sepe in capitis discrimen adiuctū, amicorumq; consuetudine orbatis persecui non desistere: ilum verò pro hostili infectatione salutem sibi reponere. Tum David

David insit ut mitteret qui ex spiculum ex lecythum reportarent, hoc attestatus, quod Deus futurus esset utriusq; natura ex moris ac gestorum iudex, cui notus esset, quod ea quoq; die percisset inimico, quem in manu erat interficere. Atq; hoc modo Saulus iam iterum clementia Davidis incolumis e manibus emissus, retro in regiam se recepit. Ceterum David veritus ne si diutius in eis locis haberet tandem comprehendetur, consilium putavit in Palauinam trahire, ex illic degere: quod cum ceteris quoq; viisum esset, una cum sexcentoru[m] manus ad Anch[u] se contulit reg[is] Gitta unius est quinq[ue] eius gentis ciuitatis: ubi domicilio accepto a rege cum duabus uxoribus Achima et Abigaea habitauit. Saulus autem cautior factus postea destitutus contra eum aut proficiendi aut militi[m] mittere, videntes id sibi iam bis male cessisse, minimumq; absuisse quin captando caperetur. Danidi autem non plauit in urbe Gitta manere, sed petivit a rege ut ad priuatinam erga se hospitalitate hoc quoq; adiuceret, ex agri parte ad incolendum ei cum suis attribueret. Vereri enim se ne intra moenia morando onerosius Gittensisbus videatur. Annuit eius precibus rex, ex vicu quendam nomine Sicella m ei donauit, quam David postea regnum adeptus adeo dilexit, ut suam ex posterioru[m] priuatam possessionem in perpetuum esse voluerit: quae de re alias fuisse dicturi sumus. Totum autem

tempus quo David apud Sicellam vixit, fuerunt  
menses quatuor, additis viginti diebus: ex eo lo-  
co clancularijs excursionibus Palæstinae gentis  
vicinos sibi Saritas & Amalecitas infestabat  
magnas iumentorum & camelorum pradas abigēs:  
mancipia enim nō abstrahebat, veritus ne horū  
indicio res ad Anchum regem perferretur, De  
manubīs autē munera mittere ad regē solebat  
quo percontante vnde eas pradas ageret, meri-  
dionalē Iudaorū regionē cāpēstrē incursare se  
respōdens, regi facile persuasit, vt crederet, quod  
verū esse reliquēter cupiebat: sperabat enim Da-  
vidē si hostiliter gentē propriā tractasset, p̄-  
cluso reditus semper posthac obnoxii se habitu-

I. Reg. 28 rum. Et parabatur tum bellū in Hebraos cō-  
muni Palæstinorū decreto, īdicto omnibus eius  
nominis socijs die ad conueniendū in Rengā, vbi  
collectū exercitū Anclius in hostē ducturnus erat:  
& inter cetera auxilia Davidē cū sexcentorum  
cohorte euocauerat. Quo prōpte operā pollicente  
& dicente adesse tēpus riferēdē hospitalis gra-  
tia, rex cōtra à quo magis eum sibi deuinciret,  
promisit se eum re bene gesta in summo apud se  
honore habiturū, & satellitio suo p̄positurum:

Hebrei à Palæstiniis magno p̄ælio vincun-  
tur, in quo Saulus rex vnā cū filijs fortiter  
pugnans occubuit. CAP. XV.

**S**AULUS autem è regno suo diuinis omnes &  
ventriloquos ac ariolos ceterosq; similis va-  
nitatis

nitatis homines eiecerat, solis prophetis retentis:  
 cumq; audisset Palæstinos Sonnam vsq; urbem  
 progressos, castra ibi metatos, & ipse cum suis  
 copys illuc occurrit: & iuxta montem quendam  
 Gelboë dicatum castra è regione hostium posuit:  
 ubi non mediocris trepidatio illum incessit, repu-  
 tantem hostilem exercitum viribus longè pre-  
 cellere: qua de re solicitus ad oraculum Dei con-  
 fugit, euētum prælii sciscitans. Deo autem silen-  
 te magis etiam territus prorsus animum despon-  
 dit præagiens cladem imminere, posteaquam  
 Deus præter solitum auxiliatricē manum sub-  
 traheret. Quari nihilominus imperat muliercu-  
 lam quamquam ventriloquam, & magis elicere  
 callentem, quo vel sic rerum euentum prænosce-  
 ret: nam ventriloquorum genies evocatus defun-  
 ctorum animabus per eas futura sciscitantibus  
 prædicunt: cumq; indicio cuiusdā familiaris suō  
 comperisset, esse talem mulierculā in oppido En-  
 dorō, ignaris omnibus mutato regio habitu, as-  
 sumptusq; duobus fidissimis famulis ad Endorum  
 & mulierem fatidicam proficiuntur: rogarq;  
 eam ut diuinet, educatq; ad superos animā viri  
 cuius ipse voluerit. Illa autē repugnante & ne-  
 gante se edictum regis contempturā, qui hoc di-  
 uinaculorum genus à suo regno arceat: & ob-  
 testante ne nulla iniuria lacescitus insidias sibi  
 strueret, quo deprehēsa vetitas artes attrectare  
 ad supplicium raperetur: intravit neminem hoc

resciturum, neq; se responsum cum alijs cōmuni-  
caturum, sed fore eam extra omne periculū. Ut  
verò iurciurādo persuasa est nō timere, insit eā  
Samuelis animam excitare : que cūm nesciret  
quisnam fuisse Samuel, ab inferis hunc ouocat.  
Quo in conspectum veniente, malier specie virā  
diuina & veneranda perterrita ac stupesacta,  
versa ad regem, nōnne, inquit, tu es Saulus rex?  
hoc enim ex Samuele didicerat. Quo amuēte &  
rogāte trepidationis causam, ait se videre ascen-  
denter virum diuina quadam specie pr̄editum.  
Percontante deinde qua effigie quōne Inabitu es-  
set ac etatē, ait senē esse venerandum, habitu sa-  
cerdotali auctoritatem. Agnominis rex Samuele esse,  
& procidens adoratione salutavit. Anima autē  
Samuelis interrogante, quam ob causam elici ac  
suis moueri sedibus iussērit, necessitate se huc  
adactum conquestus est: imminere enim gravem  
hostium exercitum, & se inopem esse consiliū  
destitutum à Deo, neq; per ratus, neq; per som-  
niorum visiones futura presignare dignante:  
quapropter ad eū se configisse, cui res suas sem-  
per curae fuisse sit expertus. Samuel verò adesse  
iam regi extremū vita dīe pr̄uidens, superua-  
canū respondit ex ipso futura scitari, cūm à  
Deo destitutū se agnoscas. Audi tamen, inquit,  
in fatis esse, ut David assumpta regia dignitate  
bellum ex sentētia cōficiat: te verò & principa-  
lum & vitam simul amittere, eo quod in bello  
quod

quod cōtra Amalecitas gessisti obediens Deo nō  
fueris, & qua tibi per me etiā tum viuum man-  
danit neglexeris. Scito igitur & exercitū tuum  
ab hoste profigandū, & te vñā cū filiis in præ-  
lio cadentē cras mecum futurū. His auditis S. Iulius  
obmutat p̄r mœstia, & in humum collapsus  
est, sive ob subitanę tristitię viribus deficien-  
tibus, sive ob inediām, quod ea nocte ac p̄æteri-  
ta die corpus cibo recurare neglexisset. Tandem cū  
agre ad seipsum redisset, mulier urgebat eū ut  
cibū sumeret, hanc gratiā ab ipso reposens offi-  
ciū, quod per interdictas artes nō sine suo pericu-  
lo poscēt p̄æstiterat, priusquā sciret hūc ipsum  
esse qui interdixit: pro quo beneficio hoc tantum  
reposcebat, vt mēsa apposita vires refoueret, quod  
ad exercitū redire valeret. Resistentem vero &  
cibū omniē p̄æ desperatione auersari pergentem  
tantū nō adegit improbis precibus vt assentire-  
tur, cumq; vnicū haberet vitulū domi à se edu-  
catum mulier quotidianis operis victū sibi pa-  
rāns, & nihil præterea possidens, hoc macilato  
carnes coctas ipsi & famulis apposuit. Saulus  
vero eadem nocte in castra est reuersus. Mirari  
succurrit hoc loco mulieris huius comitatem ac  
liberalitatē, quæ tametsi à rege artem exercere  
vetita qua victum parare assueverat, hominem  
nunquam antē visum, immemor totā alendi se ra-  
tionem per hunc sibi ademptā, non auersata est  
vt hospitē & ignotū, sed cōmiserata & consola-

ta ad fastiditum cibum sumendum adhortata est:  
 et quod solum mulieri pauperi superfuit, prompte  
 ac libenti animo apposuit, nec gratia pro benefi-  
 cio rependeus, nec officio favore regis captans,  
 quae iamiam moriturum praesiebat: cum tamen  
 homines natura ita comparati simus, ut tum de-  
 mun officios esse libeat, quando aut pro meritis  
 gratia est rependenda, aut ipsi demereri quepiam  
 cupimus, quem cumulate aliquando beneficium  
 depositum speramus. Egregium igitur exemplar  
 beneficentiae nobis exhibuit, ostendens nihil esse  
 potius quam in necessitate constitutos subleuare ni-  
 bil quod hominē magis deceat, nihil quod Deum  
 aque conciliet, & ad beneficiandum nolis pro-  
 vocet: atq; hac de muliere illa dixisse sufficiat.  
 Nunc aliam quandam admonitionem scriptis  
 meis iuuat inserere, cum populis ac gentibus pro-  
 futuram, tum precipue viris eximis & ad glo-  
 riam natis incitamento futurā ad virtutē: qua-  
 doquidem hec sola in sempiterna memoria suū  
 cultores colloquare valens, magnū calcar ad ho-  
 nestā studia tam regibus gentiū, quam ciuita-  
 tum magistratibus debet subdere, ut contempnis  
 periculis atq; etiam certa morte, nihil durū pro  
 patria subire ac sustinere subterfugiant. Quod  
 ut faciam opportunè Sauli Hebraorum regis  
 illustre exemplum flagitat. Hic enim licet fu-  
 turi gnarus, & de obitu suo premonitus à pro-  
 pheta, noluit tamen eum vitare, & ob vita cu-  
 piditas

pidiatatem exercitum hosti predere, atq; hoc modo regia magestatem de honestare: sed cum libertate tota q; familia periculo se obiciens, pulchrum ecclisiam auit in prælio pro suo subditis imperio prouando cadere, & filios in eiusdem laudis societate assumere, potius quam superstites relinquerre, incertum quales nam futuros. Sic enim existimat, loco posteritatis, perpetuam laudem & immortalem memoriam sibi futuram. Quam obrem hic mihi verè iustus & fortis ac prudens fuisse videtur, & si quis huic similius fuit aut futurus est, huic virtutis testimonium ab omnibus reddi aequum censeo. Nam illos qui cum certa victoria in columnitatisq; spe bellum aggrediantur, posteaquam magnificum aliquid gesserint, non censeo meritò fortitudinis titulis insigniri ab historicis alijsq; scriptoribus. Sed quannus & illis sua laus debeatur, soli tamen generosi ac fortes periculorumq; contempsores iure dici possunt, qui Saulum emulantur. Quid enim magni est conuentum martis alcam fulire, & intersem ac metum fluctuando, si fortuna affulserit fauore eius uti? contra nihil letum sperasse, & præscium quod necesse sit in pugna cadere, intrepide tamen & imperculo animo fato minati occurrere, id vero generosi & fortis viri facinus ego cæseos. Haec est Sauli nostri laus, qui exemplo est omnibus re gloria amatoribus, ut si honesti apud posteros nominis ratione habent, idem sibi si quando

*ysus veniat proponant: in primis autē regibus, quibus propter fortuna sublimitatē adeō non licet esse ignavis, ut turpe sit etiā mediocritatem fortitudinis non excedere. Possem quidem etiā plura in hoc argumēto de Sauli generositate dicere, verū ne videar immodicus, eō unde digressi-*

I. Reg. 19 *suum reuertar. Palæstinis copias vndiq; contrahentibus, delectuq; per singulas gentes ac regna & satrapias habitu, nouissimus venit cum sue milite rex Anchus, quem secutus est Dauid cum sexcētorū cohorte: quem ubi viderunt Palæstinorum duces, percōtabantur regē unde nam venirent Hebræi, aut à quo vocati. Is respōdit Dauidem iram domini sui Sauli fugiente, à se exceptum, nūc ut gratiā hūspiti referat, vtq; de Saulle vindictam sumat, in auxilium venisse. At illis non probabatur, quod veterē hostem in auxilium acciūisset, suadebantq; ut eum retro remitteret, ne forte cladem aliquā ipsis afferat: facile enim habiturum occasiōē reconciliādi se domino, si hostibus eius detrimentum aliquod attulerit. Quare prospiciendum esse in futurū, Dauidemq; cum sua cohorte ad agros à rege illi assignatos remittendū. Hunc enim esse illum Dauidem virginibus cantatum, quod plurima Palæstinorū millia deliusset. Visum est regi queq; Gitta reče illos monere, moxq; accito Dauide: Evidē, inquit, fidem tuam ac virtutem comprehendam habens socium huīus expeditionis te assumpsit;*

sumpsi, sed ceteris ducibus hoc non probatur:  
 quare confessim agrum quem tibi donavi repe-  
 te, nihil de voluntate nostra dubitans: & illic  
 esto praesidio meae regioni, ne interim dum cū exer-  
 citu absum, hostes aliqui eam per occasionē in-  
 uadant: hoc enim pacto non minus amici ac so-  
 ciū præstiteris officium. Paruit David, & ad Si-  
 cellam se recepit. Sed interim dum Palæstinorū  
 castra sequeretur, Amalecitarum gens expa-  
 gnata & incensa Sicella, prædāque tam inde  
 quam ex vicinis Palæstinorum agris abacta,  
 in suam regionē reuertebatur. David autem vi-  
 cum suum vastatum inueniens, omnibusq; dire-  
 ptis utramq; etiam uxorem abductam, & pari  
 modo commilitonum uxores ac liberos cum ce-  
 tera præda abactos, doloris impatiens scidit ve-  
 stimenta sua: & adeo huic calamitati succubuit,  
 ut non prius flere ac lamentari suam & suorum  
 vicē desineret quam lacrymæ eum deficeret: nec  
 multū aberat quin ab iratis ob iacturam cōmu-  
 gum & liberorum militibus faxis impetreretur,  
 quod in ipsum causam tāti mali reiaceret. Post-  
 quam autē à moerore se recollegit, et animā ad  
 Deum erexit, rogauit pontificē Abiatharum ut  
 sumpto sacerdotali anictu Deum consuleret, &  
 oraculum referret, num Deus concessurus sit af-  
 secuto Amalecitas uxores ac liberos recipere,  
 penasq; de hoste sumere. P̄tifice vero iubete per  
 sequi, assumptis sexcentis armatis quantum po-

sicut per vestigia hostium properauit: cumq; ad  
 torrente quendam nomine Basclum peruenisset,  
 incidit in quendam Aegyptium errantem, iamq;  
 inopia & fame deficiensem, qui toto triduo per  
 desertū impastus oberrauerat: hunc cibo & po-  
 tu prius refocillatum, rogat cuius esset, & qua-  
 natione. Is respondit se Aegyptium genere, à dō-  
 mino relictum in itinere, quod propter langorē  
 non posset agmen consequi eorū qui vastata Si-  
 cella fuitimisq; locis domū se recipiebant. Itaq;  
 hoc ductore David vsus ad persequendos Ama-  
 lecitas, assecutusq; eos in terram projectos, &  
 parvum prandii sumentes, partim iam tumulen-  
 tos, & rebus ex præda quæsitis se oblectantes, ex  
 improviso irruens, magnā eorum stragō edidit.  
 Inermes enim, & nihil tale expectantes, & epu-  
 lis tantum, ac compotationibus intenti, facile ab  
 armatis conficiebantur. Alij enim instruclis men-  
 sis accubantes, cruento appositos cibos innundabāt,  
 alij propinantes fibi iniucē opprimebantur, non-  
 nulli vero somno iam ac vino sopiti, & si qui se  
 interim armare potuerunt, nō multo maiore ne-  
 gocio quam cateri cedebantur: duravit enim ea  
 cedes à prædio vsq; ad vesperā, ut ex omnibus  
 Amalecitarum copijs agre quadringenti celeri-  
 tate camelorū ab internectione sint exempti: ca-  
 terū præda omnis est recepta, uxoresq; tā ipsius  
 Davidis quam cōmilitonum. Remetientes autem  
 ita postquā ad eum locū peruenerunt, ubi duce-

tos minus expeditos ad custodiam impedimentorum reliquerant, quadringenti illi nolebant eos in præda partem admittere, quod per ignam in persecundo hōste delassati fuissent, aiebantq; contentos esse oportere receptis uxoribus ac liberis. Hanc eorum voluntatē iniquam David pronunciauit. Par enim esse, ut victoria diuinitus concessa receptisq; ex hōste spolijs, vniuersi milites ex equo fruerentur, maximè cum reliqui impedimenta interim asseruauerint. Ex eo prædicio mos in posterū obtinuit, ut tantundē ex præda cederet ihs qui pugnac interfuerunt, & ihs qui interim circa impedimentorum custodiā sunt versati. Reuersus deinde Sicellam David, per totam tribū Iude partes ex præda ad amicos & familiares misit: atq; in hunc modum circa Sicellam & in persecundis Amalecitus res gesta 1. Reg. 13 est. Interea Palestini acri prælio cum hōste con gressi, & superiores facti, plurimos ex aduersa acie sternunt: ibi Saulus & filij contra hostem egregiè certantes, & hoc tantum agentes, no inulti caderent, vtq; honestis vulneribus confecti luftuosam hōsti viatoriam relinquerent, totam vim hostium in se conuerterunt: & circumuenti multitudine, magna circa se strage Palestinarum edita, postremò & ipsi hostium telis sunt obruti. Fuerunt autem Sauli filij, Ionathas, Ammadabus & Melchisus, post quorum casum vniuersus Hebraeorum exerci-

tis profligatur: dumque nullo ordine trepidi fu-  
 giunt, instantibus à tergo barbaris ingens cades  
 est perpetrata. Saulus quoque stipatis suorum  
 caterua fugiebat: in quæ Palæstini immisæ sa-  
 gittarijs & iaculatoribus, omnes paucis exce-  
 ptus confixerunt. Ipse vero post multa fortia faci-  
 nora edita grauatus vulneribus, ut iam nec sub-  
 sistere, nec sibi ipse manus inferre valeret, obse-  
 cravit armigerū ut se ferro transfigeret, priusquā  
 viuus in hostiū potestatē fieret. Quod cū armi-  
 ger ob maiestatis reverentiā detractaret, ipse ad-  
 moto ad pectus pprū gladij mucrone in eñ incu-  
 buit: et cū deficiētibus viribus trahere se nō pos-  
 set, circū spicieſ iuuenē proximū rogat, quis nam  
 esset: auditoq; esse Amalecitā orat ut se iuuaret  
 efficere, quod ipse suis manibus non quiret. Qui  
 postquā eius optata exsecutus est, adeptis aureis  
 armillis et corona insigni regio, quātū potuit fe-  
 stinus inde se præpuit: armiger autē regius cōspe  
 Ela Sauli nece, ipse quoq; se iugulauit: pari mo-  
 do & vniuersum eius satellitū vna cū domino  
 suo cecidit, circa montem qui nominatur Gelboe.  
 Qua clade audita ab Hebrais qui vallem ultra  
 Iordanē sitam habitat quiq; cāpestres vrbes te-  
 nent, quod Saulus rex cū filijs et exercitu in pra-  
 lio cecidisset, relictis suis oppidis in munitissimas  
 quasq; vrbes cōfugerunt: qua Palæstini deserta  
 nacti, facile occupata ipsi post hac incoluerunt.  
 Die vero quæ prælium proximè consecuta est.  
 dum

dum casorum cadavera spoliant, inciderunt in Sauli filiorūq; eius corpora, quibus exuris capita etiam præciderunt: ex dimissis in hoc per totam suam regionē certis hominibus, hostes cecidisse vñctianerunt: quorū arma in templo Astartes dedicauerūt, porro corpora eorū circa moenia urbis Bethsanæ, qua nūc est Scythopolis, crucibus affixerūt. Quod postea quā auditū est in Iabissa urbe regionis Galaditidis, truncata esse Sauli ac filiorū cadavera rē indignā rati eos extrema exsequiarū hancore fraudari, ali quā multi fortissimi ex audacissimi egrediuntur, ( alit enim hęc urbs homines robustos ac feroceſ) factoq; per tam noctem itinere, ad Bethsanæ moenia peruenientes, demptis Sauli & filiorū corporibus Iabissam eadē portauerunt, nemine hostium arcere eos aut aggredi propter virtutē ipsorū audentē. Iabisseni autē populariter eos deploratos in celeberrimo agri sui loco sepelijuerunt, ex indecto obregis & filiorum cadem luctu ac ieunio dierum septem, in lamentis ex planctu eos exegerunt. Hic finis fuit Sauli iuxta Samuelis vasivium, propterea quod mandata Dei de bello contra Amalekitas gerēdo non est executus: ex quia trucidato cum tota cognatione Achimelechō pontifice, urbem quoq; pōtificalem subuertit. Regnabitq; viuente Samuele annis decem & octo, ex post mortem eius annis viginti: quo tempore exalteo, cum quem diximus vita finē est fortitudo.

F L. I O S E P H I A N T I  
 Q V I T A T V M I V D A I -  
 C A R V M, L I B E R  
 S E P T I M V S.

Dauid apud Hebronem vnius tribus rex  
 creatur, in reliquis Sauli filius pa-  
 ternum regnum obtinet.

C A R V T I.

2. Reg. i

 o c pralium in eum diem incidit,  
 quo Dauid de Amalecitis victor  
 Sicellam est reuersus. Tertio au-  
 tem post eius redditum die, elas-  
 psus è pralio Sanli interfector, scissa ueste, ca-  
 putq; sparsus cinere ad Dauidem peruenit: ado-  
 ratoq; eo, interrogatus unde veniret, è conflictu  
 Israëlitarum ait se venire: id fuisse illorum par-  
 tibus infortunatum, casis multis Hebreorum  
 milibus, & insuper rege cum filijs post eam pu-  
 gnam desiderato: atque se nunciare suis oculis vi-  
 sa, cum forte in fugientem cum suis regem inci-  
 disset, quicm à se rogatu ipius cæsum feebatur;  
 ne viuis in manus hostium veniret: cùm enim  
in gladium intubisset, non potuisse seipsum pra-  
 milleitudine vulnerum interficere. Eius dainde  
 cedis argumenta certissima ostendebat, armil-  
 las cureas, & insigne regium, quæ ipse mortuo  
 detraxerat, ut Danidi afferret. At ille tant cer-  
 tis

tū indicij credere coactus, scidit vestimentum,  
 & in fletu ac lamentis totam diem cum amicis  
 exegit. Accedebat ad mæroris cumulu Ionathas  
 Sauli filius, fidissimus eius amicus, & salutis  
 ipsius non semel autor. Tanta autem fuit Davi-  
 dis virtus & erga Saulum benevolentia, ut quā-  
 quis sepius capitalibus eius insidij appetitus, nō  
 solum agerrimè tulcrit eius interitum, verum-  
 etiam interfectorum illius affici supplicio insse-  
 rit. Præfatus enim quod ipse sui accusator exti-  
 terit, regis cadem professus, & per hoc Amale-  
 citæ filium se declarauerit, duci hominem mas-  
 damit: præterea lamentationes & epitaphia in lau-  
 dem Sauli & Ionathæ composuit, que in hodierni  
 usq; diem leguntur. His extremis officijs 2. Re. 2.  
 honorato rege, lutoque finito, consuluit Deum  
 per prophetam, quāmmam ex urbibus Iudeæ tri-  
 bus habitandam sibi concederet. Cūmque re-  
 sponsum esset Hebronem concedi, relicta Sicella  
 eò commigravit, ambabus uxoribus illò addu-  
 citis, & cohorte domestica: mōxque tota tribus  
 ad eum locum confluens, regem eum communè  
 suffragio declarauit. Audito deinde quod Sau-  
 lum cum filijs Iabiseii in Galaditide regione  
 sepelissent, misit illuc qui collaudato eorum fa-  
 cinore, gratiam illis referendam suo nomine pol-  
 licerentur siniūque nuntiarent, quod Iudeæ tri-  
 bus regem se consalutasset. Interea Sauli copia-  
 rum perfectus Abenurus filius Neri, vir stre-

nus, & ad magnas res obeundas natus, quam  
 primum cognouit cecidisse regem & Ionatham,  
 aliosq; duos eius filios, properè in castra delatus,  
 reliquū ex omnibus filiis nominē lebosthū pericu-  
 lo eripit, & superato via cū illo Iordanē, totius  
 populi regē eum constituit excepta tribu Iude;  
 regiamq; ei eligit apud locū qui Hebraice Ma-  
 nalis dicitur, interpretatur castrū. Inde profectus  
 est cum delectissimo milite, ut prælio cum Iude  
 tribu decerneret, iratus quod Dāuidē regē crea-  
 missent. Huic occurrit Ioabus Saruia Dāuidis se-  
 roris filius, natus ex patre Suri, duos secum fra-  
 tres, Abisaeum & Afaëlem, vniuersumq; Dāui-  
 dis exercitum dicens: & cū circa quendā fon-  
 ticulum apud urbem Gabao in eum incidisset,  
 aciem ad præliū explicat. Cumq; Abenerus di-  
 xisset cupere se experiri utrius partis præstan-  
 tiores milites essent, ex pacto utrinque duodenā  
 ad certamen sunt destinati: qui pgressi inter utrāq;  
 aciē, emissu prius pilis, gladios stringunt: rō  
 prehēsisq; aduersariorū capitibus, latera et illa  
 feriebat, donec mutuis vulneribus ad unū se con-  
 ficerent: quo facto exercitus etiā conflixerunt,  
 & post acre certamen, partes Abeneri succu-  
 buerunt. Versos deinde in fugam Ioabus non de-  
 stitit persequi, sed tergis eorum hærens hortaba-  
 tur suis, ut ne defatigarentur: idemq; etiam fra-  
 tres eius faciebant, præcipue iunior Afael ob-  
 eximiam pedum perniciatem celebris, & non  
 solum.

folium cum hominibus, sed cum equis etiam cur-  
 su contendere solitus: is tum Abenerum rectâ in-  
 sequebatur, nec in sinistram nec in dextram de-  
 flectens. Conuersus autem Abenerus, & impe-  
 tum eius fruſtrari volēs, primum unius militis  
 armatura cum eo depacisci voluit, ut persequi  
 defineret: deinde rogabat, ne se in hanc necessi-  
 tate adduceret, ut illo imperfecto, in fratri eius  
 cōſpectum poſthac venire nō auderet. Cumq; il-  
 le his verbis nihil moueretur, sed persequi perge-  
 ret, ita ut versa hasta fugiebat, imminēti leta-  
 le vulnus infligit, ut in vestigio concideret: qui  
 verò cum eo Abenerū insectabantur, poſt quām  
 ad locum in quo Aſael iacebat peruenient, oblitū  
 amplioris persecutionis circum cadaver consti-  
 tuerunt. Ioabus autem & frater eius Abi'eus, pra-  
 ter exanime corpus curſu prouecli, incitatiq; ira  
 extincti fratri, mira perniciitate ac alacritate  
 usque ad ſolis occafum persecuti ſunt Abenerū,  
 & uſq; locum qui ab aqua duellu nomē accepit:  
 hic in loco eminentiore conſtitit, Abenerum cum  
 Beniamitis fugientē proſpiciens: qui cūm excla-  
 masset, ſatis iam indignationi indultum, nec eſſe  
 viros consanguineos improba inſectatione cogendos;  
 omiſſa fuga in certamen redire: culpā enim  
 penes fratrem eius Aſaēlem eſſe, quod monitus  
 ab inſequendo deſſttere noluiffet, & ideo ielua  
 cecidiſſet: viſtas eſt non male admonere: moxq;  
 Ioabuſ dato receptui ſigno ſuos cohibuit: & in

eo loco castris positis pernoctauit. Abenerus verò continuato per totam noctē itinere trans Iordanem in Iebosthī regiam se contulit. Sequenti die Ioabū recensitis casorum cadaveribus omnes sepultura dignatus est: ceciderant autem ex Abeneri exercitu trecenti sexaginta: ex Davidi nouemdecim, praterq; Asaēl: cuius cadaver Bethlema reportatum fratres cum patrijs monumentis intulissent, ad regem suum in Hebro-

Reg. 3 nem sunt reuersi. Hoc sicut inter Hebreos ciuilis belli initium, quod aliquando durauit, sed ita ut Davidis partes magis ac magis proficeret, contrā eorum, qui sub Sauli filij degebant imperio, indies dexteriores fierent. Interea David secū filios è totidem uxoribus suscepit, quorum natus maximus è matre Achima natus, Ammon datus est. Secundus ex uxore Abigae Daniel. Tertius ex Machama filia Tholomai natus regie Gestorum nomine Abesalon. Quartus Adonias ex uxore Angite suscepitus, quintum verò ex sextum Gerthesam ex Galam nominavit. Postd post conflatū ciuale bellū, ex crebros partium conflictus, prcipiuū monumentū fuit in Abenero, qui quod esset vir prudens, ex ad popularē gratiam factus, multitudinem in officio continebat, ut longo tempore in fide Iebosthī permanerent. Deinde verò insimulatus apud eum, quod cōsuetudinē haberet cum concubina eius R espha filia Sibasti, ex ea de causa obiurgatus, dolore ex indigna

indignatione motus, quasi non bona gratia sibi  
pro fidei studio redderetur: minatus est se regnum  
ad Davidem translaturum, & declaraturum quod  
Iebosthus non tam propria virtute aut prudenter  
regno trans Iordanem potiretur, quam ipsius be-  
lici artibus, & eximia in eam diem fide, moxque  
misit in Hebronem ad Davidem, qui suo nomine  
fœdus cum eo ferirent, hac conditione ut inter  
principios regis amicos recipereetur, si populo ad  
defectionem à filio Sauli concitato, efficeret ut  
David ab universis Hebreis rex agnosceretur.  
Qui cum vehementer hoc nuntio latuit conditio-  
nem accepisset, & quo magis ratum esset fœdus,  
postulasset ut Melcholen uxorem ad eum remit-  
teret, quam magno suo periculo & annumeratio  
Santo sexcentis Palastinorum capitibus emerat:  
ante omnia remisit eam abstractam à Pheltia  
coniugio, adiuuante etiam Iebostho: nam & huic  
David scripserat, equum esse uxori sibi restitui.  
Deinde cōvocatis senioribus populi, & prefectis  
militia, in eam sententiam locutus est apud eos:  
Remoratum se quidem illos quo minus relēcte  
Iebostho ad Davidem descererent: nunc autem li-  
benter se hoc illis permisurū, quandoquidē certo  
comperisset, hunc per Samuelem prophetā totius  
Hebraeorū gentis regem diuino iudicio designatū  
esse: eundemque ratione præcēdēt, quod huius  
dictu vindicandum sit in Palastinos, nec alio  
rege sub ingens Israëlitarum eos posse subigi.

His auditis seniores & prefecti, certi iam in eorum sententiā Abenerum transisse, Davidi in posterrum aperte studuerant. Supererat ut & Beniamita in hac sententiā cōcederet, quod ex hac tribu esset Iebosthi satellitū: ad quos quam eadem verba fecisset, ac ne illos quidē reniti animaduxeret, cum viginti fermè comitibus ad Davidem proficiscitur, ut praesens fudus initio cōfirmaretur tū quia quisq; in rebus suis sibi magis quam alijs fudit, tū quia volebat certiore facere, quid in causa eius cum senioribus & ducibus egisset, et quod ipsam quoq; Beniamiticā tribū in partes ipsius traduxisset. A quo comiter exceptus, & splendens ac sumptuosis epulu per aliquot dies adhibitus, tandem petuit ut dimitteretur, traducturus ad eum exercitū, & quod promiserat re exhibeturus & quasi in manum imperium gentis ei traditorus. Vix ad hec promissa exsequenda missus a Davide Hebronē exiuerat, cum Ioabus copiarū imperator peregrē rediēs illuc aduenit: cognitoq; quod Abenerus iecto cum Davide fædere paulo antea abisset regnum ei tradi curaturus: rectius ne is primum inter amicos locum obtinueret, autem illi factus regū fastigū, & alioqui vir prudens in consiliis capiendis, & rerū momētis obseruan- dis: ipse vero deteriori cōditione esse inciperet, et prefectura copiarū priuaretur, malum & ini- quum consilium concipit: ac primum calumnijs. eum aggressus, persuadere conatur regi, ut caueat sibi,

sibi, neq; fidem illius verbis adhibeat nihil enim  
illegem non tentare, quò regnum Sauli filio cōsta-  
liliat: & nunc strūctis dolis aduenisse, & optan-  
ti potum, cum certa spe insidijs circumueniēdā  
Davidis abire. Postquam autem fruſtra ſe ver-  
ba fundere animaduertit, ac ne tantillum quidē  
regem his moueri, mutato cōſilio facinus audax-  
mente concipit, & certus hominem tollere mi-  
tis cōfestim qui curſim per eius reſtigia viam  
carperet, & affecuti eum Davidis nomine reu-  
carent, quāſi per obliuionē quiddā maximē ad  
rem pertinens illi significare omisſisset. Abenerus  
autē postquam hac auduit ex nūtījs in loco cuō  
namen Besira x x. ſtadijs ab Hebronē diſito,  
nil eorū qua cūtura erāt ſuſpicatus, ad urbē  
revertitur. Cui obuiam factus ante mōnia Ioa-  
bus, humanissimè exceptum ſummam beneuolen-  
tiā p̄rfe ferens (ut ſaſe fit cum ad obtexen-  
das inſidijs malum aliquod facinus molientes  
ſumere aū bonitatem ſimulans) ſeorsum à cetero  
comitatus ſeducit, quāſi ſecretius aliquid cum eo  
collaqui vellet: aſq; ita abductum in locum por-  
ta ſolitarium, mo. tantū fratre Abiſao p̄ſente  
ſtricto ferro per ilia trauicit. Hunc exitum ha-  
buit vir egregius, inſidijs à Iaabo interceptus,  
ut ipſe videri volebat in viajōnē fratriſ Aſaē-  
lia, quem in p̄alia ad Hebronē commiſſo Abe-  
nerus pertinaciter ſe inſequentem interemerat:  
re autem vera quōd miferè timeret, ne bonore.

quem obtinebat priuaretur. Danide imperium exercitus in Abenerum transferente, Hinc sari videre licet: quam nihil non audeant homines ambitioni & avaritia dedisti, dum nemini cedere volunt. Nam & dum cupitis potiri properat, non dubitant quodvis perpetrare facinus: & ne quod semel naclii sunt amittant, maiora etiam non reformidant: sic existimantes, lenius incommodum esse ad summum fastigium no peruenire, quam ab assuetis iam bonis excidere: ideoq; plus illis semper audacia supereft, dum tamen ne pristina felicitate primentur. Sed de his satis est paucis admonuisse. Porro David audita Abeneri nec vehementer indoluit, sublataq; ad calum dextera, magna voce protestatus est, quod nec subente se, nec concio cedes ea fuerit commissa: ad hac diris imprecationibus autorem necis hu- ius execratus, & familiam eius & facinoris socios praindicio suo damnauit. Valde enim sollicitus erat, ne videretur hoc contra fides cum Abenero ictum fuisse admissionis, edixitq; ut totus populus defleret ac lugeret virum, & solen- nibus funeralibus ei parentaret, scissis vestibus & saccos induitus: atq; hoc modo exequias frequentari voluit, quas & ipse una cum honora- toribus ac prefectis deduxit, planetu & lacry- mis satis indicans vel benevolentiam erga vi- num, vel merorem ob defunctum, quodq; prater ipsius voluntatem interemptus fuerit: quin & magnifice

magnificè apud Hebronem sepultum, ac epita-  
phio à se composito honoratum, stans super mo-  
numentum primus deplorauit, suoq; exemplo ca-  
teros ad idem faciendū pronocauit. adeoq; gra-  
uiter Abeneri morte affectus est, vt nullus ami-  
corum precibus ad gustandum ea die cibum ad-  
duci potuerit, sed iuratus iejunium vsg; ad solis  
occasum seruauerit. quod sanè non mediocrē ipso  
gratiam apud multitudinem conciliavit. Nam  
quotquot erāt Abeneri studiosi vchémeter hunc  
defuncti extrellum honorē & seruatam ad ul-  
timum fidem probauerunt, quod omnia in eum  
contulisset que in amicos confervi solent, & non  
ut inimicum aliquando neglecta & ignominio-  
sa sepultura tradidisset: tum considerantes pro-  
se quisque egregiam regis benignitatem, eadē  
sebi quoque ab illo pollicebantur: atque hoc mo-  
do optime David fama sua consuluit, nemine  
amplius suspicante ipsius voluntate casum fuisse.  
Abenerum: quin & priusquam multitudo que  
ad funus celebrandum conuenerat digredere-  
tur, docuit eos quantum ipse in animo vulnus  
acepisset, quantumq; totus populus detrimen-  
tum amissō viro in rebus bellicis tam confilio-  
quām manu præstantissimo. Sed Deus, inquit,  
qui universa gubernat, necem huīus multam  
non sñet. Is mihi testis es̄to quod in Ioabum &  
Abiscaum animaduertere non valeo, qui apud  
exercitum penè plus possunt quām ego ipse: per-

nam tamē diuinitus infligendā non effugient. Es  
Abenerus quidem in hunc modū vitam finiuit.

Iebostho amicorum insidiis interfecto, vniuer-  
sum regnū ad Dauidē deuenit. CAP. I.

I I. 2. Reg. 4 **I**ebosthus autem Sauli filius morte eius audi-

ta graniter hoc tulit, quod priuatus esset viro  
consanguineo, qui pricipium autor ei fuerat, vt  
in paternū regnū sucederet, mirumq; in modū  
ob hanc causam se afflictavit. Nec ipse dñs su-  
perstes fuit, sed à filijs Hieremmonis Banaotha  
& Thamo per insidias est oppressus. Hi enim  
cūm essent Beniamitæ genere, & inter praci-  
pios optimates, existimantes si Iebosthum in-  
terficerent magna se munera à Dauide acceptu-  
ros, & aut amplas prefecturas, aut aliud quid  
honorificum apud eum per hoc factum se conse-  
cuturos, nacti solum Iebosthum in cubiculo me-  
ridiantem, videntesq; nec satellitum quenquam  
adesse, neque ianitricem vigilare, sed & ipsam  
partim latitudine, partim aëtu in somnum so-  
lutam, sub introgressi ad eum, dormientē intere-  
merunt: præcisq; capite, & per totam noctē ac  
diem itinere continuato, tanquam à lysis prope-  
ravtes ad eum quem magno beneficio demeruis-  
sent, Hebronem peruenierunt: ob sensoq; Dauidē  
Iebosthi capite, commendabant ei suam operam  
ac benevolentiam, quod regni emulum de medio  
sustulissent. Sed multū eos spes sua fecerit: neq;  
enim pro eorum opinione illas exceptis rex. Scele-  
ratis

ratisimi, inquit, & iamiam pœnas daturi, an nesciebatis quod à me opera præmium Sauli interfector retulerit, qui ad me coronam eius auream apportanerat? & ille quidem rogatus hoc eis præstiterat, ne ab hostibus caperetur. Aut sorètè alium me iam factum credebatis, ut mutatis moribus delectarer viris maleficiis, & dominis cædem tanquam beneficium: oblatum cōplete-  
ter: idq; occiso à nobis in suo lecto viro iusto, qui neminiē vñquam laſit, vos verò maxima etiam benevolentia, summisq; honoribus prosecutus est: quapropter eadem opera & illi pœnas violatae fidei dabitis, & mihi inique de me opinatio[n]is, quem putastis de tali lebosthi cæde libenter au-  
diturum. Neque enim alio modo grauius existi-  
mationē meā lacerare potuistis. Hæc locutus iussit  
eos exquisitissimis tormentis excruciatos suppli-  
cio dedi: caputq; lebosthi cum omni honore fu-  
neratum in Abeneri monumentum intulit. His 2. Reg. 5  
ita finitis vniuersi Hebraorum proceres Hebro-  
vem ad Dauidem conuenerunt, cum tribunis ac  
præfectis, seq; & sua omnia illi dediderunt, com-  
memoratis prius veteribus officijs qua in eum  
vivente etiam tum Sa[u]l contulissent, & quod  
tribunum tūc regium in summo honore habu-  
issent, & quod dimino suffragio per Samuelē pro-  
phetam rex vna cùm suis filijs declaratus esset:  
ciq; soli destinatum esset ut perdomitus Palæsti-  
nis Hebraorum rebus perpetuam salutē ac focu-

ritatem afferret. At ille collaudato eorū studijs  
horeatusq; vt in cæptis permanerent, fore enim  
vt nunquam eos pœnsteat, conuiuio & omni co-  
mitate exceptos remisit ad populum in regiam  
adducendum. Conuenerunt itaque ex tribu Iudea  
armatorum sex millia oclingensi, scuta & lan-  
ceas gestantes qui haec tenus Sauli filium secutò  
fuerant, & sine quibus hac tribus Davidi regnum  
decreuerat: ex tribu Simeonis septem millia &  
centum eo amplius: ex tribu Lenitica quatuor  
millia septingenti cum principe suo Iodamo, cum  
bis erat pōtifex Sadacus cum viginti duobus co-  
gnatis principibus: ex tribu Beniamitide arma-  
ti quater mille. Hac enim tribus adhuc sustine-  
bat credens aliquem ex genere Sauli regnatum.  
Ex tribu Ephraimi viginti millia et octingenti,  
viri animis & viribus præstantes. Ex di-  
midia tribu Manassiti de millia decem & octo.  
Ex tribu Iosachar ducenti futurorum præscij, &  
armatorum viginti millia. Ex tribu Zabulon ar-  
matorum lectissimorum quinquaginta millia:  
hac enim tribus sola rniuersa ad Dauidem con-  
fluxit: hi omnes eadem armatura ritebatur, qua  
tribu Gadi. Ex tribu Nephthaliti de insignio-  
res & ductores mille, scuto & hasta armati,  
quos sequebantur reliqui tribules eorum, mul-  
titudo penè innumerabilis. Ex tribu Danitide  
selectorum viginti septem millia: ex tribu Aseri  
quadraginta millia, ex duabus autem tribubus.

trans Iordanem habitantibus & reliquo tribus  
 Manassitidis armatorum scuto & hasta glio-  
 leaq; ac gladio vigintiduo millia. Relique quo-  
 que tribus gladius utabantur. Ha fuerunt copiae  
 quae in Hebronē ad Dauidem sunt collectae cum  
 magno cōmeatu frumenti & vini, ceterorumq;  
 ad viclum commodorum, omnesq; communi sen-  
 tentia regnum ei ratum ac firmum esse volue-  
 runt cumq; triduo illuc festa celebrassent, epu-  
 lisq; operatis essent, Dauid cum omnibus his co-  
 piis Hierosolyma est profectus. Iebusai vero III.  
 qui tum urbem incolebant, Chanaanorum &  
 ipsi generis clausis ad eius aduentum portis, &  
 in moenibus quotquot erant caci vel claudi, aut  
 alioqui utili in contemptum regis collocatis, di-  
 citabant hos ad arcendum hostem sufficere,  
 freti munitionē firmitate. Quo ludibrio ad tran-  
 concitatus, oppugnationem agreditur: & cum  
 strenua militum opera veteretur, omnibus adni-  
 tentibus ut nius urbis expugnatione ceteris si  
 qui similiter pertinaces essent metus incutere-  
 tur, vi inferiorem urbis partem occupat. Resi-  
 stente autem sola arce, decrevit propositus hono-  
 ribus ac præmiis militem ad rem alacriter ge-  
 rendam excitare: promisitq; ei qui per subiectā  
 vallens in arcem evasisset, totius exercitus impe-  
 rium se commissurum: & cum eō certatim om-  
 nes eriterentur, cupiditate summae prefecture  
 accensi, Saruia filius Ioabne alios præuenit,

*& consensa arce clamore sublato à rege promissum copiarum imperium repoposit.*

David vi captis Hierosolymis Chananzos inde populariter eiicit. urbemque Iudeis viatoribus inhabitandā tradit. C A P. III.

**E**lectis deinde ex arce Iebusais, & instauratis Hierosolynis, rex eam civitatem Davidis appellavit, ac per omne regni sui tempus dominilium inibi habuit: ceterum tempus quo apud Hebronem solius tribus Iudea rex fuit, septem anni fuere, & menses sex: postquam autē Hierosolymis regiam sibi optauit, in dies magis ac magis res ei ex voto succedebant, Deo prouidente ut ea vrbs egregijs accessionibus quam celeberrima redderetur. Per idem tempus Iramus legatione in hoc missa in amicitiam ac societatem Davidis est receptus: misitq; ei dono materiam cedrinam, & architectos ac fabros, qui regiam ei Hierosolymis exadficarent. David autē superioriē urbis partem & arcem in ea cōditam in unum corpus rededit, cingendumq; eisdem munitionibus Iobabo demandauit. Igitur primus David Iebusais inde electis, à se ciuitatē denominauit. Nam tempore Abrahami generis nostri auctoris Solyma vocabatur: nec desint qui affirmet etiam apud Homerum Solymorum nomine hanc urbem intelligendam: templum enim iuxta Hebraicū linguam nominatum est hac voce, securitatem significante. Totum autē hoc tempus

ex quo Iesu Hebraeorum aduersus Chananaeos imperator, denique regiois agros suis dimisit, post quem Israëlite nunquam barbaros ex Hierosolymis eucere valuerunt, usq; ad hanc Davidis expugnationem anni fuere quingenti & quindecim. Nec prætermittendus est per silentium Orphonas vir inter Iehusæos opulentus, cui in expugnatione Hierosolymorum parcitum est à rege, tum propter perpetuam eius erga Hebraeos benevolentiam, tum quia priuato quodam officio demeritus est eum, ut paulo post magis opportuno loco indicabimus. David deinde alias quoq; uxores duxit, & concubinas sibi adiunxit: filias etiam undecim suscepit, quorunt nomina, Anna, Ellas, Sebas, Nathan, Solomou, Lebar, Eliel, Phalna, Ennaphem, Ienac, Eliphal, & præterea filiam Thamarum. Horum nouem ex legitimis coniugibus nati sunt, duo vero postremi è cœubis Thamara autem Abesalom germana fuit.

David Palæstinorū bello impetus apud Hierosolyma victoriā illuitrē consequitur. C. IIII.

**P**uidem regem creassent, collecta contra eos exercitu, & occupata conuale quæ dicitur Gigantum, non procul Hierosolymis sita, castra ibi posuerunt. Iudaorum vero rex nihil inconsulto Deo solitus agere, insit pontificem quid tam quoque de cœntu belli policeretur predicere. A quo postquam leta omnia didicit, incuiclanter



Et ipse exercitū contra hostes eduxit: et commisso prælio, ipse à tergo eos ex improviso adorans, partim occidit, partim in fugam cōpulit. Nemo autē suspicetur modicū aut ignauū fuisse Palestinorū exercitū, qui tum Hebreos inuaserat, coniecturā inde faciens, quod nō magno negotio sit profligatus, nulla prius memorabili re gesta: sed sciat uniuersam Syriam ac Phoenicem consociatis armis auxilium illis tulisse: que causa fuit ut toties victi, tam multis milibus desideratis, denuò bellum maioribus viribus redintegrarent: quandoquidem post præsentē quoq; cladem triclinato exercitu Davidis ditionē inuaserunt, et eodem quo prius loco castrametare sunt ausi. Rege verò iterū de cunctu oraculum cōsulente, respondebat pontifex, in sylua que fletus cognominata non longe ab hoste aberat, exercitum continendum, nec prius ad pugnā educendō, quam sylva nullo perflante vento suapte sponte agitaretur. Quod ubi primū obscuratū est, et Deus maturè præsentia sua signū dedit, nihil moratus ad paratam iam et indubitatā victoriā est progressus: nam ne primū quidē impetum hostilis acies sustinuit, sed mox ut ad manus ventū est, terga vertit: nec segnius Hebreus institit, fodiendoq; terga fugientium, et multos prosternendo, usq; Gerasa, quod oppidum in terrorumq; confinio situm erat, vicos oft insecutus. Itum est deinde 2. Reg. 6 ad castra expugnanda, ubi non magno labore ingenti

ingenti præda potiti, deos etiam eorū confractos  
diripuerunt. Et quia iam iterū contra hostēs  
res feliciter gesta erat, risum est regi de communis  
seniorum & optimarū ac tribunorum consilio  
omne sua tribus robur ex tota eorum ditione cō-  
nocare, & itidem sacerdotes ac leuitas, atq; sta-  
profectos vna ad oppidum Cariathiarim, arcā  
Dei ex eo loco Hierosolyma trāsportare, omnēq;  
diuinum cultum cum sacrificijs & ceremonijs à  
maioribus acceptis, in posterū in hac urbe cele-  
brari. Si enim sub Saulo sacra nō fuissent negle-  
cta, nunquam talem cladem populū acceptio-  
rum fuisse. Conuentu igitur sicut decretum fue-  
rat habito, rex ad transferendam arcam acco-  
dit: quā sacerdotes ex adib⁹ Aminadabi elati-  
ram, in planūstrumq; nonum impositam, subiun-  
ctis bubis fratribus eius & liberis ducendā per-  
misérunt. Precedebat rex, & cum eo multitudo,  
sacros hymnos canentes & omne genus patria-  
rum carninum, & ad variorū instrumentorū  
musicorum pulsū saltantes, accendentibus &  
tubis & cymbalis, atq; ita arcam Hierosolyma  
deducentes. Postquam autem ventū est ad locū  
cui nomen Chidonis area, manifesta muninis ira  
Oxa quidam exanimatus est: bubis enim exor-  
bitantibus planūstri & arca inclinata, Oxa cū  
non esset sacerdos ausus manus sustendandi. cau-  
sa admoliri, in vestigio expiravit, & loco non  
mē reliquit, qui inde usq; hodiernum Oxa per-  
cussio

cusio vocatur. Tum David territus & cogitans se forte idem passurum quod Oz. a, si ad se in urbem arcam recuperet, quando quidem ille manus tantum in eam extensa morte multatus sit, supercedit illam Hierosolyma inducere: diu certensq; paulum in villam hominis cuiusdam iusti nomine Obadami, genere Levitae, apud hunc eam depositus, qua per tres integros menses hoc hospitio vfa, reni Obadami familiarem auxit, eiusq; domum multu felicitatibus cumulauit. Rex autem cognito quod Levita is ex paupere & humili repente vsq; ad inuidiam eorum qui incrementa eius viderunt felix extitisset, nihil amplius mali veritus arcam in urbem suam translatis hac pompa; vt a sacerdotibus deportaretur, deducereturq; a septie choris a se in hoc institutis & ordinatis, & rege ipso interim cimyram pulsante ac plaudente, ita vt Michole vxor eius. Sauli prioris regis filia, factu hoc improbat: quae ubi intra urbe illata est, reposuerunt eam in tabernaculum a Davide in hunc usum erectu. In ea festinitate sumptuose ac splendide sacrificatum est & totus populus exceptus conuiuio, vt tam mulieribus quam viris ac pueris in singulos distribueretur libum panis sub cinericu, & laganu fricuum, & frustu de victimis: atq; his epulis populo pasto, ipse domu reuertitur. Huic occurrente Michole uxori, filia Sauli omnia precata est illi, quacunq; Deus propitius largiri solet: reprehendit

bendit tamen quod preter decorum tantus res  
saltasset, ita ut in conspectu seruorum suorum et an-  
cillarum partes quasdam inter saltandum denuda-  
rit.. At ille non pudere se habens facti respondit,  
quod sciret gratius esse Deo qui eum et patri ipsius  
mulieris et alijs omnibus prætulisset : cantatu-  
rumque se ei sepius ac saltaturum, nihil curantem,  
quam indecorum hoc aut ipsi aut ipsius ancillis  
videatur. Hac Michole ex Davidis coniugio mul-  
los filios peperit, sed ex alio marito, cum pater à  
priore abstracta tradidit, quinq; liberos genuit,  
ut suo loco diceretur. Ceterum rex videns res 2. Reg. 7  
suas quotidianis successibus per Dei saudem profi-  
cere, peccare se putauit, quod cum ipse habitaret  
in alta regia cedrinis trabibus extorta, et om-  
ni exornata artificio, arcu patetetur in taberna-  
culo sacre: itaque decreuit exadficare Deo tem-  
plum, quemadmodum Moyses prædixerat : comu-  
nicatoque super ea re consilia cum Nathane pro-  
pheta, cum is autor esset proposita exsequendi, pol-  
lucereturque Deus opere ad hoc latum, audior etiam  
struendi templi factus est. Sequenti vero nocte Deus  
Nathani per visionem apparuit, iubens ut Davidis  
nuntiaret, gratia quide sibi esse eius voluntate,  
quod primus omnium de ædificando templo cogi-  
taverit: non tam se permettere, ut is qui multis  
bellis implitus hostili sanguine manus polue-  
rat, sacratissimum fanum construeret. Veritatem  
postquam longam vitam rex ad ultimam senectute

proneclius felici fine clauserit, extruendum esse templū à filio eius & successore, qui vocandus esset Solomon cuius nō aliter quānt filij curā se habiturum pollicebatur, regnumq; per posteros eius continuaturū: quod si quid peccauerit, pena non ultra morbos & terra sterilitatem processuram. His ex propheta cognitis David letus, quod iam scires posteris suis imperiū permanustum, & familiā suam fore illustre ac celebrem, ad arcā se contulit: procidensq; in facie adorauit Deū, gratias agens pro omnibus beneficijs, acceptis, quod se ex humili pastore ad tantū rerum fastigium tantamq; gloriam evexisset: proq; promissa posteris etiam suis felicitate, perpetuaq; providentia, qua res Hebraeorum augere atque ornare non desineret: atq; ita gratijs actis, hymnoq; decantato ē tabernaculo digressus est.

David subactis finitimiis geneis tributa illis imponit. C A P. V.

**v.** **N**on multo deinde interieclo tempore expeditiōnem in Palastinos decrevit, ablegato omni etio & segnitie, ut quemadmodum Deus predixerat, denuis hostibus pacatum regnum successoribus relinqueret. Et indicta die militibus ad conuentendum iussisq; omnibus ut quam instructissimi ad bellum essent, rbi sati omnia parata existimauit, profectus Hierosolymis in Palastinam peruenit, hostibusq; magno praelicio, & bora agrorum parte multatis, hisq; agris

agri Iudeorū terra cōtributis, in Moabitas belum traduxit: eoruſ copias ita concidēt, ut tertia tantū pars supereret, quam in deditiōnem accepit. His quoque annuo tributo imposito contra Adrātarum Arachi filium mouit, Sophenorū regem: cum quo ad Euphratēm congressus, viginti pedūtū milia, equites quinquies mile occidit: currus etiam mile cepit, ex quibus incensis reliquis, centum solos sibi reſervauit.

Damasceni à Davide vincuntur. C A P. V I.

Interim Adadus Damasci ex Syrorum rex auctorito quod David Adrātarō bellum intulisset, cū eius esset amicus ac socius, cū valido exercitu in auxiliū eius properat, sperans se bellū ab eo depulsum: cumq; ex ipse non procul Euphrate cum Davide confuxisset, prælio vicitus magnam exercitus partem amisit. Desideratis enim lex eius acie viginti milibus, reliqui fuga saluti sue consuluerunt. Huius Adadi etiam Nicolaus in quarto historiarum suarum libro, in hac verba meminit. Longo deinde post tempore indigenarum quidam nomine Adadus, catēris potentior, Damasci ex reliqua Syria præter Phœnicē regnum obtinuit. Hic bello inter eum et Dauidem Iudeorum regē exorto, crebris prælīs cum eo conflatus, in postremo quo apud Euphratēm vicitus est, multis editis facinoribus regē se et viriū ex animi robore præstantissimum declarauit. Ide de posteris quoq; eius narrat, quod quasi per ma-

nus alius ab alia regnū simul & nomen acceperint. Illo, inquit, defuncto, posteri eius decimārūq; generationē regnū obtinuerunt, quisq; à suo patre cum imperio nomen accipiebūt, quemadmodū apud Aegyptios Ptolemaeū. Ex his potentissimis ordine tertius instaurato bello, abolere volens ignominiam cui temporibus acceptā, expeditione contra Iudeos facta Samariā vastavit. Nec à verò aberrauit hac parte: hic est enim ille Adadus, qui Achabō apud Israēlitias regnante, Samariā invasit, de quo suo loco dicturi sumus. Porro David peragrata cum victore exercitu Damasco & reliqua Syria, totam sub imperium redigit, dispositisq; opportunitatib; in locis praesidijs, & tributo imposito, domum est reuersus: & eum trophyū aureas satellitum Adadū pharetræ reliquiamq; eorum armaturā Deo Hierosolymis consecravit: has postea Susacus Aegyptiorū rex, viēto Roboam huīus nepote, spoliata urbe cum multis alijs diuitijs exportauit. Sed hæc postquā ad ea tempora ventum fuerit dicentur. Hebreorum autem rex fauore numinis utens, & fortunam bellū sequens, præcipuas Adarari urbes aggreditus est, Bettaam & Machonem: exq; vi expugnatas diripiuit: in his magna vis aurū & argenti reperta est, & preter hec aris genitū, quod auro pretiosius est habitum, ex quo postea Solomon fecit magnū illud vas mare appellatū, & pulcherrima pululra, cū templū adornaret,

Ama

Amathenorum autem rex audita Adraxari clade quodq; exercitum amisisset, timens sibi decrevit in fidem et amicitiam Danidis vltro ventre: misitq; ad eum Adoramum filium, qui victoriae de communi inimico ei suo nomine gratularetur, & in societate atq; amicitiam recipi peterebat, & munera offerret, antiqui operis vas a aurea & argentea & aerea. David vero inita amicitia cum Theno (sic Amathenus vocabatur) & acceptis muneribus, filium eius pro utriusq; dignitate traclatū dimisit: munera vero illa cum alio auro ex manubij captarum urbi redacto autoris victoriae Deo dedicauit: qui no solū quoties ipse rex bellum administraret rem prosperabat, verū etiam missō in Idumæā Abiseo Ioabi summi copiarū disci fratre, illius duftu Idumeos perdomari concepsit. Decē enim & octo ex illorū exercitu milia in acie reciderunt: & occupata præsidij recēs capta regione, rex non ex agris tācum, sed viritim etiam tributa exigit. Erat autē natura iustus, & in reddēdo iure verū tantū & aquā respiciebat: exercitui vero uniuerso Ioabū præfecerat: à commentarij habuit losaphatum Achili filium. Designauit etiā ex Phineesi familia Sadocum pontificem cū Abiatharo. amicus enim ei erat. Scribam vero Sisam constituit. Bania Iorade filij satellito suo præposuit: omnes regis seniores filij inter patris satellites versabantur. His ita ordinatis venit illi in mentem amici 2. Reg. 9

quondam Ionathæ, fæderisq; mutui quod inter eos intercesserat: nā inter caseras omnes virtutes hanc quoq; habuit, quod egregiè meminerat beneficiorū que unquā accipisset. Igitur scitans est, num quis superesset ex amici genere, cui gratiā referre pesset pro iucundissima olim cum Ionatha alta cōfuetudine: cumq; adductus esset ad eum quidam è libertis Sauli, qui poterat superficies nescire, percōtatus est, num posset aliquem indicare ex Ionatha genere viuū, cui pro beneficijs à veteri amico perceptis gratiā reponere quiret: quo respōdente superesse filium eius Memphis thū, pedibus claudum: eo quodd nūtrix audita clade in qua pater eius ex annis cēderant, dum rapto puero trepidē fugit, prolapsum ex humeris lēserat: diligenter peruestigavit, vblīnam & apud quos educaretur: quo comperto misit in Labatham oppidū ad Machirum (id aliorū nomen fuit) qui eum adducerent. Mēphibosthus verò postquam ad regem peruenit, procidens in faciē adorauit illum: moxq; iussus est bono animo esse, & omnia que cuperet de benignissimo rege sibi polliceri: et auitā domum cū predijs ad illā pertinentibus accepit: iussusq; est ad eandem cum rege mēsam accumbere, & nulla die cōsinio nō interessere. Cumq; adolescentis latuſ promissionibus & muneribus regis gratias agens adoramisset, rex accito Siba, ait se adolescenti paternam domum cum omnibus aut.

āis possessionibus donasse: ius sitq; emū nullatio-  
ne agrorū suscepta, omnes redditus Hierosolyma  
referre. Post hanc singulis diebus eum mensa ad-  
hibuit: & Sibā cum quindecim filijs & viginti  
seruis Mēphibōsthō largitus est. His ita ordina-  
tis, Sibā adorato rege, omnia se facturum pollē-  
citus, discessit. Ionathā verò filius posthac Hie-  
rosolymis habitavit, coniector regis; nec aliter  
quam si ipsius filius esset tractatus, filiū etiam  
ex se genitum Mēchanum nominauit. Atque hoc  
honore Ionatha posteri à rege fuere affecti.

Ceterū cùm per idem tempus Ammanita- V I.  
rum rex Naasses, socius & amicus defunctis 1. Re. 10  
effet: filiusq; in regnū paternum successisset, Da-  
uid per legatos officiose eū consolatus est, hora-  
tus ut aequo animo patri obitū ferret, eandēq;  
quā pater expertus fuerat, amicitiam à se expe-  
ctaret. Priorē verò Ammanitarum, secus quam  
de Davide suspicari par erat, malitiose hanc le-  
gationē missam interpretati sunt, cōcitaverūtq;  
regem, dicentes Davidem speculatorēs regiam  
& opū eius sub officij pretextu misisse: proinde  
caudum ab illo, & verbis eorum non creden-  
dum, ne forte deceptus in aliquam immedicabi-  
lēm cladem sese coniūciat. At rex Ammanita-  
rum Naasses ab optimatib; contra rei verità-  
tem periuasus, cum iniuria legatos Davidis re-  
jectit. Rafis enim media ex parte eorum barba  
præcipiōq; dimidio testimoniū facti non veris

animum suū declarauit. Quam rem David indignissimè tulit, nilil dissimulās non neglectu-  
rum se iniuriam cum cōtumela coniunctam, sed  
bello vindicaturum in Ammanitas, & poniās  
violate cōtra ius gentium legationis à rege eo-  
rum exacturum. Quod posteaquā perlatum est  
ad regis barbari necessarios, & copiarum eius  
perfectos, consūcū sibi violati foederis, ac debitam  
pœnam metuentes, & ipsi ad bellū se parabāt.  
& missis legatis ad Syrum Mesopotamiorum  
regem cum mille talentis societate eius hac mer-  
cede impetravērunt, adducto in suas partes &  
Suba. Hi reges habebāt peditum viginti milia.  
conduxerunt etiam regem Michæ regionis, &  
quartum nomine Iacobum, qui & ipsi viginti-  
duo milia militum in armis habebant.

Quotm̄do Dauld Mesopotamior deuicit. C.VII.

**N**on terruit tamen Damidem Antimanita-  
rum apparatus & uita cū regibus socie-  
tas, Deo fretum, & scientē quēd honam causam  
haberet, inſisq; armis iniuriam sibi illatā vici-  
screetur. Itaq; Iobā cōmissa belli administratio-  
ne, cum lectissimo milite eum cōtra hostem mi-  
site qui mox ad primariam eius gēts urbem ca-  
stra almonit. Hostiles vero urbem egressis, &  
duas seorsim acies explicitib⁹: alterā qua ex  
auxilijs constabat, in patenti capo: alterā re-  
zō qua Antimanitarum gentis erat: pro portis  
qua Hebrewos spectabant: Iobā hoc animad-  
uerso

uerso & ipse ad militares artes confugit: et as-  
 sumptis fortissimis militum, ipse Syro alijsq; re-  
 gibus se opposuit: reliquis Abisaeo fratri tradi-  
 tis, iussit ut contra Ammanitas acie dirigeret:  
 Admonito prius, ut si videret Syros sibi praua-  
 lere, adducto propere suo milite succurreret: idem  
 se facturu si ipsum Ammanitas egrè sustinere  
 contingeret. Cum his mandatis dimisso fratre,  
 hortatusq; ut generose & alacriter re gereret,  
 daretq; operam ne quam ignominiam acciperet,  
 ipse Syros aggreditur: qui cum aliquatis per ma-  
 gna vi restitissent, multis suorum cadentibus terga  
 vertere sunt coacti: quo viso Ammanita terri-  
 ti, Abisaeum cum suo milite aduentantem non  
 expectauerunt, sed motu sociorum exemplo intra  
 mœnia refugerunt: atq; ita Ioabus male multa  
 tis hostibus victoriam exercitu Hierosolyma re-  
 duxit. Nec tamen ea clades Ammanitarum effe-  
 cit, ut experti se impares in posteru quiesceret:  
 sed missis nunciis ad Chalanā Syrorum trāseu-  
 plratēsum regē, eius auxilia mercede conduxe-  
 runt. Huins vicem in exercitu gerebat Sabecus,  
 qui constabat ex octuaginta peditum, equitum  
 vero decem milibus. Tum Hebraorum rex intel-  
 lecto quodd denuo tamagnas copias Ammanita  
 contra se paruissent, nolens amplias per legatos  
 cū en bellū gerere, ipse cū uniuerso exercitu Ior-  
 danē trāsgressus illis occurrit: ex cornissō prælio  
 victor enasit, casis peditū quadraginta, equitū

verò septē milibus. Sabecus quoq; hostiam impe-  
rator in eo prælio vulnus accepit à rege, ex quo  
postea curā non admittente mori eum contigit.  
Mesopotamia deinde cognito tam tristī pugna-  
euentu, fine mora legatione ad Danidem cum  
numeribus missa, deditioñem fecerūt: atq; ita ap-  
petente iam bryeme Hierosolyma est reuersus. Ve-  
re autē ineunte, Ioabum ad bellum Ammaniti-  
cum misit. Is longe lateq; vastatis hostium a-  
gris compulsoſ eos in Rabatham gentis metra-

**VII.** polim obſidione cinxit: quo tēpore David tāetſe  
**Reg. II** vir iustus ac pius, & patriarcharum legum obſerua-  
tor diligens, in grane tamen peccatum incidit.

Cū enim vergente iam die in ſolario regia  
more ſolito deambularet, proſpexit in vicinis a-  
dibus mulierem frigida lauantem, inſigni for-  
ma præcellentem, cui nomen Bethſabe: viētrūq;  
eius pulchritudine, & à concupita ſibi tempe-  
rare non valens, accitam ad ſe complexus eft.  
Paulò pōſt mulier grauidā ſe ſentieſ, nūciat re-  
gi ut diſpiciat quomodo factū hoc latere poſſet,  
alioqui publicis legibus adulterij dannata ſup-  
plicium daturam. Rex itaq; accerſitum ad ſe ex  
caſtris Ioabi armigerū maritū mulieris, Vriam  
uomino, de exercitu, & quomodo oppugnatio  
procedat, perciōtatur: quo referente, omnia cede-  
re ex ſententiā, partes ei de ſua cena obtulit, iuſ-  
ſitq; ut profectus ad uxorem apud illam perno-  
ctaret. At ille non ita fecit, ſed imbi in regia &

inter.

inter satellites regis noctem eam exegit: quo cognito rex, scitans est ex eo, quamobrem tāto pōst tempore dāmum reuersus, ad uxorem nō iuisset, idq; prēter communem omnium hominum manuē, quicunq; peregrē ad suo redēvit. Respondit ille, non esse aquū vt interim dū imperator suus & communiones in hostili solo in castris humā cubit ant, ipse in uxoris amplexibus se oblectet. Hac locutū manere inibi ea quoq; die iussit, sequenti ad vicariū suum ducem dimissurus. Vocatus deinde ad cānā, & rege de industria creibioribus propinationibus invitante ad ebrietatem usq; progressus, nihilominus tum quoq; pressoribus regi cubiculi pernoctauit, nullo uxoris desiderio tactus. Hāc ob rem indignatus rex scripsit Ioabo vt in Vriā penā meritū animaduerteret: modūq; puniendi indicauit, ne manifestū fieret suo iussu hoc factū: iussit enim, vt qua plurimū periculi esset hosti opponeret, moxq; à sōcīs, quo facilius opprimi posset, destitueret. His ita scriptis, & proprio sigillo obsignatis, epistolam Vriā cōmisit ad Ioabum perferēdā: qui receptis literis, & cognita regis voluntate, quem locum maximē ab hostib⁹ infestari sciebat, in eo collocaturus Vriam, adiunctis illi lectissimis aliquot militib⁹, pollicitus est se cū toto exercitu affore, si qua parte muri suffossa aditum intra urbem patefecissent: hortatus enim vt existimacioni quam tum apud regem, tum apud communites

litones sibi parauerat respondens libenter potius  
quā grauatum iussa capesseret. Cumq; Vrias ma-  
gna alacritate demandatum munus suscepisset,  
manipulo illi adiungendo clām imperauit, vt cū  
primum occurrentibus hostibus virginem homi-  
nem viderenit, deserto illo in tutum se reciperet.  
Itaq; cū Hebrai fecissent assultum ad mœnia,  
veriti Animantæ ne ab illa parte hostis murū  
occuparet fortissimus quisq; reclusa repente por-  
ta magno impetu erumpunt. Quod vbi viderūt  
qui circa Vriam versabantur, memorès Ioabi  
mandatorum, uno agmine sese retrorsum rece-  
perunt. Solus Vrias quòd puderet contra quām  
promiserat assignati m locum nō tueri, in se ruē-  
tes sustinuit ferroq; exceptos interemit non paucos,  
donec circumuentus cum aliquot alijs, quos  
ignores cōsilij pudor idem in officio cōtinuerat,  
non insultus occubuit. His ita gestis Ioabus regi  
per nuncium significat, quòd non ferens obsidio-  
nis moras, oppugnatione adortus mœnia, amissis  
aliquā multis insecta re in castra redire fit com-  
pulsus: mandarat autem nūcio, si regem hoc fa-  
ctum ægrè ferre sentiret, vt de Vria quoq; morte  
renunciaret: id quod etiam euenit. Rex enim his  
cognitus male factū aiebat, quod aperta vi mœ-  
nia tentassent. oportuuisse enim machinis ac cu-  
niculis aditum moliri, maxime cum Abimele-  
chus Gedeonis filius domesticum exemplum il-  
lis esse debuerit, qui Thebis turrim vī capere co-  
natus

natus, saxo ab arcuula missa iecit turpiter vi-  
tam amissit, vir alioqui fortissimus, quod incon-  
sulte difficultissimum oppugnationis genus esset ag-  
gressus. Ut igitur autem in re militari quid aliis  
bene aut secus cesserit considerando, cum simile per-  
culum incidit, hanc sequi illa fugere. Postquam en-  
tem indignabudo de Virie quoque morte relatum  
est: irasci desunt: iussitque; Ioabo renunciari, vulga-  
re esse id incommodum, nec a natura belli alienum,  
cuius haec sunt vicissitudines: debere tamen eum in  
posternam cautius rem administrare, et aggredi-  
bus ac macilimus expugnatam urbem solo equare,  
et habitatores eius ad unum neci dedere. Cum  
bis mandatis nuncius ad Joabum properè se rece-  
pit: caterum Bethsabe audita mariti morte per  
aliquot dies eum luxit: ubi vero a mærore ac la-  
crys destitit, sine mora eam rex coniuge sibi asci-  
uit: ex qua mox puer masculus ei natus est. Haec  
nuptias Deus nequaquam aquis oculus inspexit,  
sed iratus Davidis, cum propheta Nathan per vi-  
sum nocturnum se obtulisset, regem grauiter uicusa-  
uit. Propheta vero qui esset vir festinus ac pru-  
dens, reputas reges quoties suis affectibus rapi-  
tur, non magnus iuris respectu habere solare, co-  
minatione numinis ad iepsi dissemulata, maluit  
illum blanda oratione aggredi; in hunc modum sen-  
tientiam eius exploraturus. Duo viri, inquit, ean-  
dem urbe incolebat: alter prædious, multorumque  
armentorum et gregis dominus: alter viuis tan-  
tum.

tum ouicula possessor: eā mā cum pueris suis domi quotidiani cibis alebat, nō alio affectu quā si esset filia: cū verò hospes disiit superuenisset, ille parcens suis pecoribus, nullum in amici grazia mactare voluit, sed abstracta per vim ouicula pauperis, singularē et apparatā hosti apposuit. His verbis rex grauiter cōmō:us, scelestum hominē illum facinus hoc ausum pronunciavit, iustumq; esse ut quadruplū pro adēpta ouicula restituatur, & ipse insuper capite plectatur. Tā Nathan incunctāter subiecit, ipsum esse qui hac pena dignus sit, suopte iudicio nefarij sceleris dānatus: ac tū demū illi exposuit in quantam indignationē numenū incurrisset cuius fauore numerse gētis Hebraorū rex cōstitutus, circumquaq; vicinarū etiam gentiū earumq; multarū & magnarū dominiū cōsecutus esset, non semel antea liberatus ē Sauli manus: nūc cū eiusdem benignitate aliquot legitimas uxores habeat, cōsēpto omni humano simul atq; diuino iure, alienam eum duxisse xore, marito ipsius imperfecto & hosti prodito. Igitur affore dīniā vltionem, & ipsum quoq; mulieres ab uno ē filijs per vim cōsuprandas, & ipsum insidij ab eodē appetendū, vt pro clā admissō peccato, in propatulo pēnas persoluat: quin & puerum ex ea natū sine mora esse interituru. Territo autē per hanc denunciationem rege, vehementerq; perturbato, & eī lacrymis fatēte se pessasse in Deū; erat enim

vir pius, & qui, hoc uno excepto, in tota vita nō  
nil adniserat: placatus Deus recepto in gradiam  
promisit, & regnum & vitam ei seruaturū se  
esse, post penitentiā enim non amplius se irasci.  
Atq; ita Nathan postquam futura regi aperuif-  
set, dominum reuertitur. Porro infans ex uxore  
Uria natus Davids, immittente Deo gravi mor-  
bo corripitur, cuius vicē mæstissimus pater do-  
lenter ferens per septē dies à familiaribus indu-  
ci nō potuit ut ullum cibū degustaret: sed atran-  
sus & facio amictus, humi prostratus iacebat,  
& à Deo salutē pueri precabatur. Numis enim  
eius matrem dilgebat. Septimaverò die mortua  
puero, familiares non audebant hoc regi indica-  
re, veriti ne re cognita ptinacius etiā à cibo re-  
liquaq; cura corporis abstineret desiderio defun-  
cti infantis, cuius morbum tam impotenter tulis-  
set: qui cū turbatā familiā sentiret, & aliquid  
mali calari, facile intellexit extincitum puerū:  
accitoq; uno è famulis postquā veritatē cōperit,  
confestim surrexit: lotus deit de sumptaq; veste  
candida, ad Dei tabernaculū properauit. postbac  
iussus famulis vt cœnā sibi apponeret prater o-  
mnē opinionē, admirationē fuit omnibus cognati  
& domesticis, stupētibus, quod cum nihil ho-  
rum agrotante puer fecisset, nōc post eius obitū  
omnia simul faceret: impetrataq; prius licētia,  
causam sciscitabātur. Tū ille: nō intelligitis, in-  
quit, quod dū pueri uincet, de salute eius speras,

nihil non faciebat quo Deum flecteret: nunc post-  
quam is obiit, superius canens sit inaniter murore  
cofici. His auditis omnes sapientia eius laudane-  
runt: nec ita multo post Bethsabe grauida ex-  
eclis legitimis naturae membribus filium ei piperit,  
quem Nathania monitu Salomonem nominavit. In-  
terea Ioabus Ammanitas acri obsidione preme-  
bat, praeceps aqueductibus, & commeatibus in-  
terceptis, ita ut fame simul & siti laboraretur:  
ab ruico enim puto spes eorum perdebat, ac ne hoc  
quidem ad satietatem retebantur, parcè aquam dis-  
pensantes, ne forte in totum desiceret. Hec Ioabus,  
per literas regi significauit, hortans ut ad exci-  
dium urbis ipse veniret, et hunc quoque titulum vi-  
ctorijs suis apponenteret. Qui collaudato ducis offi-  
cio fideique, assumpto secum exercitu ad deuastandam.  
Rabathram profici scitur, eaque; mox vi capti militi  
diripiendam pmisit: ipse vero ex prada noctis est.  
Ammanitarum regni auream coronam talentum pen-  
dente, et precioso sardonyche insigne: quam post  
ea capite gestare solitus est: uenio et alia multa  
ac magni precij pda in eaurbe potuisse est: viros  
vero eius excruciatos prius ad rnum interemuit:  
neque mitius alias Ammanitarum urbes tractauit.

VIII. pari modo expugnatas. Post hac victoriā domū  
2. Reg. i, reuerso gravis quiddam accidit ex tali causa: Filiā  
habebat adhuc virginem, formosissimas quaque  
mulieres pulchritudine vincetem: Nam amarā no-  
mine, ex eadē qua Abesalomus genitrice natā.

Eius

Hincus amore correptus Ammon filiorū Davidis  
natu maximus, cùm propter virginitatē ipsius  
& afferuationē potiri ea nō posset, adeo passioē  
hac cōficit abatur, vt nō aliter quā ex morbo len-  
tā tabē ac pallorē sibi cōtraheret. Id malū depre-  
hēdit Ionathas quidā eius cognatus & amicus,  
vir prudēs & magni cōsiliū: vidēs enim Amno-  
nē à nativa corporis habitudine indies magis ac  
magis deficere, accessit illū, rogās ut causam sibi  
indicaret. Suspicari enim se amatoriam quandā  
esse hāc passionē: quo fatente sororē germanam  
sibi adamatā, cōsiliū dat quomodo optatis potire  
valeat: suasit enim vt simulata agitudo, sim-  
ulatq; pater visendi causa illum accessisset, ro-  
get vt sororē ad se mittat, cuius ministerijs re-  
lēvatus eo citius cōualescere possit. Paruit Am-  
mon, & cū nihil cunctatus decubuisse, simulare  
morbū cœpit. Dein cum pater officiose inuisens  
percōtaretur de valetudine, petiūt sororem ad se  
mitti: ea postquam iussu patris accita venit, po-  
stulauit vt suis manibus colyphia frixa affer-  
ret. Sic enim libentius se comedetur, quæ in con-  
spectu fratris farina subacta, formatiūq; coly-  
phij ac frixis, iuueni obtulit. At ille non ea ga-  
stauit, sed famulus mādanit, vt quotquot pro fo-  
ribus cubiculi obuersaretur, submouerent, dicens  
se absq; strepitu quiescere cupere: quo facto, ins-  
tit sororē in intimū cōclauē paratā cœnā infer-  
re: quod cūm puella scissit, apprehensa suadere

caput et sui copiam faceret. At puella exclamat.  
 Abstine vim frater, abstine, nefas est te re tam  
 turpe perpetrare. Desine a tam flagitiosa concu-  
 piscētia, quae nihil præter dedecus & infamiam  
 toti familiæ nostræ afferre potest: ant si resiste-  
 re ei non vales, a patre tibi hoc impetrandum est,  
 non per vim extorquendū. At ille amore feruens  
 non paruit, sed libidinis cœstro percitus reluetan-  
 tem per vim opprimit: atq; post oblatū vitium, in  
 contrarium mox affectu vertitur, & excessam ac  
 fastiditā cōmitij aggressus, subet ut enestigio se  
 inde facessat. Quæ cum hæc iniuriæ priorē gra-  
 uiore diceret, quod constupratam vel usq; nocte  
 illic manere non patiatur, sed cōfestim extrudat  
 clara adhuc luce, ut turpitudinis sua testibus  
 occurrat: mandavit famulo ut eam ejiceret. Illa  
 verò scissa talari tunica, qualibus tū regia puel-  
 le ex more velabantur, & cinere caput sparsa,  
 per mediā urbē discedebat, vim sibi illatā qui-  
 ritando. In quam sic affectata cum Abesalomus  
 frater incidisset, scisitatus est, quid mali habe-  
 ret, quod ita se se afflictaret: cumq; illa de stupro  
 re totā ei denarrasset, solatus eā hortabatur re  
 aquo animo factū hoc ferret, nec ad iniuriā suā  
 pertinere putaret, cū a fratre sit vitiata: quibus  
 herbis placata puella vociferari ac quiriri de-  
 sīt: & deinde aliquām multo tēpore in caribatis  
 apud Abesalomū fratre persecutavit. His cogni-  
 tis David pater vehementer indoluit: sed quia di-  
 ligebat

Ugebant Ammonem ut filiorū natu maximū, non sustinuit illi molestus esse. Porro Abesalomus grāne odium eius in pectore celabat, opportunitatem vindictae expectans. Iamq; alter annus adierat, ex quo pudicitia sororis eius illusum est: & cūm esset iturus in Belsephon, quod est oppidum tribus Ephremiticæ, ad tondendos suos grebes, iuuitavit patrē ac fratres ad solenne convivium: quo excusante quōd nollet eū grauare, rogauit ut pace eius liceret filijs profici: quo impenetrato suis iniunxit, ut quamprimū animaduerissent Ammonem temeto grauatum, nemine revicti ad natum suum illum trucidarent.

Quomodo per intestinū familie dissidiū David à filio regno pulsus est. C A P. VIII.

**V**erò perpetratū est quod mandauerat, stupor & trepidatio fratres occupat: & sibi quisq; timēs, correptis equis cursu ad patrem ferebātur. Interim quidā præuenies, oēs ab Abesalomo casos nūtiat. qui nō aliter quā par erat amissis simul tot filijs, idq; fratris scelere, graui dolore iētae, ne causam quidem rogauit: neque expectato nūcio in re propter facinoris magnitudinem incredibili, tacum se luctui tradens, cōfissa veste humi prostratus iacebat, deplorans non magis quos pereemptos acceperat, quam ipsum interfactorem. Ionathas verò Samma fratis eius filius hortabatur ut moderatissim doloret, negans se de morte caterorum credere: nec

enim causam facti inuenire posse: de solo Amio-  
 ne dicens diligentius perquirendum: nam de hoc  
 probabile esse, quod memor iniuria sororis frater  
 in eum tale aliquid ausus sit. Inter ea sonitus ad-  
 uerantium equorum, ex quorundam eos praecurritium,  
 oes in se conuertit: hi fuere filii regis, qui relicto  
 coniuio profugerent. Ibi pater occurrit flens flen-  
 tibus, et ex insperato videt quos paulo ante ex-  
 tinctos accepérat: denuq; gemitus ac lacryme  
 instauratur, his fratrem, rege filium fœde truci-  
 datū deplorabitur. As Abesalomus in Gesura ad  
 maternū cum fugit, eius regionis dynastam, ibiq;  
 2. Reg. 14 tuto triēnio permāsit. Cūm autē Dauidi animus  
 esset Abesalomū ad se renocare, nō ad suppliciū,  
 sed ut eū apud se haberet, iam enim ira resede-  
 rat: vtrō huc propensum Iacobus imperator suis  
 artibus impulit: mulierculā enim quandā grādū  
 natu subornat, que lugubri cultu ad regē acce-  
 dēs, aiebat inter duos suos filios ruri agētes rixā  
 exortam adeò incruduisse, ut cūm soli essent, ac  
 nemo adesset qui dirimeret, alter ab altero iktus  
 exspirauerit: rogabatq; hāc gratiā, vt quoniam  
 cognati eius qui interfactus est olterā ad cædem  
 expeteret, saluti eius cōsuleret, ne reliqua spe sua  
 senectutis orbaretur: neq; enim aliud remedium  
 superesse, si nullū apud regē inueniret: nam nihil  
 esse quod illos cōpescere queat, præter maiestatis  
 regiae reverentiā. Cumq; rex postulatis eius an-  
 nūisset, hac verba subiecit: Tua quidem beni-  
 gnitatis

gnitati rex gratias ago, quod senectute mea ex  
etiam non orbitate miseraris; sed quo certior sim  
de tua clementia, tuus ipsis filii prius in gratia  
recipe, et indignatione contra eum depone: alio-  
qui quomodo possem decessa bac mihi gratia  
non dubitare, cum ipse adhuc ob similem iniuriam  
filio infensus esse pergas. At cuius est prudentia,  
uno contra voluntatem amissio, ultrò nec alterius  
addere? Et erigit mox regis animus suspicio, perso-  
nam à Iacob esse subornatam: et cognito ex ani-  
cula rem sua feiubere, accersit Iobnum, dices ei  
iussus quod cupiebat, licereque ut Abesalomum  
reducat. Nam enim amplexus se in eum stomacha-  
ri, sed totam indignationem praterisse. At ille  
adorato rege, et verbis eius libenter acceptis, eu-  
stigio. Genua properavit, et assumptum secum  
Abesalomum Hierosolymas reduxit. Rex vero  
audiens filium adueniaret, misit qui ei denuntiaret,  
ne ad ipsum accederet: nōdū enim, ita se affectū,  
ut reverens videre statim sustineat. Ille ita ut  
iussus est denuntiato patris conspectu, intra dome-  
sticos parietes cū suo famulatio se cōcirebat: nec  
tamen aliquid eius pulchritudini decessit, vel  
propter macrorē, vel quod nō ea tractatione re-  
etur, quarti regis iuvenē par erat: sed tam for-  
ma quam statura quoque in maximis deliciis  
agētes superabat. Tanta autē fuit eius cæsaries,  
ut intra octanū quēque mēsem ad ducētos sculos,  
hos est ad quinque pondo accresceret. Ad hunc

modum priuato cultu per biennium Hierosobya,  
mis habitarunt natiq; sunt ei filii tres, & una fi-  
lia formosissima, qua Solomonis filio Raboamo  
postea nupsit, & filium ei nomine Abiam pepe-  
rit. Deinde misit ad Iacobum rogans, ut se peni-  
tus in paternam gratiam reducat, & impetrat  
ut sibi liceat patrem inuisere & alloqui : quod  
cum Iacobus facere cunctaretur, agrum eius vi-  
cinum per quosdam è suis incondio vastari infa-  
sit. Is quum re cognita ad Abesalomus venisset;  
expostulanti quo suo merito damnum ab eo ac-  
cepisset: respondit, se hoc stratagemate illum ad  
se elicere voluisse, quandoquidem mandata de  
conciliando sibi patre negligeret: quamobrem, in-  
quit, manc te praesentem obsecro, ut placatum mili-  
verdas genitorem, quandoquidem molestior est  
michi redditus in patriam, quam exilium fuerat  
si ille in indignatione sit pertinax. Tunc Iacobus  
his verbis inductus, & vicem eius miseratus, de-  
precatus est regem pro illo, & tam accuratè &  
feliciter eius causam egit, ut flexus ad pietatem  
confestim eum acciri intereret. Qui cum supplice  
illi ad genua veniam peccati petens procidisset;  
sua manu ereculo obliuionem omnium anteucto-

I X. tum est pollitus. Porro Abesalomus in inte-  
2. Reg. 5 grata gratiam patris receptus, breui magnum  
equitatum & multos currus sibi comparauit,  
& satellitum armatorum quinquaginta : &  
per singulos dies mane regiam frequentans, eas  
qui

qui ius illuc petentes causa cadebant, comiter appellabat: dictansq; malos adesse patri confabarios, aut etiam ipsum inferenda sententia lapsum, populararem aeram ita captabat. His artibus conciliatis sibi populi studijs, certus iam de eius favore, quarto post reconciliationem anno oravit patrem. ut cum bona eius gratia Hebronem ad rotas que in exilio conceperat persolueda abire sibi liceat: permissoq; eius profectus, mox vndiq; plurimos ad se acciuit, ita ut ceterum illò conflueret. Inter ceteros affuit etiam Davidis consiliarius Achitophel Gelmonæus, & ducenti Hierosolymite, non quidem consciū con spirationis, sed quasi ad sacrificium euocati, nea mora stratagemate succedente, rex ab uniuersis consulatur. Ceterum David audita ex insperato filij tyrannide, impia hominis audacia perculsus, qui immemor condonatae prioris noxae, multo sceleriora consilia cepisset, primū usurpandi regni quod patri desuinitus datum sciret, deinde ipsius genitoris tollendi, decrevit ultra Jordanem in loca tutiora se recipere: convoca tisq; amicorum intimis, & collocutus cum eis de insolentia filij, totum negotium iudici Deo committens, reliquit regiae custodiam decem pelli cibus, & Hierosolymis excessit, cum alia multitudine magna alacritate prosequente, tum prcipue sexcentorum cohorte, quæ etiam regnante Saule à latere fugitantis nusquam discesserat.

Abiatharum vero & Sadocū pontifices et quicquid Leuitici generis aderat simul abire cupientes, arcamq; aportare, bonis rationibus manere persuasit, dicens sine arca praestatio divina ope è periculis se seruandom: simulq; mandavit ut de omnibus qua incideret per clancularios nuntios se certiore facerent: fidelē enim operā in talibus negotijs præstiterūt filij pontificū, Sadoci Achōmas & Abiathari Ionathas. Ethro quoq; Gitteus nullus regis monitus adduci potuit, ut maneret, quod magis illustris fuit eius erga regem fidēs ac benevolentia. Ascendenti autē per clium Olineti mōtis, omniibus circa eum lacrymātibus, renuntiatū est, etiam Achitophelē mutatis studijs in partes Abesalomī concessisse: quo rix aliud tristius ei in hac calamitate accidit: quā obre precatus est Deum, ut Abesalomī animum ab Architophele alienaret: verbatur enim ne eius cōsilijs contra se viceretur, viri prudētissimi & occulatissimi in dispicioendo quid factō opus esset. Cumq; in versicem montis peruenisset, respiciebat ciuitatem, & cum multis lacrymis non aliter quam regno electus Deum precabatur: ibi offendit virum in amicitia constantem, nomine Chusim: hunc conspicaces scisso amictu & caput cineribus oppletum, & mutabilitatem rerū deplorante, solarius est pro tempore iussum aquo ultime præsentem statum ferre: ac postremo obiret precatus est, ut simulato Abesalomī partium

tū studio, diligenter secreta eius perscrutaretur,  
 & Achitophelis consilijs semper se opponeret: sic  
 enim eum magis partibus profuturum, quām si  
 una maneret: atque ita persuasus à Davide, eo  
 relicto Hierosolyma se contulit, quo paulo post.  
 etiā Abesalomus pernenit. Interim Daniel pau-  
 lum progressus obuiam habuit Sibam Memphi-  
 bosthū serum, quē ipse ad curā prædiorū amici  
 filio donatorū miserat, agentē præ se duos astuos  
 necessarijs ad victimum ornatōs. Is obtulit ei ut 2.Reg.16  
 quicquid vellet sibi ac suis acciperet, simulq; ro-  
 gatus vbinā Mēphibōsthū reliquisset, Hieroso-  
 lymis relictū respōdit: sperare enim eū rebus tur-  
 batis, fore ut ob Sauli meritorū memoriam ipse  
 suffragijs populi rex crearetur: quamobrē indi-  
 gnatus, omnia que prius domino eius concesser-  
 rat, Siba est Largitus: dicēs hunc digniore quam  
 illū ut talibus possessionibus fruatur. Hac libe-  
 ralitate Siba gansus est. Davido verò in xta locis  
 Bachorā superuenit cognatus Sauli nomine Se-  
 meis, filius Gera, saxis eū simul & cōnitij impetens:  
 cumq; amici eum protegerent, magis etiā  
 exasperatus ad cōnitia, sanguinariū & multo-  
 rum malorū causam appellabat, iubēs ut impu-  
 trius ac execrabilis regione excederet: gratiasq;  
 agebat Deo, quod per propriū filiū penā pecca-  
 torū ab illo exigeret, & corū qua olim in domi-  
 num suum commiserat. Hac tam seuia petulan-  
 tia concitatio omnibus ad indignationem, Abi-

sae verò etiā interficere Semeim volente, David  
 eos cohibusit, negas addendā ad præsentia mala  
 noui alicuius motus occasionem. Nihil, inquit,  
 moror hūc rabidū canem, & Deo cedo, qui cū in  
 nos immisit. Mirū verò si hac ab isto patimur,  
 quādo etiā filius pietatis est oblitus. Sed hac mi-  
 sericordi Deo cura erit, cuius fauore tandem ini-  
 mici nobis succumbēt. His dictis cōtinuabat iter,  
 cōtēpto Semei parte alia mōtis cursim cū cōuitūs  
 assestante. Delatus deinde ad Iordanem, suos ex  
 itinere fatigatos ibi recolligebat ac reficiebat.  
 Intervm Abesalomo cum Achitophele consilia-  
 rio Hierosolyma ingresso, cōcurrū populi salutan-  
 tis ad eos factō, inter ceteros etiā Davidis ami-  
 cus ad eos venit, & adorato nono rege, precatus  
 est illi perpetuū hoc imperiū. Rogatus deinde ab  
 eo, quid ita cū hactenus inter præcipuos ac fi-  
 diissimos patris amicos esset habitus, nūc deserto  
 illo ad se transfiret: cordatè respondit, Non esse  
 Dei voluntati & populi consensu repugnandū.  
 Hoc, inquit, tibi studētes, ego quoque meritō se-  
 quor: à Deo enim regnum hoc acceperī: quod si  
 in tuorum numerum recipere dignatus fueris,  
 quam fidē & benevolentiam patri tuo me præ-  
 stitisse nosti, eandem tibi præstabo. Nemo enī  
 presentem statū iniquè ferre debet, quando non  
 in aliam familiam regnum translatū est, sed in  
 eadem manet, filio succedente. His verbis iunen-  
 sūcem suspitionem exēmis. Aduocato deinde  
Achitophel

Achitophele consultabatur quidnam esset agendum. Is suasit ut cum paternis pellicibus congrederetur. Sic enim populum constantius in partibus perseneraturum, sublata reconciliatio-  
ni spe: & promptè contra patrem militaturum. Nam hactenus non libenter eos inimicos se illi profiteri, veritos ne pax inter patrem & filium coëat. Paruit iuuenis, ius sitq; famula, ut in re-  
gia centorum sibi erigerent, inspectante popu-  
lo, in quod ingressus cum pellicibus patris concu-  
busit. Idq; totum iuxta Naihanis propheta va-  
ticipinum cuenit, quod Dauidi futurū, ut ab uno  
è filiis oppugnaretur prædixerat.

Abesalomus contra patrem profectus cum  
exercitu perit.

CAP. IX.

**H**oc Achitophelis consilium exsecutus, ite-  
rum postulat quid de belli ratione cen-  
feat. Respondit ille, oportere sibi attribui decem  
millia lectorum millitum. Cum his se profectum  
intersectorū patrem, atq; ita partibus suis inco-  
lumentatē, & ipsi securum imperium eadē opera  
Dalide sublato pariturum. Hac sententia dele-  
ctatus accersit Chusim Dauidis amicorum prin-  
cipem, (sic enim eum ille vocabat) & exposito  
Achitophelis consilio, quid ipsi videretur que-  
rebat. At ille intelligens, quod hoc modo Da-  
uid in potestatem redactus facile occidi posset,  
contrariam sententiam attulit. Scis, inquit, recte  
virtutem patris & eorum qui illum sequuntur,  
quod

quod in multis cōflictibus semper vīctor euasit.  
 Profecto veteranus bellator artibus contra nos  
 reetur, & intellecto nostrorum aduentu, noctis  
 vallem aliquam cum parte militū insidēbit, aut  
 post rupē aliquā delitescit. Deinde nostris exer-  
 citum eius inuidentibus paulatim illi pedem re-  
 ferent, expectantes occasionē dum regi proprie-  
 res facti totū viribus in pugnā redeant: interim  
 ille ex improviso superueniens, suis axiūm ad-  
 det, nostris verò metum ac consternationē affe-  
 tet. Expende igitur meum quoq; consilium, sanè  
 melius, & Achitophelis opinionem missam fac:  
 ac potius edictō per totam Hebraeorum regionē  
 copias contra patrem collige: qua rbi in rūmis  
 conuenerint, imperiū earum tu ipse assume, néne  
 alterius fidei cōmītias. Facile enim illum deuin-  
 ces, si in aperto campo assequaris, quod ille pau-  
 eos circa se habeat, tu verò tam multa milia ri-  
 zorum, qui dari sibi occasionē cupiunt declaran-  
 di quād sint tui nominis studiosi. Quod si pater  
 intra mēnia cuiusq; iam oppidi se concluserit,  
 machinis ac cūniculis id expugnabimus. In bus-  
 ius sententiam itum est, Abesalomo autore con-  
 silio Achitophelis prælatam: sed hoc ipsum Deus  
 effecit, ut Cœsis consultor magis placeret: qui  
 properè ad pontifices Sadocum & Abiatharum  
 veniens, suum & Achitophelis consilium eis ex-  
 posuit, quodq; ipsius comprobatum sit: petiūt de-  
 mande ut has Damidi per nuntios significarent,  
adhort

adhortarenturq; eum, vt sine mora Iordanem  
transiret, ne forte filius mutata sententia perse-  
quatur eum, & priusquam in tutū se recipiat,  
comprehendat. Pontifices autem iam antè curd-  
uerant, vt extra urbem laterent filij, renuntia-  
turi Davidi quid in urbe agatur. Ad hos igitur  
fidam famulam misserunt, afferentem quid Abe-  
salomo decretum sit: mandaruntq; vt quantum  
possent properarent Davidi hæc indicaturi: qui  
euestigio cum patrum mandatis, vt pios ac fidos  
ministros decebat, nihil sibi ad summam celeri-  
tatem reliquum facientes, ad Davidem propo-  
rabant. Vix duo stadia promouerant, quum à  
quibusdam equitibus conspecti, apud Abesalo-  
mum deferuntur, qui mox ad capiendum eos mi-  
sit. Senserunt hoc mature pontificum filij, &  
duertentes à via publica, in propinquum vicum  
agri Hierosolymitani nomine Bocchuram se de-  
derunt, ibi q; mulierē quandam rogauerunt vt se  
absconderet: ea mox demissu per funem in pu-  
teum, os eius velleribus contexit: rogataq; à su-  
peruenientibus persecutoribus rium eos. vidisset,  
conspectos sibi nō negavit, accepto enim à se po-  
tu statim abiisse dicebat: & si modò alacriter  
persequantur, fore vt eos comprehendant. Illi dis-  
frustra persecuti, retro sunt reuersi. Mulier  
verò ubi hoc ait inaduerit, & non esse amplius  
periculum iuuenibus ne capiantur, per funē tu-  
sum extractos captiū iter continuare insit. Illi  
quanta

quanta potuerunt festinatione ad Davidem peruenient, & omnes Abesalomis conatus illi remunti auerunt: qui suos cofestim Jordaniē transire edicit, quamvis nox esset nihil cunctari passus. Porro Achitophel ubi suum alterius consilia posthabitu vidit, consenso iumento Gelmonem patriam petiit. Ibi conuocatis omnibus domestis, exposuit eisque Abesalomo consulterat, addens quoniam non persuasisset, certo se brevi peritrum. Dauidem enim omnino superiorē hoc bello fore, & amissum regnū recepturū esse. Præstat igitur, inquit, magno animo, ut virū ingenium decet, e vita exire, quam Dauidi ob filio manata contra eum operā, excarnificandū se præbere. His dictis in penitissimas adi digressus, seipse suspendit: atq; ita Achitophelēm, suopte iudicio tali morti addictum, cognati eius laqueo demptum funerauerūt. Ceterum Dauid superata ut diximus Jordane, peruenit Castrū, pulcherrimā ac munitissimā eius tractus urbe. Ibi cum summa benevolentia ab omnibus eius regionis optimatibus exceptus est, partim præsenti hominie necessitate motu, partim reverētia pristina felicitatis. Fuerunt autē hi Berzelliens Galaditi, & Siphar Armanitidis dynastes, & Machirus Galaditidis regionis primæ. Hi quicquid ad rictum pertinebat, largiter regi cum suis præbeant, ut nec lecli strati eis defissent, nec panis ac vinum, quin & carni copia semper aderat,



¶ quicquid vel ad almoniam, vel ad lassitudinis reflectionem opus esset. Interim Abesalomus x. coacto grandi contra patrem exercitu, & trajecto Iordanem amne, constitut non loge à Castro appido Galaditidis, loco Ioabi praeposito exercitu cognato eius Amasa: prognatus enim erat patre Iotharsa, & matre Abigeara: hec verò & Saruia Ioabi mater sorores erant Davidis. Rex 2. Reg. 18 autem reconsitis qui circa se erant, comparatoq; numero circiter quatuor millium, decreuit non expectare dum Abesalomus prior ipsum aggreditur, sed creatis tribunis, diuisoq; in tres partes exercitu, unam Ioabo imperatori attribuit, alteram fratri eius Abisao: tertiam tradidit Eshao, amico quidem & familiari, sed è Gitta oriundo. Ipsum autem volentē adesse in exercitu amici prohibuerunt: idq; prudentissima ratione. Siquid enim eo praesente vincerentur, nihil spei reliquū fore: quod si una parte exercitus vici, cum cetera ad ipsum refugissent, reparandarum viuum faciliatē non defore: alioquin etiam hāstę suę picaturū, aliud exercitū circa regē esse. Placuit hoc consiliū: itaq; persuasus apud Castrū mansit. Sed dum amicos ad pugnā dimitteret, obtestabatur ut memores onus accepiorū beneficiorū strenuā ac fidelem operam sibi nauarent: & ut post victoriā filio parcerent, ne occiso illo, aliquid mali in seipsum statueret: atq; ita precasus illis victoria, exercitū emisit. Casterū curp

Ioabū.

Ioabus ex aduerso hostiū aciem suam explicitis-  
 set in planicie syluam à tergo habente, Abesalo-  
 mus quoq; suos cōtrā eduxit : & cōgressi, acri-  
 terq; pugnantes multa vtrinq; praeclara facino-  
 ra edebant: his dummodo David regnū recipiat,  
 quiduis periculi magno animo contemnitibus:  
 illis contra, ne Abesalomus & hoc priuetur, &  
 patri insuper audacia penas det, nihil, non vel  
 facere vel pati paratis. Idem cum numero longe  
 praestare, ignominiosum ducebant tanto paucior-  
 ribus Ioabi militibus succumbere, Contrā regij  
 ut tot millia profligaret omni ope cōuixi: tandem  
 ut erat dignū veteranū, & rei militaris peritis-  
 simis, hostem terga vertere coegerunt: fugientes  
 deinde per saltus & abrup: i insequendo, alios  
 captiuabant, alios trucidabant, ita ut multo plu-  
 res in fuga caderent quam in pratio. Interfecta  
 sunt enim ea die fermè viginti millia. Plurimi  
 autē in Abesalomū ferebantur, insignē tam pul-  
 chritudine quam statura corporis. Is veritus ne  
 viuis caperetur, consensa mula regia effuso cur-  
 su fugiebat. Cumq; per agitationē ventilaretur  
 capillitum, aspera arboris promimenti rāno ino-  
 pinatè implicitū iuuenem suspendit. Iumentum  
 enim vehementi impetu ferebatur, nō aliter quam  
 sessorem gerens. At ille sublimis in rāno retine-  
 batur, ne hostē effugeret. Quod animaduersum  
 quidā è militibus Davidis indicauit Ioabo: eoq;  
 quinquaginta sculos promittente si illum confo-  
 deret,

deret, respondit, Nec si duo millia daturus essem, facerē hoc domini mei filio, maximē cū omnibus nobis audientibus parcī iuueni sit precatus. At ille insit ut indicaret urbām pendente viderit, moxq; defixo in cor telo eum interemit. Armigeri verò Ioabi circumfistentes ab arbore eum detraxerunt, & projectā in hiatū profundum ac obscurū congeſtis saxis obruerunt, ita ut tumuli forma extaret. Deinde quām receptui cecinisset Ioabus, suos à persequendo cohibuit, parendum cīili sanguini ratus. Porro Abesalomus erexerat sibi in valle regis columnā marmoream cum inscriptione, duobus studijs à Hierosolymis dissimilam, quam voluit vocari Manum Abesalomi, dicens quod etiam si liberos eius perire cōtingat in hac tamen nomen ipsius esset mansurum. Etabuit enim tres mares, et unā filiam Thamaram quemadmodū iam ante diximus: que Davidis nepoti Roboamo nupta, Abiam eius successorem peperit: sicut post loco suo copiosius dicetur.

Quomodo David regno restitutus feliciter vixit.

C A P. X.

**D**efuncto Abesaloma populus eius domum quisq; suā dilapsus est. Achimas verò Sadoci pontificis filius adito Ioabo, rogauit ut sibi permitteret ad Davidem ire, nuntiatura lata omnia, quodq; diuina ope ac prouidentia victoriā sit consequitus. Negauit hoc imperator, dicens non conuenire ut antehac afferre lata so-

G licet

litus, nunc de morte filij regem certiore faceret, insitip; et ibi manere, sed vocato Chusii illi mandauit, ut omnia que sciret ad regem perferret. Achima vero de quo rogante, ut ipse mitteretur, victoriā tantū nuntiatur, non etiam Abesalomī mortem, passus est cum hoc facere. Is viam compendiosam ingressus soli sibi notam, Chusim cuncte uertit. Sedente autem rege in porta, & expectante aliquem de prælio nuntium, speculatorum vixos conspecto. Achima currente, nequid valēs eum agnoscere, ait ad regem, videre se quenquam accurrentem. Cumq; rex bonum esse nuntium ominaretur, paulò post sequi illum alterū quendā indicauit. Respondente rege, hunc quoq; bonum fore nuntium, speculator iam propiorem Achimam noscens, Sadoci pontificis filium ait curriculo aduentare. Tum David, profecto hinc bonum & optatum nuntium asperre de prælio. Vix hec verba smierat, dum Achimas, regem adoratum salutat: & scitante de pugna, latam victoriā annuntiat. Rogatus deinde quid filio factum sit, ait se versis in fugam hostibus confessim iter arripuisse, audiisse tamen clamore militum Abesalomum persequentium: nec praeterea quicquam comperti habere, quod invenire Iobō propere discendum fuerit, ut victoriā renuntiaret. Iamq; & Chusis aderat regē adorans, & victoriā conuictans: qui similiter de filio rogatus: Iniquit: inquit, tuis eueniāt idem.

quod

quod Abesalomo. Hec verba in causa fuerunt,  
ut nullā ex ea victoria voluptatē nec rex percū-  
peret, nec milites. Ipse enim cōscensā editissima  
urbis parte deflebat filium, plangens pectus, &  
capillatum lacerans, & modis omnibus sese af-  
flictans, ac vociferans: Fili mi, utinam nūhi ta-  
cum mortem oppitere cōtingeret. Cūm enim es-  
set natura suorū amantissimus, præ ceteris hinc  
maiore affectione prosequebatur. Exercitum ap-  
tem & Ioabum, audito quod rex filium ita lu-  
geat, puduit triumphabundos in oppidum ingre-  
di: sed demissō capite lacrymantēs, non aliter  
quam clade accepta veniebant. Ceterū cūm  
rex operto capite gemere desiderio filij perse-  
raret, Ioabus consolandi causa ad eum ingressus:  
Quid facis, inquit, ô rex? an nescis quod hoc par-  
ēto tibi ipse calumniam struis, quasi amicos pro  
tua salute periculis se exponentes, atque adeq-  
te ipsum & familiam tuā oderis: ames verò tibō  
infestissimos, & iustissima pena absumpos de-  
siderare non desudas? Nam si Abesalomus vici-  
set, & regnum suum constabilisset, nihil ex no-  
bis omnibus reliquum fecisset: sed à te ac tuis li-  
beris initio facto, ad unum miserabilem in mo-  
dum perdidisset, non destentibus nos inimicis, sed  
& gaudentibus & granter punientibus eos qui no-  
stram vicem miseraretur. Te verò nō pudet hec  
facere propter hominē inimicissimum, qui quoniam  
esset tuus filius, tantopere in te fuit impius? Dis-  
c. 2. sine

fine igitur ab ministro luctu, & date in conspe-  
 ctu tuoru militam, & gratias illis ago, quod sua  
 vidente hanc victoriam nobis pepercru: alioqui  
 si quācepisti pergas, hodie regnum ac exercitum  
 alteri tradam, efficiamq; ut iam grauitate re-  
 trius quam ante lugas. Talibus verbis Iobus,  
 regi modestia excusse, eumq; ad curam reipubl.  
 adduxit. Simpto enim habitu alio, quo gravior  
 esset militis eius conspectus, pro foribus porta con-  
 sedit, ita ut hoc audito universus populus ad  
 fulminandum eum concurreret. Dum hæc ita  
 geruntur, qui ex Absalom-exercitu cladi su-  
 perfuerunt, dominum reverenter nuntios oppidasim  
 dimiserunt, admonentes quantum beneficiorum  
 à Davide accepissent, & quomodo post multa ac  
 magna bella in libertatem ab eo vindicatis fu-  
 fent: & quiam iniquè hoc electo alteri regnum  
 commisissent: Itaq; debere eos, extincto quē ele-  
 gerant, Davide rogare, ne omissa ira in gratiā  
 populu finit recipiat, et quemadmodū autem cu-  
 ram republica suscipiat. De hac re crebrinutus  
 veniebat ad regemq; mox Sadoco & Abia-  
 tharo pontificibus per literas mandauit, ut prim  
 eipso tribus Iuda compeliat, turpe illis esse, alias  
 tribus ante eos in regnum Davide riponere, ma-  
 xime cum is tribulis sit ac consanguineus. Par-  
 modo Amasam imperatorem eos alloqui iussit,  
 quā fieret quod cum esset ipius est fratre nepos,  
 exercitus non persuaderet, ut Davidi regnum in  
 manu

manus reddat. Sperandam autem illi non solum  
veniam, que iam cōtigisset, verū etiā miuer-  
sarum copiā p̄fectorā, quam Abesalonus eō  
concesserat. P̄tifices vero tū principes dicta tri-  
bus sunt alloquuti, tum Amasam ostentata regis  
pollicitatione in partes ipsius traduxerunt. Ac  
primum contributes Davidis incunctanter per le-  
gatos cum in regnum renocant: quorū exemplo  
simul & Amasa auctoritate moti ceteri Israeli-  
tae & ipsi idem faciunt: atq; ha legationes ad eā  
Hierosolymis excipientē confuebant. Sed singu-  
lare Iudea tribus officium extitit, que v/sq; Ior-  
danē amnem illi occurrit: eodē p̄aestō fuit Se-  
meis filius Gera, sequentibus mille viris ē tribus  
Beniamitica: necnon Siba libertus Sauli comitā-  
tus quindecim filijs & seruis viginti. Hi vna cō  
tribu Iudea ponte ripas fluminis iuxterunt, vt  
rex cū suis absq; negotio transfire posset. Ut vero  
ad Iordanē peruenit salutatus est à tribu Iudea:  
& Semeis in portū progressus, accidensq; ad re-  
gis pedes, rogabat veniam commissoriū, utq; infon-  
sus sibi esse desineret, nére recepta potestate in-  
se primū animaduertaret: reputaretq; id quo-  
que, quod erroris paenitentia ductus, primus ipse  
reverenti occurrisset. In hunc modū supplicanti  
ac misericordiam implorāti Abiseus Iacobī frā-  
ter: Satin, hoc, inquit, putas ad effugendum sup-  
plicium, quod maledico in regem dominisū ele-  
ctum ore es conmeritus? Tum rex ad eum: non:

suo: Definite Sarmia filij, néne nouas turbas ac fe-  
 daciones excitate. Sic enim vos existimare volez,  
 hanc esse mihi aditalem regni diem: quamobrem  
 iuro me omnibus omnem panam remittere, qui  
 quocunq; modo in maiestatem meam peccau-  
 sunt, neq; in quenquā ea de causa animaduersio-  
 rum esse: tu quoq; Semei bono animo esto, nihil  
 de supplicio sollicitus. At ille adorato rege, capie  
 cum procedere. Post hac Memphis thū Sauli  
 sepos ei venit obniam, sordidatus. Et promisso  
 ac neglecto capillatio: ex quo enim rex profuge-  
 vat, neq; comam totundit, neq; vestem purgavit,  
 calunitatem eius non secus quam propriam fe-  
 rens: ad hac à suo procuratore apud regem falso  
 delatus fuerat. Is post salutatem et adoratum  
 regē interrogatus ab eo, qua de causa non simul  
 exisset, socius fugae futurus: respondit Sibam esse  
 in culpa. Hunc iussum parare ad profecitionē ne-  
 cessaria, verba sua nō aliter quam alicuius man-  
 cipij contēpsisse: alioquin, inquit, si pedibus inte-  
 gris fuisset, et ad profecitionem his vii. potuis-  
 sem, nunquam abs te relinqui passus fuisset. Nec  
 contentus meā erga te domine pietatē impedisse,  
 tñsuper maliciose ac mendaciter me detulit. Sed  
 bene noui quod tua prudentia tales calumnias  
 non admittat, quum sis iustus, et Deum ac ve-  
 ritatem, cui et amopere studes, diligas. Cum enī  
 in gravissimis periculis autem mei temporibus ver-  
 satas es, liceretq; tibi de tota familia nostra es  
 nomine

homine penas sumere: que tua bonitas est ac ma-  
 destia omnes acceptas iniurias obliuioni tradidit  
 sed, recenti etiā tum earū memoriā summā po-  
 nitatē asscutus. praterea in amicorū ordinem  
 affectū, & mensa tua quotidianū convivā ad-  
 habitum, nihil deteriorē conditione quam vnu  
 quenam è maximè necessarijs apud te esse va-  
 luit. His auditis neq; Nemphibosthum punire  
 libuit, neq; an ciba calūniasor fuerit cognosceret  
 sed prefactus cūlta se eius bona Siba largitum,  
 veniam tamen illi & dimidiae partis restituion-  
 em promisit. Tum Mephibosthus: Habeat sibi  
 zotū Siba, mihi satis est te in tuum regnum resti-  
 tutum esse. Berzelium deinde Galaditā virum  
 magnū ac bonum, cuius benignitate belli tempo-  
 re adiutus fuerat deducentem se Iordanem r̄fij,  
 rex rogauit ut simul Hierosolyma profici sc̄ere-  
 tur, pollicente cum parentis loco se habicurū, nō  
 h̄ilq; illi defore, qua extreme eius atati refouē-  
 da sic opus. At ille excusauit, rem domesticam  
 cōsibui regio preferens: dicens, se iam oclmago-  
 marium nō posse regia voluptatione perfrui, iam  
 de absoluendo extenso vite alio & sepultura  
 sollicitum: rogansq; ut sibi cū bona regis gratia  
 diceat suo more domi vivere: quandoquidem iam  
 per atatē non amplius ullam è potu aut cibo vor-  
 buplatens capiat, & aures obturatas habeat ad  
 sonos tibiarum catrorumq; instrumentorū, quā  
 bres audiri regi se oblectare solent. Quo ita in-

stanter rogante: Te, inquit, dimitto: hunc verè Achimanum filium mecum abire finito. Omnium enim bonorum meorum particeps erit. Tum Barzelleus reliquo filio, & adorato rege, omnisq; fausta illi precatus, domum est reversus. David autem Galgala peruenit, iam dimidium totius populi circa se habens & Iude tribum integrum. Eò venerunt ad illum primores eius regionis, sequentes magna hominū multitudine: incusabatq; Iude tribū, quod in scüs cateris ad regē se conculisset, cui omnes simul unanimiter occurrere debuerint. Principes vero tribus Iude rogabant ut aquo animo ferrent quod prædicti essent. Exhibitū enim hoc officium propter cognationem, qua deuinctum sibi feruentioribus studijs prosequerentur: neq; enīm se hac de causa vila munera accipisse, ut merito agrè ferre debeant, seruise ad illum peruenisse. Non tulerunt hoc dictum caterarum tribuum principes: Denirantur, inquit, fratres, quod regem vobis propriè cognatus tradicatis, ac si non omnium nostrū cognatos sit habendus, quem omnibus nobis ex aquo Deus praecesse voluit: erga cùm totus populus undicim partes habeat, nos unicam, tantoq; potiores sumus, preter aquum factis, quod nobis ne-

2. R. 2. 20 scientibus ad regem venisti. In hac principum altercatione exortus est vir quidam malus ac seditionis, Sabenus filius Bocheria, tribus Beiamitid: quis sublata voca in media multitudine exclamauit

clamauit, Non est nobis pars apud Dauidem, nec hereditas apud Iessai filium: simulque cornicione iusso canere bellum, omnes relicto Dauide ille sunt secuti sola Iudea tribu circa eum manente, à qua mox in regiam Hierosolymam est deducitus: ubi concubinus, cum quibus filius Absalomus cōgressus fuerat, in alias ades traductus, omnia benignè ut ante administrari iussit: ipse vero posthac non amplius eis est usus. Amasam deinde exercitui praeponuit; dignitate in hunc collocata, qua prius Isabi fuerat: iussitque; ut collec̄tis quanto posset ē tribu. Inde copys post triduum ad se veniret, ut eum tradito exercitu cum imperio contra Bochoriae filium mitteret. Quo ad colligendum militem profecto, quum in ea re occupator mature non rediret: tertia die rex Iobus dixit, non esse in rebus publicā dilationem Sabaō cōcedi: ne forte instructior factus plus dādet, plusque exhibeat negotij, quād modō Absalomus exhibuisset. Nō est, inquit, vltorius expectandum, sed cum his qua nunc ad manum sunt copys, ex sexcentoru coborte, cum Abisao fratre hostē persequere: ex vbi canique illum adeptus fuerit, da operam ut prælio docernatur: ex lane occupatis munitu urbibus multorum nobis cōstantiu ex laborum materiam prabeat. Ioabus nihil cunctatus paruit, ex assumptione fratre ac thorte, reliquisque qui tum Hierosolymis aderant militibus, contra Sabaeum raptim exercitū du-

cit. Cumq; Gabaonē, qui r̄icus quadraginta stā-  
 dīs à Hierosolymis abest, peruenisset, obuiam eō  
 factus est Amasa magnum exercitum adducens.  
 Ibi Ioabus thorace munitus, accinctusq; gladio,  
 accedente ad complectendum Amasā, de indu-  
 stria gladium sibi ē vagina elabi passus est: eoq;  
 mox à terra sublato, & altera manu barba A-  
 masā cū deosculandi prehensa, improviso ielū  
 ventrem ei perfolid, hominēmque confecit: fa-  
 cinus sācē impiūm, quād bonum & cognatiū  
 iūnenem immereūtem propter amulationē sum-  
 me prefectura & regia gratia sustulit. Hac  
 enim de causa iam ante Abeneri quoque cedens  
 perpetraverat. Sed illuc facinus propter honestū  
 prætextū fraterna r̄tioñis dignius venia vide-  
 batur: in Amasā verò cades nihil tale habuit  
 quod prætenderet. Cæso autem imperatore perge-  
 bat ad Sabæum debellandum, uno relicto apud  
 cadauer: hunc insit proclamare ad exercitum,  
 Amasam iure casum meritas poemas dedisse: qui  
 verò partes regn foverent, Ioabum & fratrem  
 Abisæum enim duces sequi debere. Iacēte verò in  
 via corpore, & tota multitudine ad id conflu-  
 es, & ut fieri solet cū admiratione circumstāte,  
 castos trāslatum illud in villam quādam longe  
 à via remotam depositum, & veste contentum: quo  
 fallo omnes Ioabum sunt fecuti. Is quam per to-  
 tam I fraēliticā regionē Sabæū esset persecutus  
 indicio cuiusdā cognovit eū esse in mynita qua-  
 dam

dam urbe nomine Abelmachea : qua obsessa &  
circumwallata, iubet militē muros eius suffodera-  
et euertere, valde enim irascebatur quod portas  
ei clausissent. Malier autē quedam honesta &  
prudens, vidēs patriam in extremo periculo, con-  
scēsis mānibus Iosabū per milites ad colloquium  
enocat, qui postquā processit: Deus, inquit, reges.  
& imperatores creat, ut deletis Hebraorū hosti-  
bus in pace Israēlist: si cōtineāt: tu vero nullā in-  
re laesus, primariam Israēlitarū vrbē expugna-  
tum venisti. Tum ille abominatus eius Verba, et  
meliorē fabi mente precatus, negavit se vel vniū  
ē plebe occisum cupere, tantum abesse ut urbem  
eam egregiā excisam velit: & si ad supplicium  
dedatur Sabane Bochoriae filius, regi rebellis, o-  
missa oppugnatione confessim se inde exercitum  
abdueturum. His auditis mulier Ioabum rogat  
ut paulisper sustineat, pollicita illi caput hostis  
statim ē mānibus deiciendū: moxq; ad ciues re-  
uersa: Vultis, inquit, malī male petire cū liberis  
ac coniugib; propter hominē malum & igno-  
rum. cumq; pro Davide, suis tanta in vos ex-  
stant beneficia, regnare: & unam hanc urbem  
cā valido exercitu resistere? Quibus rebus per-  
suasi, praeceps capite Sabat, ad milites Ioabi hoc  
deiciunt: cōfestimq; signo receptui dato dux ob-  
fisionem soluit, & Hierosolyma reuersus denū  
vniuersis copijs imperator p̄ficitur: Banais  
quog; satellitibus et sexcentorum cohorti à rege  
prapom

praeponitur: Adoramus questor tributis recipi-  
endis constituitur: Sabathes & Achilaeus Com-  
mentariensium sunt principes: Susa scribis pra-  
positus, pontificatus quoque Sadoco & Abia-

XII. tharo mansit. Post haec fame regione premen-

2. Re. 21 te, rex supplex à Deo petiit, ut populum misera-  
tus causam atq; remedium tanti mali ostendere  
dignaretur. Responsum est per prophetas, postu-  
lare Deum ut Gabaonite vidicentur, quos Sau-  
bus rex deceptos prater ius & fas interfecerat,  
& iusurandum quod illis olim Iesus imperator  
& senatus iurauerat, violauerat. Quamobrē si  
Gabaonitis pro cassis ciuibus penas quas ipsi ve-  
luerint exigere permittat rex, fore ut placatus  
Deus populum è presenti calamitate eximat.  
Quòd posteaquam ex proprietariū relatione com-  
pertum est, accitis Gabaonitis percontatus est,  
quid ad se peteret: qui cùm septem è Sauli proge-  
nie deposcerent ad suppliciū, rex perquisitos eis  
tradidit, Mēphibōsthō tamen Ionathā filio par-  
cens. His acceptis Gabaonite, ut libuī est in eos  
animaduerierūt: confessimq; pluente Deo terra  
posito squalore ad pristinam felicitatem rediit,  
populusq; copia rerum ut ante fruebatur. Ali-  
quāto post rex bello Palestinos adortus, et pra-  
lio cū eis cōgressus, dum vīlos anidius persequi-  
tur, ultra ceteros solus est longius puerus. Hūc  
iam lassulum cōspicuit Acmon filius Araphi, v-  
nus è gigantum sobole, induitus loricanū circulū  
confertam

consertam, & lanceā gerēs trecentos sicles pen-  
dente, accinētusq; gladio, & conuersus ē fuga  
haud dubiē consecisset regem, ni Abisens leabi  
frater repente superueniens eum protexisset iam  
prostratū, & hostem trucidasset. Quo regis peri-  
culo grauerter cōmotus est exercitus, & duces in-  
reinando cum deuixernat, ne in postērum cum  
alijs interesset praelio ne si propter fortitudinē et  
audaciam humanū aliquid ei contingeret, popu-  
lus ea felicitate quam ex ipsis administratione  
percipiebat orbaretur. Cumq; post hanc pugnā  
Palæstini ad Gazaram urbem cōvenissent, rex  
quam primū hoc cognouit, exercitum contra eos  
confestim ire insit: in hac expeditione egregiā  
laudem ob praelata facinora edita meruit Sa-  
bacthis Chettens, non ē fortissimis Davidis mi-  
litibus: cōplures euim qui se de gigantum genere  
iactabant, & viribus extīmōs in sole scēbat, orco  
tradidit, pracipus autor victoriae quā tunc. He-  
breus de hoste reportauit. Redintegratisq;  
bellum Palæstini, & novo exercitu in eos missō  
a rege, optimè se gesit Nophanus cognatus  
ipsis: singulari enim certamine cū fortissimōl' a-  
lastinorū congressus, occiso illo effecit ut reliqui  
terga verterent: multiq; hostiū in ea pugna sunt  
desiderati. Nec ita multo post rursum castrame-  
tati sunt ad quoddā oppidū non procul Hebrae-  
rum finibus: fuitq; in eo exercitu vir statura en-  
bitorū sex: cui seni digiti erāt in manibus ac pe-  
ditus.

dibus. Huic ex regis exercitu Ionathas Samæ filius solus se opposuit, stratoq; adversario maximam momentū ad victoriā attulit, & ipse fortissimi viri laudem retulit: nā & hic barbares orisundum se à gigātibus iactabat. Hoc pralium cum gēte fuit ultimum, non ausa postea se cōtra

2. Re. 22. Israëlitas mouere. Ceterū David perfunctus iam bellis ac periculis, & in altissima pace dicens, vario genere carminū odas & hymnos in honorem Dei composuit, partim trimetrum versū, partim pētrametro: instrumentisq; musicis cōparatus docuit Leuitas ad pulsū eorū laudes Dei decantare, tam subactis dictis, quam in ceteris festiūscatibus: species vntē instrumentorum habuere: Cimygra decem chordis intendit, & plēctro pulsatur: Nabla duodecim sonos continet, sed digitis carpitur, cumq; līs aderant & cymbala erea, bene magna atque lata: quod sānē de predictorum instrumentorum natura ne prorsus

2. Re. 23. ignorentur, dixisse sufficit. Porrò rex fortissimos viros circa se habuit, sed maximè insignes claris facinoribus xxxviii, quorū quinq; cibū virtutē cōmemorabo facilis ex his de reliquis cōiectura: tales enim erāt hi qui possent vel regiones subigere, vel magnas gētes debellare. Primus Issamus filius Achemai, qui non semel in acrē hostiis irruēs non prius à cade abstitit, quā nongētos occideret. Post hunc Eleazarus filius Dodeia, qui fuit cū rege in Arasano: hic in quadam

dam prælio Iraelitis multitudine hostiū territos  
 & in fugam versis, solus locū suū nō deseruit, et  
 cōgressus cū hostibus multos interfecit, adeo re  
 crnore gladius eius ad dexterā adglutinaretur:  
 quo viso reverſi in praliū Irælia cedente iam  
 hostiē rrugendo admixtādā ac celebratā victo  
 riā retulerunt, Eleazaro sternente, vulgo ver  
 militū prostratos spoliāte. Tertius erat Ili filius  
 Sebas: hic quoq; cum bello Palæstino in loco quā  
 Maxilla dicitur, acies ex aduerso constituerunt,  
 Hebraiq; rursum territi loco cederent, solus in  
 aciei rūem hosti se oppofuit: & nō paucis letho  
 datis, reliquos impressionē eius non sustinente,  
 & in fugā effusos infectatus est. Hac fuerūt fa  
 cinora qua hi tres in praliū ediderunt. Eo verò  
 tempore, quo rege Hierosolymis agente Palæstī  
 norū exercitus vsq; ad urbē accessit, & dū ille  
 cōfultarius Deū de bello, arcē ascēdit, in ea val  
 le castramētatus est, qua x x. stadiorū spacio  
 vsq; Bethleema pertinet. dicēte ad amicos: O quā  
 bonam aquā habemus in patria mea, maximè  
 in cisterna porta vicina: si quis eā mihi affer  
 ret id certe mallem, quā multū argēti accipere:  
 tres isti his auditis enstigio excuterūt, & cū  
 per media hostium castra Bethleema perueni  
 sent, hauſta aqua per eandē viam ad regē ſunt  
 reverſi, uttonitū audacia rāda barbaris, nec au  
 fisis pannitate eorum cōtemnere. Eam aquam re  
 libere noluit, dicens periculo ſanguiniū empian,  
 & ob

Et ob hoc sibi non conuenire: sed Deo inde libat  
ut, gratias agens pro virorū invictitate. Post  
hos erat Ioahs frater Abisaeus, qui vix die. o. C.  
hostes intererunt. Quintus Banaius, genere sacer  
dos, hic pronocatus a duobus fratibus virtute  
inter Moabitas illustribus. utrūq; confecit. Rur  
sum ex prouocatione cū mura statuta. Aegyptio  
certans, inernis cū armato, hasta ex ipsis ma  
nibus extorta hominē cōfodit: quo insignior fuit  
victoria, quod adhuc viuet: adēptis armis, prius  
enī spoliauit, mox proprijs armis occidit. Est Et  
aliud eius facinus, quod iam dictis, quantum ad  
animositatem vel preferri potest, vel certe cōfey  
ri. Quum enim ningeret, leo in quendā puto eum  
illapsus est: cuius os quad angustū efficit, videbat  
breui fore ut id nūmibus oppleretur: atq; ita despe  
rato exitu, Et salute rugire occipit. Banaius  
autē fortē fortuna iter faciens, accurrit ad rugi  
sum bestie: Et cū descendisset in puto, repugnan  
tem iētu baculi quem gerebat examinavit: Nec  
deteriores virtute fuerūt reliqui triginta tres.

XII. I. Ceterū David volens cognoscere quātus mil  
2. Re. 24. lium numerus recenseri posset in populo, oblitus  
praeceptorū Moysis, qui pradixerat quoties cen  
seretur populus in singula eius capita pādendū  
Deo s. misericordia, insit Ipabum imperatorem vt  
iret ad censum peragendū: quo excusante, nihil  
opus esse: nūbil motus, coēgit, sine mora ad impe  
rata exequenda proficisco. Ioahus autē assumptis  
ad hoc

ad hoc negotiū principibus tribuum & scribis,  
obita tota Israëlitatu regione. & cognito quan-  
ta esset populi multitudine, post nouē mēses & nō  
ginti dies Hierosolyma reversus ad regē nume-  
rum ei populi reddidit, absq; tribu Beniamitica,  
quād nōrādū ad cēsum vocauerat, sicut nec Le-  
uiticam. Rēc enim interim paenituit agnoscens  
in Deū se peccasse. Erat autē reliquo Israēli-  
tarū numerus nōgenta millia, dūcaxat sociū qui  
ad militā essent idonei. In Iude vero tribu qua-  
dringēta millia cōfabantur. Prophetū deinde re-  
ferentibus ad Dauidē quād Deū offendisset, sup-  
plex orare coepit, ut propitius redditus facti hu-  
iis daret veniā. Qui ecoratus Gadū prophetam  
ad eū misit, tres optiones offerēt, ut ex his quā  
mallet eligeret, aut famē per septēniū duraturā,  
aut bellū per tres menses iniquo marte cō  
gerēdū, aut pēstilētiā per tridū inter Hābreos  
sancturam. Illo vero harente ac turbato propter  
difficile inter hec mala electionē, & propheta  
vrgēte ad celert̄ responsionem, ut Deo tenacitare  
posset: rex cogitās quād si famē peteret, sui ma-  
gi quām aliorū rationē habuisse videri posset:  
quandoquidē ipsi nihil periculi esset multū fru-  
mēti in horreis habēti, illis non item: quād si per  
tres mēses ab hoste vinci elegisset, sic quoq; fibi  
soſtuiſſe, qui arces & fortissimā circa se cohortē  
haberet: optauit malum regnātibus aquē ac  
regnatis cōmune, in quo omnibus par meus im-

minet: præfatus melius esse incidere in manus  
Dei, quam in manus hostiū. Hac ita ut audiuit  
propheta Deo ternūtiante, pestilētia in Hebraeos  
ingruit, ita ut varijs modis absumeretur, nec fa-  
cile esset morbi cognoscere. Mors enim yma erat,  
sed plurimis & incōpertis causis homines rapie-  
bat: alius enim post aliū efferebatur, & clancu-  
lum obrepens malū celeriter exitium afferebat.  
Quidā enim repente cum vehementi dolore, &  
amaro cruciatu animā exhalabat: aliū paulò lē-  
tiore vexati mala, ne curationē quidē ferre po-  
terant, sed inter officia medicorum exspirabat:  
aliū subito tenebris ob oculos obortis, cœn praf-  
cati exanimabantur: nonnulli interim dum ali-  
quem domesticorū funerant, sepultura nondum  
absoluta cōmoriebantur: quo factū est ut à ma-  
tutina hora usq; ad prandium hac peste septua-  
ginta millia hominum sint absumpti: iamq; ge-  
nius à Deo missus Hierosolyma petebat, ea quo-  
que urbē simili mala afflucturus. Tum rex sac-  
cum indutus & humi prostratus, supplex ora-  
bat Deum ut peste sedaret, & iam mortuis con-  
tentus de cetero quiesceret. Interbas preces sub-  
latis oculis, cernens geniū per aërem striolo gla-  
dio Hierosolyma petentē, exclamat ad Deum, so-  
esse pastorem paena dignū, ceterū greges nihil  
commenuisse: effunderet iram in se, ac suam fa-  
miliam, & innocentī populo parceret. Deus au-  
tem admissa supplicatione peste repulit: missōq;  
ad

ad eum Gado propheta, mandauit ut confestim  
ascenderet in aream Oronna Iebusae, & exstru-  
cto altari, inibi sacrificaret. Quis mandatum hoc  
non neglexit, sed mox ad destinatū locū se con-  
tulit. Oronna verò circa trituram frugum occu-  
patus, ut regem mā cum omnibus filijs acceden-  
sem vidit, occurrentis adorantis eum. Erat autem  
genere quidē Iebusaeus, sed inter pracipios ami-  
cus Davidis, que causa fuit, ut capta urbe nihil  
illi molestum acciderit, quemadmodum superius  
diximus. Hoc percontante, quamobrē herus ad  
seruū accederet: ait, se velle aream eius emere,  
ut in ea domino altare construeret, & sacra fa-  
ceret. At ille & aream, & aratra, & bones, &  
holocaustomata gratis largiri se dicit, precariq;  
ut Deus libens ac propitius hoo sacrificium ad-  
mittat. Rex verò gratā sibi eius simplicitatem  
ac magnanimitatem professus, voluit ut pretiū  
acciperet, iniquum enim esse de gratuitis offerre  
sacrificium. Oronna: verò dicente facturum se  
quicquid rex vellet, aream hanc de eo quinqua-  
ginta scilicet emit, exstructoq; ibi altari, sacrificia  
& holocaustomata super eo perfecit, & hostias  
pacificas obtulit: quo festo Deus placatus, pro-  
pitius ut antè est redditus. Erat autem is locus,  
in quem olim Abrahamus filium ut holocausto-  
ma faceret adduxerat, & cùm iamiam iugulat-  
us esset puer, aries repente astans altari appar-  
uerat, qui pueri vice fuerat mactatus, ut iam

antè scripsimus. David autem cum animadu-  
tisset se exauditiū, & gratū fuisse sacrificiū, de-  
creuit totum hunc locum altare universi populi  
**XIIII.** appellare, & Deo cōptum ibi exedificari: quām  
eius vocē Deus in futurū ratam esse voluit:  
maxime enim propheta ad eū nūfis, illuc tēplum ex-  
struendum predixit à filio, quem regnū successo-  
rem effet valēcturu. Post hanc propheetiē ins-  
fit rex numerari inquietus, & iumenta sunt eo-  
rum centum octuaginta milia: ex his constituit  
lapicidariū dētuaginta milia, reliquos ad conve-  
hendos lapides deputauit, ex quibus tria millia  
& quatuorcentas operarijs praefecit: magnam quoq;  
vīm ferri ac arcu ad horū operū usum congesit,  
materiamq; cedarinam multam & praeprādem.  
Tyrus & Sidonijē hanc suppeditantibus, & quib;  
bus huius copiam impetraverat: dicebatq; suis  
amicis, hac ideo se apparere, ut filio successore  
materiam ad edificandum relinqueret, & non  
cum densā eari cōportare necesse habeat, adhuc  
per et aerem rādu talium negotiorum, jēd omni-  
bus in promptu sitis facile opus perfolueret.

David se vivente Solomone in filium sum-  
renum auspiciari voluit. CAP. XI.

**A**Ccito deinde Solomoni filio mandauit, re-  
quām primum regnum adeptus esset, tem-  
plum Deo construeret, dicens se id voluisse qui-  
dem, sed oraculo prohibitum, quodd propter cre-  
bra bella cruentus haberetur: predictumq; sibi  
id

id edificium à fatis destinatum filiorū natu minimo, qui Solomon esset appellandus: quem non aliter quam filium patri, ipso Deo cura futurū: atq; etiam totam Hebraeorum regionē hoc principe felicem fore: ex inter cetera bona, id quod omnium est potissimum, pacem habitaram, ut pote alienam non tantum ab externis bellis, verum etiam ab interīnis seditionibus. Exgo, inquit, quandoquidem à Deo designatus es rex, antequam natus, ad operā ut alioquin etiam dignus sis eius prouidens, pietatem colens, ex iustitia, abq; fortitudinem, ex praecepta eius legesq; per Moysen traditae obsernare, ex ab alijs eas violari non permissione: ex insuper templum quod te regnante strui sibi voluerat, cura ut sicut debet ei reddas, nihil deterritus operis magnitudine: omnia enim ante obitū parata tibi relinquare. Scito sane anni quidem collecta decim millia, ar genti vero talentorum centum millia: eis item ac ferri tantum congeſsi, quantum vis numerocomprehendi posse: ex ad hac lapidū ac lignorum materiam copioſiſtans. Habes præterea multa millia fabrorum lignariorum ex canariorium: ex si quid tu defuerit, in supplobis. Quapropter hoc opere absolute caru eris Deo, eximq; perpetuum praeflorem habebis. Post has adhortatus est principes populi, ut in ea sententia filium adiungarē, ex securi de omnibus aduersantibus, culoni sanctum diuino vacare;

percepturos enim pro hoc pacem & bonum ac  
legitimum reipub. statum, quæ præmia p̄ijs ac  
iustis Deus solet reddere. Postquam autem ab-  
solutū fuerit templū, iusserit arcām in eo reponi,  
cateramq; sacram supellectilem, cuius recepta-  
culo iam pridem templū debuerat extensi, nisi  
patres mādatum Dei neglexissent: qui pracepe-  
rat, vt quamprimum hostilem terrā occupassent,  
templum illi exadificarent. Haec fuerunt Davidis  
adhortationes, tam ad filiū, quam ad principes.

X V. Pragauātē autem iam senio, & corpore per  
3. Reg. i etatē frigescente, alios factus est, vt ne inie-  
ctis quidem multis stragulis calefieret: cumq; ex  
communi medicorū consilio decretū esset, vt le-  
clissima è formosis totius regionis virginibus cū  
rege cubaret: hoc enim fore contra frigus reme-  
dū, fouente cum puella: iuventa est in urbe ma-  
jamina omnium eius aetatis pulcherrima, Abisace  
nomine, que cum rege cubitās, nihil aliud quam  
recalfactebat eum: iam enim pra senio ad vene-  
reas res elāguerat: sed de hac virgine paulo post.  
spicidet mentio. Ceterū quartus filius Davidis  
iuvenis pulcher & magnus, ex uxore Aegisthae  
enatus, nomine Adonias, Abesalomo quod ad  
ambitionem attinet similis, de occupando regno  
cogitare caput, & cum amicis egit. vt sibi prin-  
cipatum deferrent: paravitq; sibi cursus multos.  
& equas, & quinquaginta viros stipatores: id  
quod pater ridens, nec obiurgans, cum, nec com-  
pescuit,

pescuit, ac ne scitatus quidē est, quid sibi velle  
 talis apparatus. Adintores autem habebat Ado-  
 nias Ioabū imperatorē & pontificē Abiatharū.  
 Soli autē conatibus eius resistebāt, pontifex Sa-  
 docus & propheta Nathan, & Banaias prefe-  
 ctus satellitum, & Semeis Davidis amicus, &  
 manus fortissimorū. Porro Adonias paratis in  
 suburbano epulis, ad fontem qui est in hortis re-  
 gīs, & invitatis illuc omnibus fratribus exce-  
 ptō Solomone, assumpit secum & imperatorem  
 Ioabū & Abiatharū & principes tribus Iude.  
 Eos verò, qui pontificis & Nathani propheta,  
 & Banaia satellitū prefecti partium erant, ad  
 hoc coniuvium non vocauit. Hoc Solomonis ma-  
 tri Bethsabae propheta Nathā indicauit, Adonias  
 regnare insidente Dawide: suavitq; ut tam pro-  
 priæ salutis, quam filij regno consuleret: ingre-  
 faq; ad Danidē sola diceret ei: quod ipse quidem  
 iurasset post se regnaturum Solomonem, & in-  
 terim Adonias regnum occupasset. Hec loquentā  
 cum rege se quoq; superuēturū propheta pollici-  
 tus est, & verbi eius testē futurū. Paruit Beth-  
 sabae, & regē adiit. Quo adorato, impetrataq; dā-  
 cendi copia, omnia sicut propheta submonuerat  
 indicauit, exposuitq; ordine quē admodum Ado-  
 nias epulū adornauerit, & Abiatharū pōtificem  
 Ioabūq; principe exercitus vocauerit, & filios  
 regios absq; Solomone ac eius necessarijs amicis  
 addebat etiā, totū populū suspensum expectare,

quemam esset successore declaratus: ut cogitet  
rogans, quod se defuncto mori necesse esset tam  
ipsam quidam Solomonem filium. Adhuc ea loquente  
cubiculari, nuntiant Nathanem venisse ut regem  
viseret: statimque; admissus percontabatur, num ho-  
die regis declaret Adoniam, & principatum suum  
in illum transferat. Parato enim splendido con-  
vicio, vocatos ab eo filios eius omnes excepto  
Solomone, & prater hos Ioabum imperatore: hos  
omnes suauiter epulantes cum plausu & alacri-  
tate faustis acclamacionibus perpetuum imperium  
moni regi ominari. Sed neque me, neque, vocavit,  
neque Sadocum pontificem aut Banaiam satellitio  
meo praepossum: quare aquilae est ut ab omnibus  
scindatur, nam haec gerantur ex tua sententia. His  
auditis rex iubet accipi Bethsaben, excesserat  
enim cubiculo propriae veniente: qua introgres-  
sa: Intra, inquit, sibi maximum Deum, regnaturum  
tuum filium, ut iam ante invani, cumque; in folio  
meo scissorum, idque; hunc ipsa die. Ad que verba  
cum mulier adorato rege longam ei vitam esset  
precata, Sadocum accersit pontificem, & Banaiam  
profectum satellitum: quibus mox venientibus iubet  
ut assumpto Nethane propheta & cohorte re-  
gia, impositaque; filio ipsius Solomone in mulam  
regiam, extra urbem illum duderetur ad fontem  
qui vocatur Gion, inclinumque; sacro oleo regem  
declarare. hoc ausus munus Sadoco pontifici &  
Bashanii propheta iniunxit: mandauitque; ut en-  
seculo

nello per medianam urbem praesidente cubicione  
prosequentiū multitudo acclamaret, In aeternum  
Solomon rex in folio regio sedeat: ut notum fias  
vniuerso populo, regem cum à patre declaratū.  
Solomonis verò praecepta imperati dedit, ut iuste  
ac piè præstet sum Iude tribui, tum vniuerso He-  
braorū populo. Post hec Banias Dei Solomonis  
propitiū fieri precaveris, cū cateris sine mora eum  
in regiā mulam imponit, & deductio extravrbē  
ad fontē, alcoq; vñctum, rufsum in eam cū fastis  
acclamatoribus introduxit, ut multos an-  
nos in hoc principatu feliciter exigat: moxq;  
adductio in regiā in folio paterno collocare. Quo  
facto populus totus ad conuicia festinatatemq;  
animū adserit, choris & tibijs sese oblectans,  
ut præcōcenti instrumentorū terra simul ac aer  
resonaret. Ut verò has voces Adonias & eius  
coniuue audiuncre, vehementer sunt perturbati, &  
Ioadus insperator negavit sibi placere vel fan-  
tum illū vel tubā. Cuiq; nemo frueretur appon-  
itus, sed omnes cogitabūdi accumbrerēt, accurrit  
ad eos pōtificis Abiathari filium Iomathas: & cū  
Adonias libenter visum iumentum bonum nuntiū  
ominatus esset, ordine illis rem totam de Solo-  
mone & regis voluntatem exposuit: quo audito  
proripiunt se omnes è conuicio, & suam quisque  
domum diffugunt. Adonias autem verius ne  
rex factū eius inique animo ferret, supplex ad  
altare cōfagis, & hoc apprehenso se iucabatur.

Quod vbi ad Solomonem est perlatum, quodq; rogaret fidem sibi dari de obliuione huius iniuria, & securitate impunitatis: clemēter simul ac prudenter prateritis quidē errati veniam ei concessit, sed premonito vt caneret in posterū: alsoqui si amplius aliquid nouare deprehenderetur, ipsum sibi causam exitū futurum: misit deinde qui illū ex asylo educerent: qui cūm venisset, nō uonq; regem adorasset, insit eum domū suam abire nihil sollicitū, ac in relinquū curare, vt vir bonus sit, quandoquidē hoc ipsi maximē expeditat. David autē volens eū totius populi regem declarare, connocat principes Hierosolyma, vna cum sacerdotibus ac Leuitis, quibus recēsis inuenit eorum qui trigesimum annum excederent  
 XXXVII. millia: ex quibus designavit curatores adificij templi termille supra viginti millia: indices verò populi & scribas eorū sex millia: canitorum verò domus Dei quatuor millia, tantundemq; eorum qui hymnos Deo canerent & instrumentis musicis à Danide vt diximus in hoc præparatu rterentur. Hos denuo in cognatiōes: & separati à reliqua tribu sacerdotibus, vigintiquatuor eorū cognatiōes inuenit: ex Eleazaris familia sexdecim, ex Ithamari octo: instituitq; vt una cognatio ministraret Deo per dies octo, à sabbato usq; sabbatū: atq; ita fortificatio facta est omnium cognitionum in praesentia Daniellis, & Sadoci, ac Abiathari pontificum, & omnium

omniū principum: & cuius prima pars exiit, de-  
scripta est cognatio prima, & post hanc secun-  
da, deincepsq; vsq; vigesima quartā: qua quin-  
dem diuisio durat vsq; in hodiernū dī. Lewiticā  
quoq; tribum in partes vigintiquatuor diuisit:  
& sortitione facta, & illis quemadmodum sacer-  
dotibus ocloni ministerij dies obuenierūt. Preci-  
pius autem bonos Moysis posteris est habitus.  
Constituit enim eos custodes thesaurorum Dei,  
& donariorum qua reges solent dedicare. insi-  
tuitq; ut vniuersa Lewiticā tribus & sacerdo-  
tes per suas quisq; vices interdiu noctuq; circa  
cultum diuini numinis versarentur, sicut olim à  
Moysē prescriptum fuerat. Post hec totas copias  
in duodecim partes digessit, eiusq; tribunos, centu-  
riones & prefectos assignauit: continebat queq;  
pars millia vigintiquatuor: voluitq; ut singula  
singulis mēsibus stationē ageret circa regiā So-  
lomonis, rāta cum tribunis suis ac centurionibus:  
cuiq; suā duce prefecit, virū iustiā & spectata  
bonitatis. quin & thesauris & viciis & agri,  
corūq; cultoribus, & armēti cū suis paſtoribus  
prefectos attribuit, quos nominatim recensere  
necessē nō habeo. Postquā autē omnia sicut di-  
ximus ordinavit, aduocatis in cōcionē magistra-  
tibus Hebreorū & tribū principib⁹ & duci-  
bus quos singulis exercitus suis partitus propon-  
suerat, adiac omnibus qui negati⁹ & facul-  
tatis regijs praerant, è suggestu celsiore im-

hunc

banc modum multitudinē est allocutus: Fratres  
 & populares, notum vobis esse volo, quod cùm  
 voluissēm templū extirnere, muliū auri cum in-  
 vsum & argenti centū millia talentorum cōpa-  
 rauis: sed Deus ipse per prophetā Nathanei me-  
 retuit, eo quod bellū qua pro libertate vestra  
 gesti, dextram hostili cruore contaminauerim,  
 & filium nacum regniq; successorē templū sibi  
 insit exstruere. Nunc igitur quandoquidē scitis  
 quod etiam maiores nostri Iacobi filij cùm due-  
 decim essent, Iudas tamen consensu omniū prin-  
 cipatū obtinuit, & mihi cùm sex fratres essent,  
 posthabitus illis Deum ad me regnum detulisse,  
 nec eorū quenquam id factum nique talisse: ita  
 ego quoq; postula, ut Solemone imperiū conse-  
 nito, catorū mei filij nec cōtra illum, nec inter fa-  
 innicem sediciones agitare: sed scientes hunc di-  
 uinitus electum, libeter eius dominio sunt subie-  
 cti. Cūm enim aquilē sit si Deus ieredit vel ex-  
 ternos ferre dominos, quādo magis gracilis &  
 faveat fratri, non focus quādā eis fidem ho-  
 noris participes. Ego sācē nō habeo magis in votis  
 habeo, quādā ut promissiones Dei deducātur ad  
 effectum, & felicitas qua hauc regionē sub So-  
 lemone regno manet, quam priuam totam eam  
 occupet, & in perpetuū in ea dureat. Quod qui-  
 dem dubio procul ista futurum est, & omnia re-  
 clē euident si tu fili nō pietatis & iustitiae pa-  
 ceiarumq; legum custodem geras: alioquin si ha-

non seruentur, nihil nisi triste est expectandum.  
 Hoc sermone finito inspectantibus omnibus Se-  
 lomonis tēpli descriptionē ac formā dedit, in qua  
 fundamenta & celle tam inferiores quam supe-  
 riores, earumq; numerus & quātitas ac capa-  
 citas designabatur: tum quo pondere quoq; va-  
 sa tam aurea quam argentea fieri deberet pre-  
 finiuit, hortatusq; est eum ut summa diligentia  
 ad hoc opus induberet: simulq; principes & tri-  
 būm Ieritica, ut eum admīnarent, tum propter  
 etatē nondum sat naturans, tum quia diuinus  
 & ad regnū esset electus, & ad templum adi-  
 cāndam Quām quidem fabricū nequaquam fo-  
 re difficultem, preparata per se iam autē materia  
 multis auri talentis, plurimis item argenti, &  
 orribus fabrorumq; ac clementiorū multitudi-  
 nē, & smaragdīs alijsq; omnis generis gemmis.  
 Postremo nunc se in hanc vsum ex proprio fisco  
 erogare alia tria millia talentorū auri purissi-  
 mi, ad excornandū adytum & currum Dei che-  
 rubinos, quos oporteret supra arcā stare, eariq;  
 protegere. Postquam autē David finitū loquendū  
 fecit, secuta est magna uacritas principis &  
 sacerdotum, & tribus Ieritica, de suo quoq; con-  
 ferentib; & multa liberaliter ac magnificè pol-  
 licentib; obtulerūt enim se cōtributuros talento-  
 rum auri quinq; millia, & flateres decem mille  
 argenti verò centum millia, ferri quoq; talento-  
 rum multa millia: & si cui lapillus aliquis erat  
 pretio

pretiosus, afferebat & tradebat in thesauros reponendum: quorum cura praeponitus erat unus e Moysis posteris nomine Ialus. Eares magna voluntate affectat totū populu, & maxime David visa principū ac sacerdotū, reliquorūq; omnium promptitudine, elata voce. Deum laudavit, patrem ac conditorem huius universitatis appellans, fabricatoremq; rerum tam humanarum quam diuinarū, & praefidem ac gubernatorem generis Hebraeorum, eorumq; felicitatis & regni ab ipso sibi commissi. Post haec precatus omni populo bona omnia, priuatimq; filio mente bonam & instam, omniq; virtute preditam: insit ut populus quoq; Deo laudes persolveret. Illi vero prostrati humi Deum adoraverunt: versi deinde ad Dauidem, pro omnibus ei bonis, quae ipso regnante percepérant, gratias egerunt. Sequenti vero die sacrificia sunt instaurata, mille vitulis, mille arietibus, mille agnis in holocausta oblati, ad pacifica quoq; sacrificia multis millibus rēstimatorū mortuis: & tota ea die rex una cum omni populo festinitati operam dedit: Solomonīq; denuo est inunctus & legitimus rex declaratus: simulq; Sadocus p̄tifex totius multitudinis designatus. Ducto deinde in regiam Solomone, & in solio paterno collocato, ex ea die in postrum obedientes ei fuerunt.

Mors dauidis, & quantum filio ad struc-  
tare templi reliquerit.

C A P. X I I.

Pausa

**P**aulò autem post David accedēte ad senium x vii.  
morbo, videns iam instare sibi mordem, ac- 3. Reg. 2.  
cito Solomone sic illum est affatus: Ego, fili fato  
vocante ad patres meos abeo, & viam omnibus  
qui nunc sunt, quinque pōst erunt communem in-  
gredior: quara remetiri non licebit, ne quid in  
hac vita geratur reuiscere. Quapropter viuens  
adhuc & morti vicinus iterū atq; iterū te mon-  
neo qua & antè consului, ut iustus sis erga sub-  
ditos; & prius erga Deum qui te hoc regno co-  
bhonestauit: utq; custodias precepta eius & le-  
ges, quas nobis per Moysem demisit: & caue ne  
vel gratia, vel assentatione: aut cupiditate,  
aliamque affectione ad neglectum earum deflectas.  
Nequaquam enim Dei fauore poteris retinere,  
nisi seruatis eius legibus, aliqui suā prouiden-  
tiam à te auertet. Quod se talem te erga cum ex-  
hibueris, qualem dacet, & quale optamus, effi-  
cies ut regnū in familia nostra maneat, & nul-  
la vnguam alia domus prater nostram in He-  
breos dominationem obtineat. Memento etiam  
iniquitatis Iobii, qui propter emulationem duos  
duces iustos ac bonos interemit, Abenerum Nerū  
filium, & Amasam filium Iethranie: in eum tua  
arbitrari animaduertes, quandoquidem hacte-  
nus penā euasit, quod meipso esset potētior, Com-  
mendo tibi etiū Berzellei Galaditæ filios, quos  
mea causa omni honore ac studio prosequeris, nā  
conferēs in eos beneficium, sed referens, pro offi-  
cij

cūs qua pater illorum in me exulēm liberaliter congesit, & per qua nos sibi debitores effecit. Præterea Gera filiū Semeim Beniamitā, qui me pulsū multis affectit cōnitūs quādo Castrū perebam, moxq; ad Jordānē occurrentis fidē incolūmitatis tūc à me impetravit, nunc occasiōne rationabilē nachus punito. His mādatis filio de Repub. & amicis, & eis quos punitas volebat, exspiravit, exactis septuaginta vite annis, post quā regnasset apud Hebronē tribui Iude imperitans annos septem, & menses sex, Hierosolymis verò uniuersa regionis rex annos triginta tres, vir optimus, & omnibus virtutibus præditus, quas rege tot gentiū incolūmitati prōspiciente habere oportebat. Nam fortis erat ut nemo alius, & in certaminibus pro subiectorum tutela suscepit primus se périculis obiecibat, exemplo suo milieū ad præclara facinora excitans, & non tanquam dominus pro imperio ad officium cogens. Idem in consiliis prudentissimus, & egregie callens quid in præsens, quine in futurum conduceret: adhuc sobrius, mitis, benignus erga calamitosos, iustus, humanus, que quidem præcipua sunt regum virtutes. Nec in tanta potestate rūquam ab equitate deflexit nisi quod ad Vrie uxorem attinet. Tantas præterea dimitias heredi reliquit, quanta nullus alius rex vel Hebraorum vel aliorum gentium. Sepelinuit autē eum filius Solomon Hierosolymis magnificè, præter solemnia illa in regum

regum funeribus, in lati etiam in monumentum eius maximus diuinitus, quare magnitudine faciliter coiectare ex hoc quod dicens. Nam per nos M C C C. Hyrcanus pontifex oppugnat Antiocho, cognomine Pio, Demetry filio, volens pecuniam ei dare, ut abducto exercitu obsidione solueret, nec valens aliunde sumere, aperta cella monumenti Davidis, et prolatis inde tribus talentorum milibus, eorumque parte Antiocho numerata, oppugnationis periculo se exenit, sicut et alibi indicavimus. Ac rursum post multos annos clapsos Herodes rex alia cella aperta magnam pecuniam sustulit: ad loculos tamen qui regum cineres continent, menter eorum pervenit: singulari enim arte ita erant sub terrâ conditi, ut ab ingredientibus monumentum inueniri nequirent. Sed de his hactenus dixisse sufficit.

F L. I O S E P H I A N T I -  
Q V I T A T V M I V D A I -  
C A R V M, L I B E R  
O C T A V V S.

Quomodo Solomon regnum adeptus iniun-  
cos expulit.

C A P. I.

**D**E Danide igitur et eius virtute, p. Reg. 2 quantorumque bonorum sua gesti au- tor fuerit, et quantis bellis felici- ter gestis senio cofactus decesserit, in proximo volumine docimimus. Cacri postea-

I quam

quam Solomō eius filius, etate etiā tum iuuenis,  
 regnū adeptus ex sentētia patris & decreto di-  
 uinis in solio cōsedit, pōpulus qnidē totus  
 vō nōn regib⁹ solet, faustis acclamationibus  
 precātus est ei perpetuā rerū felicitatē, & post  
 regnū bene administratū diuturnā senectutem.  
 Adonias vērō qui etiā viuēte patre occupare co-  
 nat⁹ est regnū, accessit ad regis matrem, eamq;  
 blandē salutauit. Qua querēte nūquid venisset  
 quōd opera sua opus haberet; omniaq; benignè  
 pollicēte, orfus⁹ est dicere, ipsam quoq; nosse, quōd  
 tam etatis prærogatiua, quam populi cōsensu re-  
 gnū sibi deberetur: sed quoniā Deo visum sit id  
 trāsferte hū filiū eius Solomonē, se quoq; libēter  
 ferre illius dominationē, & cōtentū esse præsentī  
 conditione. Rogauit deinde vt apud fratrē pro-  
 se intercederet, eiq; persuaderet, vt bona eius pa-  
 ce liceat sibi ducere Abisacē cū patre cubare se-  
 litā. Esse enim adhuc virginē, quōd pater præfe-  
 nio congregā cum ea non valuisse. Bethsabe vē-  
 rō promisit operā suā in hoc negotio, & de hoc  
 coniugio bene eū sperare voluit, tum quōd rex  
 vlt̄o fratri gratificari cuperet, tñ quōd eo pre-  
 ees matris essent accessure: atq; ita plenū spe ho-  
 minem dimisit: moxq; ipsa ad filium properauit  
 colloquitura de eo quod Adonias petenti promis-  
 erat. Cui cūm rex occurritisset, cōplexuq; eam ex-  
 cepisset, deducta in cubiculum in quo tum erat  
 regia sella, sedet, iussitq; alterā matri à dextris  
 ponis

poni. Quia postquam confedit, Vnam, inquit, gratiam filii petenti mihi amue, neq; tuo renatu trifiorum facias. Respondit ille, iuberet quicquid vellet, pium enim esse, matri quidlibet concedere: nec oportuisse eam sic prefari, ac si negatur suspicaretur, sed certa impetrandi spem habere. Tum illa rogat, ut virginem Abisacen Adonie fratri nuptum tradat. At rex iratus dimisit matrem, dicens Adoniam maiora moliri, mirariq; se quod non eadē opera postularet, ut regnum ei tanquam natu grandiori cederet, quando Abisacae coniugium expetat, habens amicos potentes, Iobum imperatoriē copiarum & Abiatharum sacerdotem. Moxq; accito Banaia praefecto satellitem, mandauit ei ut Adoniam fratre interficeret. Vocato deinde Abiatharo sacerdote, Te, inquit, suppicio eximunt tuti alijs labores acti cū meo patre, tum illud praecepī, quod viua cum eo arcām translustri. Hec autem pena tibi erit Adonie partes sequito, ut neq; hic maneas, neque in conspectum meū venias: sed abi in patriā tuam, & illic ruri viue, atq; ibi usq; ad mortem dege, quandoquidē talia comisisti propter que indignus es ut honoribus fruari. Ob hanc itaq; causam ablatus est sacerdotalis honor à domo Ithamari, sicut Deus Eli predixerat aeo. Abiathari, & translatus est in genus Phineesii ad Sadocum. Ceterum eo tempore quo pontificatus in Ithamari domo fuit, post Elim primum ex ea

familia pontificē, ex Phineesū gente primatam  
ritā egerunt hi: filius Iosephus pontificis Boccias,  
cr. Iohannes Iochananus, Iochanni verā Marca-  
thas, cr. Marcellus Acaphenus, Acaphai Achite-  
bus, cuius fuit Sadocus, qui primus Davidē re-  
gnante pontifex est: creature. Perrō Iacobus impe-  
rator condita noce Adonie, valde extinxit: eius  
enim amicitiam magis quam regis coluerat, &  
ideo non imberbita male suspicans ad alacare con-  
fugit, impunitatem se inde queficium existi-  
matus, propter notā regis erga Deum pietatem.  
Qui posteaquā de Iacobō reuictatiū est, misit  
Baraiam qui cibaret eum ad suū tribunal can-  
sam dicturā. Iacobus autē negabat se fassū relī-  
cturū, sed ibi potius quam aliās moriturū. Hoc  
eius responso per Baraiam accepto, rex iufit, ut  
inibi caput eius ita ut vellet ad fiducia restet, &  
hanc paenam lueret pro duobus imperatoribus,  
quos cōtra amne fas ac nefas peremperat. Corpus  
verā sepeliri, ut peccata eius apud posteros me-  
noverent, ipse vero ac patet innocentes effecit quod  
ad Iobi mortē attinet. Baraias vero exsequi-  
tus recandatū, ipse in imperio copiorū ei success-  
it. Post hec abrogata Abiatharo pontificatu, rex  
filiū Sadocū id sacerdotiū ab iniure rediit. Semper  
et inde impetravit, doma Hierosolymis exstruxit a  
imbi apud fernanere, interdicitā cedronis terrae-  
tu transiit: aut si secus fecerit esse capite mul-  
titudinē met eōgentis intermissione, interiūda  
homē.

hominē ad id mandatū seruandū adegit. Semel  
 verò professus sibi gracissimū hoc regiū manda-  
 tum, & iratus factū se imperata, patria re-  
 licta Hierosolymis domicilium habuit. Triennio  
 dein exacto, cū audisset duos fugitiuos suos apud  
 Cittam agere, retracturus eos illuc proficiscitur.  
 Rex autē posteaquā intellectus est vna cū illis re-  
 uersum, agrē tuit nō præscriptū modo suū con-  
 temptum habitū, sed sacramentū etiā Dei viola-  
 tū: atq; mox, Nōnne tu, inquit, iurasti te nū-  
 quam me derelicturū, neq; ex hac urbe in diā  
 cōmeaturū? non euades peñā perjurū, vir pessi-  
 me, sed lues etiā illa qua olim per petulantia in  
 patrē meū eieclū es debachatus: ut scias quid  
 nihil lacrētur noctētes, etiā si nō statim post pec-  
 catū puniātur, sed per omne dēpus quo propter  
 impunitatē securi sibi vidētur, crescit illorū pe-  
 na quam iamdudū sunt promeriti: atq; ita Se-  
 meim iussu regis Banaias interfecit. Solomons I I.  
 autē sublati iam inimici, regnoq; constabilito, 3. Reg. 3  
 Pharaonis Aegyptiorū regis filiā duxit uxorem:  
 instauratisq; Hierosolymoran monibes maiori-  
 bus multo & manitioribus, in trāquilissima pa-  
 ce R. empublicā deinde administravit, nihil im-  
 peditus inueniētate, quo minus vel iustitia ca-  
 leret, & leges custodiret, vel mādata, qua à pa-  
 tre morituro acceperat, ex sequeretur: sed nō se-  
 cas ac si grādis natu esset, maturaq; iam prudē-  
 tia, omnibus rebus diligētissimè prospiciebat.

De sapientia Solomonis & prudentia & diuitiis,  
quodque primus Hierosolymis templum aedi-  
ficauit.

CAP. II.

**V**Isum est autem ei Hebronē petere, & su-  
per altare aereum à Moyse fabricatum sa-  
crificare, mille victimarum holocaustatis ca-  
lesti numini oblatis: qui honor Deo fuit acce-  
ptissimus: illa ipsa enim nocte cum in somnis ei  
conspiciendū se prabuisset, iussit eum postulare  
quicquid donorū pro hac pietate repēdi sibi cu-  
peret: Solomon verò pulcherrimum quiddam ac  
maximum petiit, quod & Deus libentissimè lar-  
gitur, & homini est utilissimum. Non enim au-  
rum, aut argentum, aut alias id genus diuitias,  
ut homo iuuenis petiit: nam hæc sola vulgo ho-  
minum videntur expetēda, hæc sola diuina mu-  
nificentia digna. Sed da mibi, inquit domina  
mentem sanam, & intellectum bonū, ut his ac-  
ceptis populum hunc verè ac iustè indicare va-  
leam. Hac postulatione delectatus Deus, pollici-  
tus est se etiam alia qua non petierat, additū  
rum diuitias & gloriā: sed ante omnia tale in-  
tellectū ac sapientiā, qualem antehac nemo ha-  
buerit, vel regū, vel priuatorū. Adhac conser-  
naturū regnū in eius familia p multas atates,  
modò iustus esse pergit, Deoq; per omnia parere  
et paternis vestigijs incedere, picipias eius vir-  
tutes imitando. His diuinitas auditis Solomon è  
stratis se proripit, & adorato Deo Hierosolyma  
est rever-

est reuersus: & mactatis ante tabernaculū plurimis victimis, epulū omnibus suis exhibuit. Per eosdem dies iudicium ad eum delatū est arduū, cuius exitum inuenire fuit difficile. Rem autē cōtrouersam de qua lis erat necessarium duxi indicare, ut qui hac legent difficultatem decernerē intelligant, & si quando tale quipiam inciderit ad exēplar solertia regia difficultatē disquirandi sibi comparent. Due mulieres questus meretricū venerūt ad eum, quarū altera que in iuriam pati ridebatur, sic est exorsa: Ego, Rex, & mulier hac habitamus in eodem cubiculo: accidit autē ut amba eadē die, eadēq; hora infantes masculos pareremus: post tridū ista iuxta cubantem suum infante per somnū oppresſit, & sublatō ē meo gremio infante meo, mortuum illum dormienti mili in sinum imposuit: illucescente die mammam prabere volens infantī, mēū non inueni, sed istius mortuū vidi iuxta me iacentē, id quod certissimis indicijs deprehendi: & quia repentes meum filium nihil profeci, ad tuum auxilium domine confugi: nā quia propter solitudinē nemo est qui coarguat, pertinaci ter quod mēū est abnegat. Tum rex interrogat alteram, caquid habeat quod accusationi huius opponat. Illa negante se hoc fecisse, & assenerat te suū esse superstite infantē, alterius verò mortuū: nemineq; inueniente quid decerni posset, sed omnibus ut in re obscurissima cacutētibus, solua-

Rex tale quidam excogitauit. In suis afferri fantasibus, tam viuo quam mortuo, vocat quandam e satellitibus, imperatque ut stricto gladio puerum retrumque fecerit in duas partes, quod utraque dimidium accipiat tam viui quam mortui. Haec sententiam totus populus tacite dabanabat ut puerum: sed interim cum vera mater exclamasset, non ita faciliendum, sed potius alteri addicendum infantem: sibi enim sat esset si vitium videat etiam si dienus existimetur: alacra vero parata esset, ex alieno dolore crudelis voluptatem capere: animaduertens rex has postremas voces non fingi, ei qua exclamaverat infantem adiudicauit, quod haec re vera mater esset: alterius vero malitians damnavit, quod et suum perdidisset, et amica infantem perdere conaretur. Vixum est hoc populo insigne argumentum regia prudentia simul et sapientiae, et ex illa die non fecerit quam diuina me-

3. Reg. 4 te pradito obtemperabant. In tota autem sua distione prefectos et duces habuit hos: Toparchie Bethleemus, que sorte Ephraimi complectebatur, praerat Vres. Ea vero in qua Dora sunt et religio maritima, parbat Aminadabo Solomonis genero. Magnus campus erat sub Banasa filio Achili, cuius prefectura contributa erat, et ea regio qua usque Iordanem pertinet. Galaditicam et Gaulaniticam usque montem Libani, urbesque in eis secegint magnas ac bone munitas Gerbaris administrabat. Achinadibus Galilee toti.

Sidon

Sidonem & que praeerat, habens ex ipse in ma-  
trimonio Solomonis filii nomine Basimam, Ma-  
ritimum vero que est circa Arca Banacates  
obtinebat: Saphates Itabyrium motem & Car-  
melum, totamq; inferiorē Galileam. Subea Ben-  
iamitica ditio fuit commissa. Tabares regionem  
trans Iordanem sitam sub se habuit: ex rursum  
his omnibus unus praeerat princeps. Mirandum  
autem in modum per id tempus aucta sunt res  
Hebraeorum, ex tribu Iuda, populo ad agrorum  
colendorum studium conuerso. Pace enim potiti,  
& nullis bellicis tumultibus distracti, ad huc  
optatissima libertate aside perfruentes, in hoc  
potissimum erat intenti, ut suas quisq; facultates  
augeret, ex maioris precij faceret. Erat prater-  
e regi aliq; perfecti, qui Syrorū easterorūq; bar-  
barorum Euphratē inter & Aegyptum incolen-  
tium gubernabant regiones, tributa ex eis colli-  
gendo. Hi barbari cōferebant in quotidianos re-  
gia mēsa sumptus simila coros triginta, farine  
sexaginta, saginatos bones decem, ex pascuales  
viginti, ex saginatos agnos centum. prater ca-  
pitas venationum, que constabant cervis ac  
bovibus, praterq; aves ex pīstes. Tācam etiam  
currunt multitudinē habebat, ut quadraginta  
millia praesepium numerarentur, in quibus equi  
ingates alabantur: ex absq; his equitatus ei fuit  
duodecim millium, quartā media pars Hierosolymis  
circa regē versabatur, reliqui vero sparsum.

per villas regias degebant: & qui regijs impensis  
praerat, idem etiam equis necessaria suppedita-  
bat, eò conuehendo rbiq; rex habitaret. Tāta  
autē fuit sapientia & prudentia, quā Solomon  
diuinitus acceperat, ut omnes priscos superaret,  
atq; etiam Aegyptios, qui omnium sapiētissimi  
habentur, longe post se relinquēret. praecelebat  
etia eos qui per idem tēpus in maxima opinione  
sapientia fuerunt apud Hebraeos, quorum nomi-  
na non tacebo. Fuerunt autem hi: Athanasius, Ae-  
manus, Chalceus, Dodanus, filij Hemaonius. Com-  
posuit etia libros Odarum & Carminum quin-  
que supra mille, & parabolarum ac similitudi-  
num libros ter mille: cuiilibet enim speciei plan-  
tarum suam adhibuit parabolam, ab Irysopo usq;  
que cedrum: idem fecit de pecoribus & ceteris  
terrestribus animalibus, natatibusq; & qua-  
per aerem feruntur: nullius enim horum naturā  
ignorauit, aut inscrutatam reliquit; sed circa o-  
mnes philosophatus est, & scientiam proprieta-  
tum earum summam p̄scit tulit. Quin & eam  
rem diuinitus consecutus est ad utilitatem &  
medelam hominum, que aduersus demones est  
efficax. Incātationes enim cōposuit, quibus mor-  
bi pelluntur: & cōjurationis modos scriptos reli-  
quit, quibus cadētes demones ita fugātur, ut in  
posteriū nūquām reuerti audēat: atq; hoc san-  
tionis genus nūc usq; plurimum apud nostrates  
pollet. Vidi enim ex popularibus meis quendam

Eleazar.

Elezarus, in praesentia Vespasiani & filiorum & tribunorum reliquorumq; militū, multos arreptitos percurrēt. Modus verò curationis erat hinc: Adnoto naribus demoniaci anulo, sub cuius sigillo inclusa erat radicis species à Solomone indicate, ad eius olfatum per nasum extracta- tur demonium: & collapso mox homine, adiura bat id ne amplius rediret, Solomonis interim mē- tione faciens, & incantationes ab illo inventas recitans. Volens dein Eleazarus his qui aderant ostendere sua artis efficaciam, non longe inde po- nebat poculum aut polubrū aqua plenū impera- batq; demonio hominē exenti ut his subuersis signū daret spectantibus quòd reliquisset homi- nem: quo facto nemini dubiū erat quāta fuisse Solomonis scientia & sapientia: quamobrem libuit hoc quoq; narrare, ut omnibus nota sit exi- mia regis huīus natura, quamq; charus deo fue- rit, & in omni genere virtutum excellētissimus.

Porro Tyrriorū rex Iromus audito quòd Solomō 3. Reg. 3 patri in regnē successisset, vchementer est gaudi- sus: nā Davidis amicus fuerat, & p legatos fa- lustato gratulatus est praesentem felicitatem: per quos Solomō scripsit ad eū in hunc ferè modum.

Solomon Iromo regi. Scito patrem meum cum voluisset adificare tēplū Deo, bellis assiduis im- peditum: neq; enim prius à subiugandis hostib; destitit, quā omnes sibi tributarios redderet. Ego verò gratias habeo pro pace qua nunc fruimur, & praf-

ex prefenti otio decreui uti ad destruendum  
 celesti numini domicilium, id enim a me fa-  
 bricandum, iam ante patri meo Deo predixit:  
 quonobrem rogo, ut aliquos una cum meis mis-  
 sas in montem Libanum ad materiem ceden-  
 dam: quandoquidem hanc artem Sidonij melius  
 callent quam nostrates: mercede autem quanta  
 huic modi operariis persoluenda sit, ecce arbitrum  
 facio. Eam epistolam Iromus libenter legit. Se-  
 lomoniq; in hunc modum rescripsit. Rex Iromae  
 regis Solomoni. Gratia Deo quod tibi paternum  
 principatus tradidit, viro sapienti ex omni vir-  
 ensum genere praedito. Quare cum nihil mihi gra-  
 tias accidere potuerit, voluntati tuae libes obse-  
 quar. Excisis enim multis ex magnis trabibus  
 cedronis atq; cyparissinis, p moes ad mare dedu-  
 cendas curabo: eosdemq; imbebo ut compactis ra-  
 tribus ad quemcunq; volueris tue regionis locum  
 eas appellat, unde post per euos Hierosolyma de-  
 portenetur. Tu vero haec nobis gratiam repones,  
 ut exportandi ad nos frumenti potestate facias,  
 quo ripote insulares maxime indigemus. Ha-  
 rum literarum exemplaria hodieq; ducant, tam  
 in nostris quam Tyriorum annalibus: ex si cui  
 libuerit haec certius cognoscere, impetrata a pu-  
 blicorum commentariorum conservatoribus risenda  
 copia, comperiet eorum scripta consonare cum his  
 que a nobis produntur. Quod ideo admonuit, ut  
 qui hac legunt, sciens nos nihil teris affingere.  
 neg;

neq; verisimilia quedam et ad delectationē accommoda narrationi nostra interferere, atq; deinde postulare, ut lector nihil amplius disquirēdo fidē nobis habeat: quādoquidem in hac commentatione à decoro discedere absq; nefario felle non licet: qua propter non recusamus quin scripta nostra rejiciantur, nisi talia sunt ut eorum veritas validissimus argumentus approbari possit. Ceterū Solomō rex acceptis regis Tyriorū literis, & facilitatē eius & benivolentiam collaudauit. & insuper quibus ipsum cupere intellexit, pramijs eum est remuneratus, frumenti annuos bis mille coros mittēdo, & tatiidē olei brasdos: badus autem capie sextarios LXXII. parrem quoq; vīni modū illi exhibuit. Et ab his iniūijs amicitia regum horum exorta, maiorib[us]q; incremētis aucta, in tantō adolemis, ut in perpetuam firma durauerit. Solomon autem à populo suo millia XX. operariorum exegit, prudenter inter eos operas partitus, quā minus labor sentiretur. Decem enim millia iussit in Libano syluanam per mensēm integrum cadere, ac daudē per diuos alias dami interquiescere, dum reliqua vi- ginti milia suum opus absoluunt, ita ut quarto decimum mensē labor ad primos illos decies mille redret. His omnibus Adoramus est præparatus. Præter hoc erāt in opere iniquissimi illi quos David cù destinaverat, conuectores sacerdotum cœtereq; materia LXXII M, & clementarū LXXXI M.  
magist

magistriq; horum ter mille &c c. eis mandatū fuerat ut saxa praegrandia exciderent in usum fundamentorum templi, eaq; in monte prius in quadrum dedolata, ita demum in urbem conuenienterent: idq; non modo indigenis, sed & missis ab

I I I. Iromo opificibus erat iniunctum. Exorsusq;

3. Reg. 6 est Solomon fabricam hanc anno regni sui quarto, secundo mense, quem Macedones artemisium vocat, Iar verò Hebrai, annis D XC. duabus post quam Israëlite ex Aegypto excesserant: mille & x x. annis post Abramini ex Mesopotamia regione in Chananaam migrationem: post diluvium verò annis M C C C C X L. quod si ab Adamo creato usq; templi edificationem tēporum ratio subducatur, cōperiētur anni M M M C I I. Initium verò fabricādi tēpli in annū undecimum regni Iromi incidit, apud Tyrū regnans, quæ condita est C C x L annis antequā templum extrueretur. Iecit igitur rex in altissimā terra profunditatem fundamenta templi e saxis validissimis, quæ contra omnem temporum iniuria resistere possent, ita ut cum cōtigua terra coalita solum ac firmamentum imponendis substitutionibus praberent, & propter inconcussam soliditatem facile molem adificij cum paratu ornamentorum sumptuosissimo perferrent, nō minorem admirationem habitura, quam quæ superne ad amplitudinem, pulchritudinem & magnificētiā operis per artifices elaborata sint: exstrux

exstruxerantq; illud vsq; lacunar ex albo lapi-  
 de. Huius adificij altitudo fuit cubitorum sexaginta,  
 & totidem longitudo, latitudo vero virginis.  
 Super hoc autem erat aliud adificium pari  
 mensura, ita ut tota altitudo templi centum vi-  
 ginta cubitis constaret. versus autem erat ad  
 Orientem. Et porticus in aditu eius erat viginti  
 cubitorum longitudinis, juxta mensuram latitu-  
 dinis templi, lata cubitos decem, surgens in altum  
 cubitis centum viginti. In circuitu deinde templi  
 construxit triginta cellas, quae inter se constipa-  
 te externe parietes templi fulciebant. eratq; in-  
 ter se peruvia, & patebant singulae in longum vi-  
 gintiquinq; cubitos, ac totidem in latum, & vi-  
 ginti cubitis attollebantur. Super has alia series  
 cellarum erat exstructa, super quam rursus aliae,  
 omnes inter se numero & amplitudine pares, ita  
 ut coiunctae inferius adificium aquarent altitu-  
 dine. Nam superius non erat circumadificatum.  
 fuerunt autem omnia cedro coniecta. Et celle  
 quidem suum quaque tectum habebant, non pro-  
 ximo contiguum: reliquum ex longissimi trabili-  
 bus erat consertum, ad utrumque latus pertingebi-  
 tibus, ita ut ipsi parietes hoc pacto confubilati  
 firmiores redderent. His trabibus subnexa erat  
 laquearia politissima, calaturis & bracteis au-  
 reis ornata. Parietes etiam cedrinis tabulis ab-  
 quo illis erant incrustati, ita ut omnia renide-  
 rent auro, & intrantium oculos fulgor undique  
 occur

occurrens perstringeret. Tota verò structura ex lapidibus polti simis constabat, ita ad anguem inter se quadrantibus, & commissuris oculos fallentibus, ut intuentibus nullum risquam mallei aut curuilibet fabrilis instrumenti vestigium appareret, sed connata potius omnia quam arte congesta viderentur. Porro ascensum in superiore templi partem sic commentus est rex, ut cohleam in hunc usum crassitudini parietis includeret. Hec enim pars non habebat oriente magnam ianuam ut inferior, sed à lateribus interāt parua hostiola: nec parum ad firmitatem conferabant tabulae cedrinae se insicem complectentes, & crassis catenis inter se constrictae. Divisio deinde in duas partes fano, penetrante eius viginti cubitorum nullo fecit accessibile, reliquum quadrageinta cubitorum spaciū in usum sacerdotum consecravit: & in pariete adytum à reliquo corpore separante fores apposuit cedrinas, has quoq; calatas & inauratas. eas praetexuit volu picturatisimis, hyacintho, purpura, ecco, byssaq; splendidissimo ac mollissimo distinctis. Post haec in adyto viginti cubitos quaque uersum patens dedicauit duos cherubinos ex auro solidio, utrumq; quinque cubitorum altitudine. Alterque duae alas habebat ad quinque cubitos protensa quapropter non longo seruictos interuerso statuit, ut una ala australē parietē attingeret, altera septentrionalē: reliqua duæ se se continerent.

contingentes in medio si tam arcum protegeret.

Haec cherubicae effigies quānam specie fuerint,  
nemo vel conūcere potest vel eloqui. Pavimentū  
etīā templi constrauit laminis aureis. Ianua de-  
num fores altitudini parietis pro portione cōne-  
nientes addidit, latas cubitos viginti, & auro  
illatas. Atq; ut cōpēdio dicā, nihil tā intus quām  
foris omisit, quod non inauraret. Oppanum est  
praterea aulaum & huic ianua, simile illi quod  
interior ianua habuit. Caterūm porticus nihil  
tale habebat. Post hec Solomon accersiuit Tyro 3. Reg. 7  
ab Iromo artificem nomine Chiramum, filium mu-  
lieris Nephthalitidis, patre Tyrio ab Israēlitis  
oriundo, operarium insigne in quavis materia,  
sed precipue in auro & argento ac are. Huius  
opera r̄sus est in omnibus qua artificiose in tem-  
plo fieri voluit. Is fecit duas columnas aeras cras-  
situdine quatuor digitorum, altas decē & octo  
cubitos, quarū circumferentia duodecim cubitos  
complectebatur: his imposita erant capitella fu-  
silia liliata proceritate quinq; cubitorū, quibus  
circundata erant retiacula area qua operiebant  
lilia, dependebantq; inde duas series malorū pu-  
nicorum ducentorum numero. Has columnas po-  
pul in aditu vestibuli, alteram à dextris nomi-  
natam iachin, alteram à sinistris nominatam  
box. Fecit etiam vas aheneum fusile semiorbis  
specie, quod propter capacitatem appellatum est  
mare. Erat enim labrum patens per dimeten-

tem lineam in cubitos decem, et a longitudine palmarum, ejus meditullium sustinebatur spira decies replicata, cuius dimetiens linea fuit cubitalis. Id labrum circumstabat duodecim iuueni ad traclus quatuor ventorum obuersi terti, quorum postica subsidebant ut eis orbiculare illud vas inumberet, in medio sui depresso. Capiebat autem hoc mare caniorum tria millia. Fecit praefera laborum decem bases areas quadrangulas: basum quoque; longitudine fuit cubitorum quinque, latitudine quatuor, altitudine trium: huius operis partes seorsim fabricatae sic compingebantur. Quatuor erant columnelle per totidem angulos dispositae quadrangulae, quibus latera basium vtrinque inserabantur: erant autem haec tripertita, et inter iuncturas calaturis distincta, alibi leonis effigie, tauri alibi aut aquila. Columnelle quoque; eisdem calaturis erant ornatae. Totum verum opus quatuor rotis suspendebatur, quae fusiles erant, habebantque; modiolos et radios, sesquicubitali inter utramque; extremitate interuale eratque; mirum videre rotarum circumferentias, quomodo lateribus basium coaptata canis suis infestebant. Angulos autem superne continebant fusiles humeruli manuum extensarum: his impositae erat spira, cui labrum inserebatur, ita ut manibus sustineri videretur: qua parte effigies leonum et aquilarum sic erant adaptatae, ut conuatas putares, interuenientibus inter eas palmarum

marum arbusculis. Atq; hæc fuit decem basim  
structura. Deinde ex eodem ære fecit decem la-  
bra rotunda conchæ specie, quorum quodq; capie-  
bat cōgios quadragesita: erat enim altitudo qua-  
tuor cubitorum, & tantundem spatij patet at  
inter margines. Ea labra decem illis basibus im-  
posuit, quas mechenoth sua lingua appellabant:  
borum quinque ad sinistrum latus templi se-  
ptentrionale collocavit: totidem ad dextrum au-  
strale, ita ut orientem spectarent, quo loco etiā  
mare illud dedicauit. Omnibus deinde aqua re-  
pletis, mare quidem in eum usum assignauit, ut  
inde sacerdotes templum ingredientes manus ac  
pedes abluerent, ad altare ascensuri: labra autē  
ut eorum aqua purgarentur intestina ac pedes  
aumantium ad holocausta dēstinatorū. Fa-  
bricauit etiam altare æreum viginti cubitorum  
longitudine, totidem latitudine, altitudine dece,  
in quo holocausta incenderentur. Fecit item  
vasa eius ex ære omnia, lebetes & amulas, te-  
nacula & harpagones, & reliqua, auri fulgorē  
referentia. Mensas quoq; multas dedicauit rex,  
& in his viam magnam auream, ~~pro~~qua propo-  
nebantur sacri panes: reliqua nonnulla dete-  
riores diverso modo factæ sustinebantur. Iles  
& pateras, aureas vigesies mille, argenteas  
quadragesita mille, laborum item fecit  
decem millia iuxta pie Moysus: ex qui-  
bus vnu in templo dedicauit, ut interdum luceret

juxta legē: & mensam vñā impositos panes ha-  
bentem, sitā ad septentrionale tēpli latus ex ad-  
uerso candelabri: id enim ad australe latus col-  
locaverat: mediū autē intervtrung; locū obtine-  
bat altare illud aureum. Hac omnia continebat  
anterior illa tēpli pars quadraginta cubitos lon-  
ga, & vello dissipata ab adyto: illō enim arca  
erat inferenda. Cantharorū autem vinariorum  
octuaginta millia rex cōparauit, & phialarum  
aurarū millia decem, argentearum verò alterū  
cantum. Lancium item aurarum, ad offerendā  
in eis simulam macebat am ad altare, octuagin-  
ta millia, duplum verò argentearum. Cratera-  
rum quoque in quibus simulam oleo subigebant,  
sexaginta millia aurearum, & alterū tantum  
argentearum. Mensurarum verò quales Moyssi  
bin vocātur, & assaron, aurarū erant viginti  
millia, & duplicatus numerus argentearū. Acer-  
ra quoq; aurea quibus odoramenta in templum  
inferri solent, erant numero viginti millia: &  
alia, quibus deferebatur ignis à magno altari  
in paruum intra templum situm, quinquaginta  
millia. Parata erant & sacerdotales vestes in  
vsum pontificiū, annumeratis talarium & epo-  
midylis atq; logio cum suis gemmis in viuer-  
sum mille. Corona verò in qua Moyses Dei no-  
mén inscripsit, vñica fuit, & vsq; in hodiernum  
perimāsit. Stolas autem sacerdotales è bysso fieri  
curauit, cum doctes mille zonis purpureis, & tu-  
barum

barū quales Moyses prescripsit C C M. Itē alias  
 stolas byssinas Leuitis hymnorū cantoribus, nu-  
 mero ducēta millia. Instrumētorū præterea mu-  
 sīcorū, que naula & cimyra vocātur, in r̄sum  
 hymmodiarum ex electro confecit quadringenta  
 millia. Qua omnia Solomon ad honorē Dei ma-  
 gnificè parauit, nullis parcens sumptibus: sed  
 omni liberalitate vsus hac in thesauris Dei con-  
 didit. Circumdedit deinde tēplo septū quoddam  
 trium cubitorum altitudine, quod nostra lingua  
 gison vocamus, exclusurū profanā multitudinē,  
 & solos sacerdotes admisurum. Extra hoc se-  
 ptum erat fanū, porticibus magnis ac latis cin-  
 etum, & portis altis patens, quarū singula sin-  
 gulos vētos spectabant, & foribus auratis clas-  
 debantur: in hoc fanū cuilibet ē populo, puro mo-  
 dō ac caſto, & præscriptorum legis obſeruantī,  
 accessus patebat. Dici autem non potest, ac vix  
 etiā oculis credi, quām mirandū fuerit illud ex-  
 terius fanū: vallisbus enim expletis, tam profun-  
 diis, vt ad prospectum oculi caligarent & agge-  
 sta ad quadringentos cubitos terra, eam vertice  
 montis in quo templū exstructum est aquatis:  
 atq; hoc modo factum est vt area fani cum solo  
 tēpli aquaretur: hanc cinxit duplicibus portici-  
 bus, quas colūna à nativo saxo ſuſtentabant, &  
 laquearia cedro expolita tegebant. Fores vērd  
 habebant omnes ex argento fabricatas. His 1111  
 tam magnis ac pulchris operibus & donarijs fe- 3. Reg. 8

ptemio perfectis, non ad opulentia modò, sed celeritatis ostentationem: qua enim etatem integrum hominis poscere videbantur, tam breui se ad magnitudinem conferatur tempore erant absoluta: Solomon rex per literas iussit magistratus ac seniores Hebraeorum totū populum Hierosolyma congregare, ad spectandum templum, & ad transferendam illuc arcam Deo sacratam denum iataq; omnibus profectioне Hierosolymitana, septimo demum mense conuenerunt, qui nostra tribus est thuri, Macedonibus hyperberetans: inciditq; in idem tempus scenopedia, festum apud Hebreos sanctissimum & maximum. Tollentes igitur arcam, & tabernaculum quod Moyses construxerat, & omnia rasa ad ministerium sacrificiorum Dei parata, transportauerunt in templum: accesseruntq; illo cum victimis tam reo quam uniuersus populus ac Leuita libaminibus & multo hostiarum sanguine viam perfundentes, & infinitam vim odoramentorum adolescentes, ut circumquaq; totus aer suavitate repletus etiam longè remotis sentiretur, constanti omnium opinione, aduentare Deum ad inhabitandum recens exstructum ac dedicatum sibi locum: nam neque hymnos canentibus, neq; cloreas ducentibus, fastudo est oborta, dum ad templum peruenient: atque in hunc modum arca est translata. Cum vero ians in adytum inferri deberet, reliqua quidē multitudo abscessit, soli vero baimantes sacerdotes

ates inter duos cherubinos eam deposuerunt: quae effigies coniunctis alarum extremitatibus (sic enim artifex eas fecerat) arcā velut sub umbella aut tholo protexerunt: continet at hæc nihil aliud quam duas tabulas lapideas, quæ decem præcepta, Dei ore in monte Sina prodita, insculpta eis conservabane. Candelabrum autē ex mensam ex altare aureum statuerunt in templo ante adytū, eisdē locis in quibus in tabernaculo præsita fuerant: ubi quotidianas hostias offerebāt. Caterūm altare æreum pro foribus templi est possum, ut apertis illis in cōspectu esset sacrificiorum magnificentia, reliquum verā vasorum instrumentū omne in unum congregatum, intra templum est reposuit. Postquam autē omnibus quæ ad arcā attingebant rite peractis sacerdotes sanctuarium exiuerunt, repente glotus nebula, non asper, nec qualis hiberno tempore granidus pluvia condensatur, sed diffusus ac tēperatus in templum influxit: et primo sacerdotū visum ut vix se in vicem cernerent obscurauit, deinde in omnibus eam cogitationem excitauit, quod Deus in templum descendens, præsens ac libens hoc domiciliū sibi optaret. His talia volentibus animo, rex qui tum forte sedebat, assurrexit: verbisq; ex se ex Deo dignis caeleste numen est allocutus. Tu quidem, inquit, sempiternam dominum habes domine, nec ignoramus te tibi ipsi hanc universi mollem condidisse, quæ calo, aere, terra ex-

tuari constat, quām totam implet, nec tamen ab  
 ea caperis: hoc verò tēplū ideo tuo nominis ador-  
 uimus, ut in hoc sacrificijs ac precibus in ca-  
 lum missis tibi propitio litaremus, certò persuasi  
 quod & huic ades, & nusquam interim abes.  
 Cām enim omnia videoas, audias omnia, nihil  
 obstat hac ades quo minus ubique te dignus  
 est habites, à nemine alienus, & omnibus pro-  
 ximis, præcipue his, qui te desiderat nocte dñe,  
 præsens ac propitious. His vocibus Deum, preca-  
 tus vertit orationem ad populum, docens eos de  
 potentia Dei famul & prouidentia. Hanc Davi-  
 di suo patri futura, quaq; iam euenerint, quaq;  
 eventura sunt prædictissime: hunc ipsi nondum na-  
 zo nomen imposuisse, quo vocandus esset: quodq;  
 paterni regni successor templum ei edificaturus  
 esset prænuntiisse. Ergo cū raticinium magna  
 ex parte eventu sit comprobatum, debere eos Deo  
 laudes offerre cum gratiarum actione, & de  
 præmissionibus futura felicitatio nihil dubitare,  
 quibus iam nunc fidem adstrui conspicerent. His  
 affatus multitudinem rex, ruxfus ad templum  
 versie oculos, & extensa ad multiitudinē dex-  
 terā: Operibus quidē, inquit, impossibile est ho-  
 minibus gratiam Deo pro acceptis beneficijs red-  
 dexe. Nullus enim res diuinum numen indiget,  
 nimirū maius quām cui tales retributio[n]es con-  
 ueniant: sed hoc mo[do] quo nos ceteris animanti-  
 bus præstantiores voluisti, laudare nos maie-  
 statem

statē tuā decet, & pro his quibus familiā meā  
 atq; Hebraorū populum dignatus es, necesse est  
 gratias agere. Quia enim re magis vel parū pro-  
 pitius placandus, vel in favore es retinēdus, quā  
 voce? quām ex aère haurimus, & per hunc rur-  
 sum ascendere nonimus. Quapropter gratias  
 tibi ago, primum quod patrem meum ex obscurō  
 loco ad tantam gloriam euexisti: deinde quod  
 mihi ipsi in presentem diem omnia quacunque  
 promiseras præstidisti: precorq; ut in posterum  
 largiaruſ qua Deus hominibus caris largiri po-  
 test, & familiam nostram in sempiternum au-  
 geras, quemadmodū patri meo & viuo & mor-  
 tuo es pollicitus, quod apud nos regnum sit per-  
 mansurum, & per innumerās successiones pro-  
 pagandum. Haec igitur nobis concede, similq;  
 meis omnibus virtutē qua potissimā delectaris.  
 Adhac supplex oro, ut aliquid de tuo spiritu ad  
 hoc templum insolendū deducas, ut nobis appa-  
 reat, in terra quoque te degere. Alioquin tibi  
 parū est domiciliū minuersum hoc cali cōnexū,  
 nedium hoc qualecumq; templū. Tu tamē hoc ut  
 proprium integrum fernato à ni hostium, oro,  
 & tanquam possessionis tuae curam gerito. Et si  
 quando populus in peccatum prolapsus, ob hoc  
 te affligente aut sterilitate terre, aut p̄stilētia,  
 similiue malo multatus fuerit, qualibet in pie-  
 tatis prevaricatores soles animaduertere: ac  
 deinde affluens ad tuū templum supplex consu-

gerit, salutē rotis expetens: exaudi tanquā præfens, & miseratus eos è calamitatibus eripe. Nec solis Hebreis erratibus hanc opem à te preceor: sed etiam si ab extremis orbis finibus aliqui venerint, aut undecūq; profecti in hoc loco bonis quippiā impetrare à te voluerint, exoratus illis largire. Sic enim omnibus erit euident, quod & tu hāc adē apud nos tibi exstrui voluisti, et nos nec inhumani sumus, nec alienigenis iniqui, sed libenter ferimus te cōmuniter omnibus tum opitulatore esse, tum bonarū rerum omniū largitorrem. Hac locutus & pronus humi stratus, cūm aliquandiu adorauisset, surrexit, hostiasq; ad altare adhibuit: cumq; id solidis victimis repleuisset, litatum Deo manifesto argumento cognovit. Ignis enim ex aëre emicans, omnibusq; inspectatibus in altare delapsus, correptas victimas assumpit: ad quod prodigiū populus haud dubiam coniecturam fecit, in eo templo numerus esset habitaturū & præ gaudio procidens in solum, vnamiter adorauit. Rex autē ad laudes Dei versus, multitudinem ad idem hortabatur, quandoquidē signa vidissent eius benivolentia: precandum admonens, ut perpetuò talem se exhibeat, & mente eorum puram ab omni peccati lave custodiat in iustitia & religione, quo possint præcepta per Moysen diuinitus tradita constanter obseruare. Sic enim fore genus Hebraorum felicissimum omnium, & ceteris mortali-

Ius longè beatius. Simulq; iubebat eos meminisse, quod quibus artibus parauissent tanta bona, eisdem & hac retenturi essent, & alia maiora atque cumulatiora quaesituri. Neq; enim aliter existimādum, quam iustitiae ac pietatis merito hac illis contigisse: esse autē facilius parare quae desint, quam parta tueri, & cauere ne ullum detrimentum admittatur. His affatus multitudine rex concionem dimisit, sacris primum factis tam pro se, quam pro populo: mactauitq; vitulorum duodecim millia, agnōrum centū & viginti millia: nam tum primum templū victimarū cruento imbutum est, & omnes Hæbrei cum liberis ac uxoribus epulo sunt excepti. Præterea scenopægia & festum ante templum splendide ac magnificè rex per quatuordecim dies celebravit cum uniuerso populo epulatus. Peractis autem his omnibus, & nullo pietatis officio prætermisso, dimissi sunt suam quisque domum, actis prius regi gratijs, pro bene curata republica, & protantis operibus absoluti, precatiq; ut eis omnipotens Deus in longū tempus Solomone rége frui cōcederet. Faciebat autē iter gaudētes ac gestiētes, hymnosq; sacros canentes, ita ut prægaudio nullū vitæ tædiū in reuertēdo sentiret. Ceterū 3. Reg. 9 illata in templū arca, & spectaculo tā elegātus & ampli edificij publicè exhibito, festisq; diēbus inter sacra & epulas exactis cū iā singuli ad suas urbes essent reuersi, rex in somnis est admonitus, gratum

gratū Deo fuisse eius sacrificiū, & vota exaudita esse: quodq; seruaturus ejus suum templū,  
 & semper inhabitatus, donec ipsius posteri cū  
 subiecto populo iusticiam colerent: in primisq;  
 ipsum si à paternis preceptis nusquam discederet,  
 ad summum felicitatis fastigii eundem, &  
 genus eius per continuatas successiones ei regio-  
 ni præfuturū, nec unquam ē Iuda tribu regē do-  
 fore. Quod si prodiit & obliuioni tradito pieta-  
 tis studio, ad exteriarum religionum ritus se  
 transferret, radicitus eum excidendum: & neq;  
 generis ipsius reliquias māsuras, neq; Israelites  
 calamitatē evasuros: sed bellis & alijs innume-  
 ri cladibus afflitos, & ē patrio solo extorres,  
 peregrē apud exterias gentes obctratueros. Tem-  
 plum verò quod tum recens extructū esset, Dei  
 permissione à barbaris direptum atq; incensum  
 iri, urbe insuper hostili manu diruta: ita ut  
 rbiq; sparso earū calamitatiū rumore, ex multis  
 ob earū magnitudinē agrē credentibus, finitimi  
 demiraturi sint, & interrogaturi, qua de causa  
 Hebrai in tantam nunc indignationē incidissent,  
 quam anteā eius ope ad maximas dimitias, ma-  
 ximamq; gloriā essent euelli. Quibus reliquias  
 gentiū responsuras, quod propter peccata sua &  
 patriarcharum legum prævaricationem hac omnia  
 contigissent. Hac illi per somnium denuntiata  
 v. sacra litera continent. Absoluta autem tem-  
 pli fabrica, qua septēnio, ut dictum est, durauit,  
 regie

regie structuram est aggressus, quam vix ter-  
tiodecimo anno cōsummanit: neq; enim tantam  
curam huic operi, quantā adificando tēplo im- }  
pendit. Sed illud quidem amplum licet, & plus }  
quam credi possit celebre, cooperanti Deo intra  
iam dictum tempus perfectum est: regia vero ta-  
mēsi multū magnificētie templi cederet, quod  
neq; materia eius tanto ante preparata fuisset,  
& regi nō Deo strueretur domiciliū, et tardius  
ad finem est perducta. Et hac tamen pro digni-  
tate fortunarum regis ac gentis est ex adificata.  
Operapretium autem fuerit totū eius ordinem  
ac dispositionem indicasse, ut ex eius descriptio-  
ne totam amplitudinem lector colligere ac con-  
siderare possit. Basilica erat magna & pul-  
chra, multis columnis suffulta, quam ad causas  
forenses agitandas, & lites decernendas cōdidit,  
capacē multitudinis qua eo ius peteret, longam  
cubitos centū, latam quinquaginta, altam tri-  
ginta: hanc sexdecim columnae quadrāgula su-  
stinebant, eccliam opere Corinthiaco, additis pa-  
rilibus postibus cum valuis calatis ad ornamen-  
tum loci simul & munimentū. In eius medio fuit  
ades alia, quadrata, lata triginta cubitos, co-  
lumnis validis suffulta: & in ea tribunal ma-  
gnificū, ubi Rex iura solebat reddere. Huic edi-  
ficio cōiuncta erat domus in usum regiae facta,  
& alię aula quā sō negotijs peractis animi cas-  
sa conferebans, omnes cedarinis tabulis constratae:  
partim

partim saxo quadrato decemcubitale cōstructa,  
partim ita ut solent regiae vel templa, incrusta  
ta pretioso marmore, quod è locis eo nomine cele  
bris apportatur. Et tribus quidem ordinibus  
aulais Babilonicis prætexebantur: quartus re  
tò sculptorū admirabile artificium ostentabat,  
in quo effecta erant variae arborum ac plantarū  
species, frondibus & folijs tanta subtilitate ex  
pressis, ut agitari quodammodo viderentur. Re  
liquū verò quod supererat usq; ad lacunar, ope  
re albario tectū, & discoloribus picturis erat va  
riegatum. Prater hæc erant & alia cubicula ad  
voluptatem facta, & porticus ad ornatum re  
gia longissima, in quibus splendidissima triclini  
a referta auro, ut quæ aurea supellectili ad  
omne regij coniūj ministeriū erant instructissima.  
Difficile est enumerare amplitudinem ac  
varietaē aularum, tam maiorum quam medio  
criū, tum quæ sub terra latebant, queve in aē  
rem elegantisimè attollebantur. In summa totū  
aedificiū è marmore candido & cedro, & auro  
atq; argento cōstabat: dispositis per parietes ex  
laquearia varijs lapillis auro inclusis, quemad  
modū & in ornatu templi factū fuerat. Quin  
& ex ebore factū erat prægrande folium cala  
tum, specie tribunalis, quod sex gradibus ascen  
debatur, in quorum singulis in extremitatibus  
leonū effigies erant impositæ, totidē alijs super  
ne imminentibus: qua verò parte rex insidiebat,

manū effigies eum excipiebat: & quā reclinabatur, dimidiatus erat iuuenius tergū suum respiciens: totumq; tribunal astro coagmentatū erat. Hac opera Solomon viginti annis perfecit, conserente magnā auri vim, maiore argenti Iromo Tyriorū rege, & prater hæc cedri atq; pinus materiæ. Sed & ipse maximis donis Iromus est remuneratus, singulis amnis frumentum ei mittens & vinum atq; oleū, quibus maximè opus habebat, ut diximus, eo quod insulā incoleret. Præterea Galilæa oppida numero viginti nō procul à Tyro dis̄sita ei donauit: quæ cū ille perlustrata satis considerasset, & non valde probasset, renuntiari iusserit Solomoni, sibi non esse opus eis oppidis: & ex eo terra Chabalō est appellata, voce Phoenicū lingua id quod displicet significante. Quæstiones eti. i. anigmaticis Tyrius rex ad Solomonē trāsmisit, rogās ut eas explicare: & dubitatio nem sibi omnē eximeret. At ille callēs huiusmodi terū ac natura prudentissimus, nihil inexplicatum relinquebat: sed omnia ratione peruincens, & perscrutatus eorū intellectū, apertissimè declarabat. Memorū horum duorum regum & Menander, qui ē Phoenicū lingua annales Tyriorū in Græcū sermonē est interpretatus, in hunc modum scribens: Defuncto Abibalo successit in regnū filius Iromus, qui vixit annos quinquaginta tres, & regnauit annos XXXII. hic agessit ad insulā agrum qui dicitur amplius, &

anream

auream columnā in Iouis delubro dedicauit: idē  
 materiē multā in monte Libano excidit ad con-  
 tegenda templa, & detnolitus antiqua templa,  
 Herculi & Astarta noua instaurauit: primusq;  
 Herculi statuā erexit mense peritio. Deinde ex-  
 peditione cōtra Eryceos suscepta, quod debita tri-  
 buta nō persolueret, subactis illis vīctor est domū  
 reuersus. Huius tēporibus erat Abdemoneus ado-  
 lescens, qui problemata à Solomone Hierosoly-  
 morum rege iniuncta dissoluebat. Meminit &  
 Deus sic scribens Abibalo defuncto filius eius  
 Iromus regnū exceptit. Is orientalē vrbis partē  
 aggeribus auxit, & eo pacto pomaria proculit:  
 templū quoq; Iouis Olympū, quod antē separatū  
 erat, medio spatio replete aggeribus cū vrbē con-  
 iunxit, & aureis donarijs ornauit: cōscēso deinde  
 Libano materiē ad structurā templorū cecidit.  
 Additq; Solomonē Hierosolymorū regē ad hanc  
 Iromū enigmata misisse, solutionē eorū postu-  
 lantē: quod cū ille non valuisse, magna pecunia  
 multatū esse. Deinde per Abdemonē quendam  
 virū Tyriū proposita explicuisse, & ipsum alia  
 proposuisse: in quibus soluēdis cum Solomon ha-  
 teret, maiorem etiam pecuniam cum illi remi-  
 sisse. Et Deus quidem ita scribit. Ceterū rese  
 cū videret magnia Hierosolymorū turribus &  
 propugnaculis ad securitatē egere, nec ea digni-  
 tati vrbis satis respondere, & muros instaura-  
 hit, & turres magnas in eis crexit. Condidit  
 etiam

etiam urbes vel praecipuis annumerandas, Aso-  
rum & Magedonem, & tertiam Gaxara Pal-  
stina urbem, quā Pharao rex Aegypti bello ag-  
gressus expugnauerat, occisisq; ad mū habitato-  
ribus diruerat, ac deinde filia sue Salomonis nu-  
ptia dono dederat: quamobrē denuo rex eam ex  
adficauit, quod esset natura munita, & ad bel-  
la rerumq; nouitates opportuna. Nec procul in-  
de alias duas urbes condidit, quarū altera Beta  
chora, altera Baleth vocabatur: necnō & alias  
ad secessus voluptarios aptas ob aëris temperie  
fructuamq; urberatē, & perennibus aquis irri-  
guas. Ingressus deinde in desertū quod est super  
Syrian, eiusq; regionis potius, urbe ibi maxi-  
mam condidit, duorum dierū itinere à superiori  
Syria distantē, ab Euphrate verò vnius: ad ma-  
gnam autē Babylonem inde sex dierū via pro-  
tendebatur. Quare autē à reliquis culta Syria  
partibus hac urbs tam procul habitetur, causa  
est hac, quod mediterranea per desertū petenti-  
bus, ibi demum fontes ac putei reperiuntur. Hac  
igitur urbe exstructa, & moenibus validissimis  
encta, Thadmorā eam appellauit, quo nomine  
etiam nunc à Syris vocatur. Graeci Palmiram  
nominant. Atq; hac fuerunt per id tempus Solo-  
monis opera. Nunc quoniam video multos que-  
tare, quā factum sit, ut omnes Aegyptiorum re-  
ges à Mineo illo qui Memphim condidit, quiq;  
multis annis anum nostrum Abrahamum p̄r-

cessit, vsq; ad Solomonis tempora, per mille trecentos & amplius annos Pharaones dicti sunt, ad quodam rege nomine desumpto: operapretium existimo eorum ignorantia mederi, & manifestam huius appellationis causam reddere. Pharaeo regem Aegyptijs sonat. Opinor autem ipsos à pueritia nominibus alijs discretos, quā primū reges creati fuerint, potestatis eius nomē patria lingua vernaculum assumere. Nam & Alexandri reges alijs prius nominibus vocati, post assumptum regnū vocati sunt Ptolemai à primo eius urbis rege: & Romanorū imperatores alioquin gentilia nomina habentes, Casares appellantur, principatus & honoris vocabulo, post habito illo priore quod à parentibus hereditariū in eos demanauit. Et hinc est, ni fallor, quod Herodotus Halicarnaseus cū CCCCXX. reges post Mineum Memphis conditorem deinceps successisse dixerit, nomina eorum non recensuit, quia Pharaones vocati sint omnes. Cū enim post hos mulier imperiū arripuisse, nomē eius ponit Nicaulen: nimis ea de causa, quod soli mares huius appellationis essent capaces, & nō etiā fœmina, oportuit peculiare ipsius nomē dicere. Ego verēd in noſtre gentis commentarijs reperi, quod post Solomonis ſacerdū Pharaonē, nemo Aegyptiorum regum amplius hoc nomine fit vocatus: & quod post illum venerit ad Solomonē iam dicta mulier, que tnm Aegypti ſimul ac Aethiopia regnum

regnū obtinebat. Sed de hac paulo pōst dicemus: nunc verò ideo hac memorauis, ut ostenderē nostros libros & Aegyptiorū in multis consentire. Solomon autē rex reliquias Chananaeorum quae Ibanū montem vsq; ad urbem Amathen colebant, & imperiū eius detrectabant, sub ditionē suam redactas tributa pendere coegerit, & per singulos annos certum numerū seruorū & colonorum, qui per agros distribuerentur, exegit. Hebreorum enim nemo ad seruiles operas adiebatur: nec erat aequū, ut cūm tam multas gētes Dei sub corum imperium subdidisset, ex his potius quam deuictis eiusmodi conditioniū homines censerentur: sed omnes arma, & currus, atque equos, & rem militare tractare malebant. Chananeū verò quos ad seruitutē abduxit, sexcētos prefectos proposuit, qui procuratores essent regi, & sua cuiq; opera atq; negotia praescriberent. Quin & classēm rex in Aegyptio sīnu adificavit, in quodam loco ad mare rubrū, qui nominatur Asiongaber. Hec nunc Berenice vocatur, non procul ab Elana urbe, quæ regio tum in Hebreorum ditione censemebatur. Et in hac quoq; classē munificentia Iromi regis amici fuit usui. Viros enim gubernatores & nautica rei peritos ei misit quotquot voluit, qui nāvigantes cū regi procuratoribus in regionem Indiae, olim Sophiram, nunc Auream terram nominatam, austrum illi adferrent: hi collectis circiter quadrin-

3. Reg. 10 gentis talentis retro ad regē sunt reuersi. Inter  
tunc ad Aegypti Aethiopiaq; reginam, mulierem  
sapientia studiosam, & cetera quoq; egregiam,  
Solomonis virtutum ac sapientiae fama delata,  
cupiditas eam incessit corām hominē visendī: sic  
eum fore ut experimento, non rumoribus crede-  
ret, qui se penumero falsi eo quod toti à fide re-  
nuntiantū pendeant, paulo post evanescunt: de-  
creuitq; suscepit longinquā peregrinatione il-  
lius sapientia perfici, & de robis arduis cum ea  
differere. Venit igitur Hierosolyma splēdido &  
opulentia paratu, Adducebat enim secū camelos  
onustos auro & varijs aromatibus lapillisq;  
preciosis. Rex verò honorificissimè excepta,  
& in ceteris comiter ac liberabter habuit, &  
propositiones illius pro sua prudentia facile ex-  
plicans, opinione citius dissoluebas. At illa stu-  
pebat ad regis sapientiā, tanta maiorē experta  
quam audierat: magisq; etiam admirabatur re-  
giam tam elegancē ac magnificā, & tam bellè  
dispositum adficiorū ordinē, quod hic quoq; in-  
genium regis contemplaretur. Sed nihil magis  
mirata est quam aulā, cui cognomē Saltus Li-  
bani, & quotidianos coniuiciorū sumptus tam  
dapiles, apparatumq; ministerij nam & cultus  
erant decētissimo, & perquā scitè omnia ministrabant. Nec minor fuit administratio dī quotidie  
na sacrificiā videret, quantaq; cura & religione  
sacerdotes ac Levita circa ea versarentur. Hec  
quotidie

quotidie contemplando vehementer admirabatur, id quod nec dissimulare potuit, sed apud regem ingenuè fassa est, quantopere huiusmodi spe et aculus afficeretur. Omnia, inquit, rex, que auditu percipiuntur cunctantius credere solemus: sed de tuis bonis, que vel intra te sunt reposita, sapientia velidelit ac prudentia, vel tam amplius regnum tibi suppeditat, non vanafama ad nos perlata est: sed quum esset vera, non respondisse tamen eam tue felicitati nunc præsens video. Quamvis enim auribus persuadere conabatur, non potuit tamen res ita pro dignitate representare, sicut nūc oculis nostris subiiciuntur. De me quidem fatendum est, quòd cùm de fide eius habitassem, ne forte aliquid affingeret, nunc longè maiora eis conspexi. Maceti tanta felicitate Hebrai, maceti amici ac familiares tui, quibus perpetuo sapientia tua frui datum est. Laudandus Deus qui regionem hāc & habitatores eius adeò dilexit, ut te regem eis præficeret. Nec contenta verbis indicasse quanti regem faceret, etiam numeribus suam erga illum obseruantiam testari voluit. Viginti enim auri talenta ei donauit, & aromatum vim magna estimationis, lapillorumq; preciosissimorum. Aivunt etiam quodd balsami plantam, cuius hodieq; ferax est nostra regio, illius regina munificentia ferri acceptans oporteat. Nec minora fuere que ipsa à rege recepit, optione etiā illi permissa. nihil enim roganti

negatū est, sed libētius quā illa peteret largiens,  
in signē p̄ se tulit liberalitatē. Atq; ita Aegy-  
ptiorum regina datus simul & acceptis amplis-

VII. simis numeribus in patriū solum reuertitur. Per  
idē tempus allatis ex Aurea (sicut vocant) terra  
gemmae & lignis pineis, ex hac materie rex ful-  
cra tēpli ac regia fecit, eiusq; parte v̄sus est ad  
instrumenta musica, cimyras & nacula, quibus  
Leuita diuinos hymnos solent accinere: munquā  
enim antehac tā elegans apportata fuerat. Sed  
nemo sic cogitet, que nūc pinea ligna vocantur,  
quæve ad alliciendos emptores hac appellatione  
mangonizant negotiatores, illis esse similia: illa  
enim aspectu fculnā materiē referunt, nisi quod  
cādidiora sunt, & fulgētiora: id quod admonere  
officij nostri duximus, ne quis per ignorantia in  
his discernēdis fallatur, quādoquidē res Solomo-  
nis in huius materiē mentionē nos induxerunt.  
Eadē-clas̄is attulit regi ami talenta D C L X-  
V I. non annumerato quod privatim negotiato-  
res mercati sunt, nec eo quod toparcha & reges  
Arabie dono illi miserunt. Ex eo fecit ducenta  
scuta fnsilia singula sexcētos siclos pēdētia, &  
treccētos clypeos, quorum singuli treccētas minas  
pēderēt: atq; hac omnia in aula Saltus Libani  
vocata reposuit. Sed & pocula ex auro solidō  
parauit, & è lapide pretioso. in v̄sum conuinij  
singulari arte fabrefacta, reliquāq; omniē supel-  
lectile regiā ex auro fieri curauit. Nullum enim

tum argento in commerciis erat precium. Multa  
enim nauigia rex in mari quod vocatur Tarsi-  
cum habuit, que ad remotas g̃etes merces varias  
deferre iussit, pro quibus exportatis aurū & ar-  
gentum regi referebant, multūq; eboris, & mā-  
cipia Aethiopica & simias. Ea nauigatio in itu  
ac reditu triennium integrum absumebat. Fa-  
ma etiam celeberrima per omnes circūquaq; re-  
giones de Solomonis virtutibus ac sapientia di-  
uagabatur: qua exciti pleriq; reges, quo certio-  
res de iam dictis fierēt, visendi eius cupidine fla-  
grabant. & exquisita munificēta studiosos eius  
se declarabant. Mittebantur vasa tam aurea  
quam argentea, & vestes purpurea, & omne go-  
nus aromata: equi præterea, curruiq;, & mille  
subiectis sarcinū, qui vel robore, vel purchritu  
dine regi placituri videbant: ut ad eū equorū ac  
currus numerū, quē iā antē habuerat, ex dona  
ticijs quadringēti currus accederet. Habuit enim  
prīus currus mille, equorū viginti millia: hi quī  
pulcherrimi fuere, tū ad cursū exercitatiissimi,  
vt collati ad ceteros oēs post se relinqueret. His  
decus addebat equites flos iniunctus, procerā sta-  
tura, pmissōq; capillatio conspicui, & tunicas à  
sarrana purpura induit: adhac ramētis auri ca-  
pillū quotidie spargebat, vt ad solariū radiorū  
cōstatū fulgor à capitibus eorū reflecteretur. Hi  
armati et pharetris succincti regiū currū stipu-  
bāt, quo sublimis inuictus, et amictus ueste cā-

dida, mane solebat urbem egredi. Aberat ab Hierosolymis duorum sphaenorū spacio predium nomine Hettā, hortis & inductis fontibus amœnum simul ac opulentum. in eum locum revertari delectabatur. Divina autē quadam diligentia ac prouidentia rebus in omnibus ritebatur, & cum esset eleganticarum amator, ne viariū quidē curam pratermisit, sed & harum quotquot Hierosolyma regia sedem ducebant, silice cōstrauit, tum ut ultro citroq; cōmeantibus essent faciles, tum ad ostendandam hac quoq; parte principatus sui magnificentiam. Distributisq; oppidatim curribus, & in singula certo numero ad alendum præfinito, circa se quidem panicos reseruauit: loca verò ubi alebātur, currū oppida appellauit. Argenti etiam tantā copiam Hierosolymis esse fecit, quanta fuit saxorū: & cedros arbores antehac nunquā in Iudea visas, in cāpis eius adeo multiplicavit, ut moros numero aquarent. Mandauit etiam negotiatoribus Aegyptiis ut equos venales ad se adducerent, in singulas bigas sexcentarū argenti drachmarum prelio cōstituto: quos demde ad Syrię reges et transjordanes mittere solebat. Cumq; esset omnium regum gloriissimus & p̄fissimus, & opibus ac prudentia omnes superasset qui ante illum rem Hebraeorum administraverant, deterior factus est ante obitum, & à patrīs moribus descendendo, indignū autē gestis robore vita exitū habuit.

Nam

Nam insaniens in mulieres, et in rebus veneris <sup>3. Reg. 11</sup> immodus, non contentus sua regionis mulieribus, multas externae originis duxit, Sidonias, Tyrias, Ammanidas, Idumaeas: atq; ita contēptis semel Moysi institutis, quae non nisi gentis eiusdem coniuges permittebāt, illarū deos colere capiit, amori earū hoc tribuens. Atqui hanc ipsam rē legislator præcauere voluerat, ne per hanc occasionem peregrinis implicaretur ritibus, nēne relictō patrij numinis cultu, ad illarū religiones se transferrent. Sed hac Solomon contēpsit, voluētate irrationali vīctus: duclisq; vxoribus & principibus virisq; illustribus prognatis septingentis numero, & concubinis trecentis, & in his Aegytorū regis filia, adeò consuetudine carum est captus, ut ritus earū imitaretur, quo magis illus hoc argumento fidem amoris ac benevolentiae faceret. Aetate deinde prouelior, & mente iam paulatim senescente, magis etiam patria religionis oblitus cultū Dei sui neglexit, & mulierum exterarum ritibus assuevit: quamvis iam antē quoq; à prescripto legum discesserat, quando areas boum effigies basi maris illius addiderat, sicut solio suo leonū post apposuit: nam neq; illa fas erat facere. Cumq; domesticum haberet exemplum pulcherrimū parentis virtutē, & gloriam quam propter pietatem ad posteros relinquērat, discedens ab eius imitatione, idq; bis in somnis monitus sequi paterna vestigia, mōrtem

inglorius opperitur. Venit itaque ad illum propheta missus a Deo, dicens neque; clam esse eius impiatem, neque; diutius impunita fore: viuo tamen regnum non auferendum, quando patri eius dominus sit promissum, non alium successorem futurum: sed post hunc defunctum, filium panas daturum: ita tamen ut non uniuersum regnum deficeret, sed decem sola tribus seruo ipsius cederent, reliqua duae paenes nepote David remanerent, idque ipsius aui respectu, et urbis Hierosolymorum in qua Deus templum sibi elegisset. His auditissolomon vehementer perturbatus indoluit, omni felicitate, qua haec tempestus suspiciebatur, in contrarium veritate. Nec multum temporis post haec prophetae denunciationem est elapsum, dum hostis ei, Deo sic volente, exortus est, cui nomen Adetus, regi infensus ab causam hanc. Idumeus fuit genere, et regio stemmate: cumque Iobus copiarum David imperator Idumeam subigeret, omnibus eius genti, qui per etatē arma ferre possent, internecione intra semestre deletis, hic etiam adolescentulus ad Pharaonem Aegyptiorum regem emisit, ab eo comiter exceptus, et domum agros, ex quorum redditibus vineret, munificencia illius est consecutus: et postquam adulavit tam carus ei factus est, ut rex coniugis sua sororem nomine Taphinem, nuptum ei traderet: ex qua filius natus, cum regis liberis est educatus. Perro accepto in Aegypto de David et

Iobus

Ieabi morte nuncio adiuit rogans ut filii in patriam reuerti permetteret. Rege autem percon-  
 tante quid illi deesset, quare sua iniuria prouo-  
 catus relinquere amicum benemeritum cuperet,  
 & si non semel id fetitum, impetrare tamen tunc  
 nequaquam valuit. Sed cum iam res Solomonis  
 labare inciperent, Deo impietatem eius non am-  
 plius ferente, cuius nutu Pharaon difficultem fa-  
 habuisse prebuerat, Aderus impetrato a suo re-  
 ge commeatu in Idumaeam reuertitur: & cum  
 non posset gentem suam ad defectionem a Solo-  
 mone perpellere, eo quod validis praesidijs impo-  
 seatis in officio cotineretur, nec licet impunè res  
 nouas ibi moliri, profectus inde in Syriam se co-  
 tulit. Vbi cum incidisset in quendam Razaro, qui  
 desciverat a Sophene rege Adrazaro, et eas ter-  
 ras cum latronum manu inuasionibus popula-  
 batur, societate cum homine inuit: cuius ope occu-  
 pata ea parte Syria, rex declaratus, Israëlitarum  
 ditionem credro irrumperdo, viuo adhuc Solomo-  
 ne rapinis omnia miscebat & cedibus. Et quasi  
 parum esset Hebraeus rrus hostis externus, domis  
 exstigit qui Solomonem infestaret Hieroboamus  
 Nahathai filius, veteri quodam oraculo ad res no-  
 uandas excitatus. Cum enim patre orbatus ado-  
 lessens adhuc a matre educaretur, Solomon ani-  
 maduersa generosa eius indole prafecit eum fa-  
 brice murorum, quando Hierosolyma moeni-  
 bus cingebat. Eius operia curam tanta solertia  
 gesse

gesit, ut rex cōprobata hominis industria, prae-mio dignum ducens, eum Iosephi tribui p̄ficeret. Ad quam dum Hierosolymis egressus iter faceret, obuiam ei fit propheta nomine Achia, Silunte oppido oriundus. Is salutatū eum de via paulum seduxit in rūs quoddam divertens, in quo tum nemo alius aderat: scissoq; in duodecim fruſtra pallio quo ipſe amiciebatur, iuſſit Hiero boamum decē inde sumere p̄fatus Deum hoc iubere. Ille, inquit, scisso imperio Solomonis, eius filio propter promiſſionem Davidis factam tribum vnam cum altera ei contigua daturus est: tibi verò decem propter Solomonis peccatū, quā mulieribus & dijs earū totum se denouit. Quare sciens causam propter quam Deus ab illo est alienatus, iustitiam colito, & legum perpetuas custos ac conseruator es̄to, cum pietatis ac religionis p̄cium maximum tibi sit propositum, nimirum ut tantus euadas, quantum sc̄i Davidem prius fuisse. His prophetæ verbis reclusus ad spes magnas Hieroboamus, cūm effet alioqui ambitioso & inquieto ingenio, quamprimum in suam prouinciam peruenit, non immemor p̄fagi prophetici, solicitare populum cœpit, ut à Solomone deficeret, ipsiq; principatum deferret. Cuius conatibus & insidijs cognitis Solomon, volebat eū cōprehēsum occidere. At ille ad Suſcū Aegypti regē profugus & p̄fens periculum evanuit, & manēdo illic vſq; Solomonis obi-

*tum regno sc̄ Israēlitico incolumem seruavit.*

Solomone defuncto populus à Roboamo eius  
filio deficiens, Hieroboatum decem tri-  
buum regem fecit. C A P. III.

**S**olomon autem iam admodum senex mori-  
tur, ex actis regni annis octuaginta, ritore  
nonagintaquatuor, sepelliturq; Hierosolymis,  
omnium regum felicissimus & opulentissimus  
atque prudentissimus, excepto peccato ad quod  
iā senescēs à mulieribus est pertractus, de quo,  
& consecutis mox Hebraeorum calamitatibus,  
satis dictum est. Ceterū defuncto Solomone, V 111.  
& succedente in principatū eius filio Roboamo, 3. Reg. 12.  
quem è Noma Aramanitici generis muliere su-  
sciperat, mox quidam è proceribus in Aegyptiū  
misérunt, qui Hieroboatum revocarent: qui  
cum ad eos in urbem Sicimā venisset, etiam Ro-  
boamus eodem pervenit. Placuit enim conuentu  
Israēitarum illic habito, regnum de populi con-  
sensu accipere. Accedunt itaque illum principes  
populi vna cū Hieroboamo, rogātes ut aliquid  
de seruitio remitteret, & patre suo vellet esse  
mīcior. Graui enim illinas iugo se pressos fuisse.  
Sic enim firmius ei fore imperiū si amari mallet  
quam metui. Ille post triduum ad postulata re-  
sponsurum se pollicitus, statim in suspicione ve-  
nit, quod sine mora votis eorum non annūsset.  
Decere enim eius etatem putabant proclivem  
esse ad benemerendū: nō nihil tamē spei suberat  
quod.

quod non statim essent repulsam passi. Interim ille conlocatis paternis amicis, consulabat qualiter sponsum populo dari oporteat, qui quum bene ipsis cuperet, et vulgi naturam probe calleret, suaverunt ut comiter populum alloqueretur, et posito aliquantisper fastu regio ad caprandam multitudinis gratiam se accommodaret, hac enim arte captos facile illum amaturos, quod natura ita comparatum sit, ut subiecti delectetur regibus mansuetis, et de suo fastigio non nihil se dimittebant. Ibi Deus sine dubio mente ademit homini, cui tam utilis in omne tempus sententia, certe ad praesens ambienti regnum necessaria non probabatur: sed accitus aequalibus suis iunenibus, et exposito seniorum consilio, quid ipsis videretur, proferre iussit. Illi, quia nec per etatem poterant, nec Deus sinebat, utiliora cernere, autores ei sunt suo ad populum respondendi: minimum digitum ipsius crassiorem esse quam patris lumbi fuerint: et si ab illo duriter habitos se putarent, durius etiam in posterum tractados esse: et si ab illo scuticis casi fuissent, expectandum ut ab ipso scorpionibus flagellarentur. His delectatus rex, et ratus decere maiestati principatus tale responsum, postquam tertia die populus ad audiendum conuenit, omnibus expectatione suspensus: et existimantibus benignum aliquid sibi proponendum, omisso amicorum consilio, ex iunctu sententia respondit, non sine Dei voluntate, ut Achaea ratici

raticiniū suus cūētus sequeretur. Iēti enim re-  
luct ferro tā duris verbis, nō scius ac si à minis ad  
rem iam esset pernentum, per indignationē vno  
ore exclamat, nihil sibi futurū amplius cū David  
dīs pgenie, haberet ipse tēplum quod pater ex-  
struxisset, manifestē defectionē prae se ferentes.  
Adcoq; pertinax ira fuit, vt Adoramā questore  
regiū, missum ad excusandum iuuenilis lingue  
petulantiam, placandoq; concitati vulgi ani-  
mos, ne auditū quidē lapidibus obruerint. Quo  
facto Roboam̄s ratus, id quod erat, se in fanno  
lo saxis impetum, veritnq; ne cōceptum semel  
odium in ipfus caput effunderetur, trepide con-  
scenso curru quantū potuit Hierosolyma prope-  
ravit. Et Iude quidem ac Beniam̄s tribus com-  
munitib⁹ suffragijs regem eum eligunt: reliqua  
verè multitudo, ex illo die alienata à progenie  
David⁹, Hieroboamo imperiū detulit: id Roboam⁹  
egreferens, cōuentu duarum tribuum sibi  
subdictarum indicto, & delectu c. l x x . mil-  
lium habito, conatus erat reliquas decem vi  
ad officium retrahere, nisi Deus per prophetan⁹  
intercessisset, admonens nefas esse civile bellum  
mouere, prāsertim cūm Deo volente populus ab  
eo defecisset. Nunc prius Hieroboami Israēlitarum  
regis gesta, ac tum d. m. res Roboam̄s  
duarum tribuum regis dicemus, serie narratio-  
nis ita postulante. Ergo Hieroboamus regia St-  
cimis constructa, inibi domicilium optauit: nec

eo contētus, Apud Phanuelam urbem aliud adūficasuit. Nec multo pōst instantē Scenopegia, cogītans secum, quōd si permitteret populo Hierosolymitanam profēctionē, & festi illic celebrandi potestatē faceret, populus captus religione tēpli & ceremonijs, facile mutata voluntate, seq̄; relātio ad priorē regem accedere posset, idq; non dominationi sue tantum verum etiam vita periculōsum fore, statuit hoc modarebus suis cōsulere. Duas vitulas ex auro fecit, & constructis totidē delubris, altero apud Bethela, altero apud Damnam, quod oppidum situm est ad minoris Iordanis fontem, effigies illas v̄tobiq; consecravit: & cunctē in dicto decē tribuum quibus ipse praeerat, pro cōcione in hūc modū eas est allocutus. Viri populares, notū vobis existimo, quōd nullus locus Deo est vacuus, & quōd is nullo certo loco includitur, sed v̄biq; vota exaudit, v̄biq; cultores suos respicit. Quare non placet mihi hoc tempore vos Hierosolyma urbem infensam lōgū itinere proficiisci religionis ergō. Homo illud templum statuit, quemadmodum & ego duas aureas vitulas consecravi, alteram in Bethelis, adderātam in Dana, vt pro locorū opportunitate ex propinquioribus oppidis ad eas confluētes, illuc Deum rite adoretis. Nec deerunt sacerdotes ac Leuita ex vobis per me designati, ne quid Leuiticam tribum & Aaronis progeniem desideratis. Ergo quicunque ex vobis sacerdotium ambit, vige.

bit, vitulum & arietem Deo mactet, quo ritu ferunt etiam primum sacerdotem Aaronem creatum esse. His verbis populum decepit, autor ei factus patriae religionis deserenda: que causa fuit Hebreis omnium calamitatum, ut bello ab exteris gentibus deuicti, postremo in captivitatem abducerentur, sicut suo loco dicetur. Porro appetente iam septimi mensis festinitate, volens & ipse apud Bethela eam celebrare, sicut à duabus tribubus Hierosolymis celebratur, ante vitulam altare posuit, moxq; assumpta pontificis persona cum suis sacerdotibus ad illud ascendit. Cumq; iam holocausta in conspectu totius populi pararet incendere, Deo mittente superuenit à Hierosolymis propheta, nomine Iadon: *is in me-3. Reg. 13* diam multitudinem progressus, audiente rege ad altare sermonem vertit: Altare, altare, hæc dicit dominus, Exorietur quidam de genere Davidis, Iosias nomine, us mactabit super te falsos sacerdotes illius temporis, & impostorum ad impietatem populum seducentium ossa super te incendet. Et ut nemini dubium sit prædictionem haric non esse vanam, prodigio confirmabitur. Rumpetur altare hoc, & adipes victimarum in eo congesti in humum effundentur. His prophetæ verbis irritatus rex, intendit in eum manum, iubens hominem comprehendendi: moxq; sideratum brachium dirigit, ut redacere manum non posset, torpente membro haud secus quam si esset

exanimis. Altare quoq; disruptum impositas vi-  
etimas effudit, ita ut ratus Dei prædixerat. Ibi  
rex videns hominē veridicū esse ac diuinum, ro-  
gauit eum, ut Deū exoraret, quō afflita dexte-  
re vigorē pristinā redderet: quod cūm ita factū  
esset, latus recepta sanitate, rogabat prophetam  
ut cū eo prandere dignaretur. Excusauit Iaden,  
negans se in ea vrbe panem aut vinum sumptu-  
rum. id enim sibi contra interdictum Dei non li-  
cere: vetitum etiam ne per eandem viam reuer-  
tatur qua venerat. Rex autē miratus viri con-  
zimentiam, eo magis de se cœpit esse felicitus, ex  
his qua viderat & audierat, parum felicē reti-  
3. x. suarum exitū augurans. Erat in ea vrbe ma-  
lus quidam pseudopropheta, quē Hieroboamus  
in honore habebat, seductus ab illo omnia ad gra-  
tiam loquente, hīc tum decubebat, quōd esset se-  
nior languidus: cumq; audisset à filiis de aduentu  
prophetæ à Hierosolymis, & prodigijs per eum  
patratis, & quōd Hieroboamus emortuam dex-  
tram ad illius preces sanam recepisset: veritus  
ne rex de hospite meliusquam de se opinaretur,  
mandauit filiis ut euestigio asinū stratū ad iter  
sibi expedirent: quibus impigre iussa exsecutis,  
confusso iumento per vestigia prophetæ prope-  
rabat: quem asscutus interquescentē sub quer-  
cu patula & umbrosa, primo salutavit: deinde  
expostulauit cum eo quōd non ad se dimitisset,  
hospitalitate fruicurus. Quo referente vetitū se à  
Deo,

Deo, ne apud quenquam in ea vrbe cibū sumeret : Certe apud me, inquit, licuit sumere : nam ego quoq; prophetā sum eiusdem cuius tu cultor numinis, & nūc ipsius iussu venio, te ad nos ad ducturus, & prandio hospitali excepturus, tum ratus mentienti credens reuertitur. Adhuc autē illis prudentibus, & familiari sermone se oblectantibus, Deus apparuit Iadoni, pœnam inobedientia, pœnaq; modum denuntians: fore enim ut in itinere à leone discerpatur, nec in paternum monumentum inferatur. Hac autem Deo volente contigisse opinor, quo minus apud Hieroboanum Iadonis verba fidem inuenirent, de maledicio suspecti. Nam redempti Hierosolymam leo factus obuiam, detractum de iumento necauit, nihil Leo astio: immo & illum & prophetā cadauer seruabat accusans, donec viatores quidam rem visam pseudopropheta renuntiauerūt. Tum ille filius in hoc missis corpus eius in urbem reportauit, inibiq; magnificè sepelijt, monitis filijs ut se quoque post mortem in idem monumentum inserrent. Vera enim esse quacunq; ille praeceperisset, de vrbe illa & aitari, & sacerdotibus ac pseudoprophetis : ad se autem nullam post mortem iniuriam peruenturam, propter communem cum illo sepulturam confuso ossium discrimine. Post iusta funebria propheta redditā, et iniuncta filijs mandata, cùm esset vir malus & impius, Hieroboamum adit : & quid ita, inquit, istius

fatui turbatus es sermonibus? Illo verò de altari  
 & sua ipsius manu referente, ac verè hominem  
 Dei, vatemq; optimū vocitante, caput hanc eius  
 opinionem malitiose labefactare, & probabili-  
 bus rationibus rei veritatem offuscare. Aiebat  
 enim præ latitudine manū eius obtorpuisse, dum  
 altari infert victimas, ac demde post quietem  
 pristinum vigorem recepisse. Altare quoque re-  
 centis etiam tum structuræ, quod tot ac tantarū  
 victimarum mollem nō ferret, disruptum conci-  
 disse. Postremo vatis morte indicat, à leone esse  
 necatum: adeò nihil diuinum nec in vita nec in  
 verbis eius fuisse. His dictis regi persuasit, &  
 mentem eius à Deo & iustis ac pijs operibus in  
 totū auersam in extremam impietatem precipi-  
 tavit. In tantum enim posthac contra omne ius  
 ac fas debacchatus est, ut nihil aliud quereret.  
 x. quam quomodo indices magis ac magis semetipse  
 nouis sceleribus superaret. Sed hoc omissio de  
 Solomonis filio Roboamo iam dicendum. Is dua-  
 rum tribuum regno potitus, vrbes munitas &  
 magnas condidit, quarum nomina hæc: Bethleem,  
 Ethame, Thecos, Bethsur, Socho, Odolam, Ipa,  
 Maresa, Zipha, Adoram, Lachis, Azeca, Saræm,  
 Elom, Hebron, omnes in tribu Iude sitæ. Alias  
 deinde aque magnas in Beniamitica sorte mu-  
 nit, singulisq; sua praesidia & praefectos impo-  
 suit, frumento, vino, oleo, ceterisq; commensibus  
 at nuda instructis. Scutorum etiam & lancea-

rum tantū numerum fabricari curauit, quantus  
 multis milibus sufficeret. Ad hunc Hierosolymis  
 degentē è tota Israēlitarū ditione cōfluxerūt sa-  
 credotes & Leuitae, & quotquot è reliqua plebe  
 erant boni ac iusti patrias suas relinquebāt, vt  
 Hierosolymis Deū colere liceret, offensi Hiero-  
 boami tyrannide, qui eos ad suarum vitularum  
 adorationem vi adigere volebat: quo factum est  
 vt Roboami regnū integro triennio talibus ac-  
 ceſſionibus cresceret. Qui cūm ex priore matri-  
 monio cognatae cuiusdam mulieris tres liberos  
 suscepisset, superduxit poſtea cognatam aliam  
 Macham è Thamare Abesalomī filia primogeni-  
 tam, ex qua Abiae pater factus est: & quamvis  
 etiam ex alijs uxoribus liberos haberet, præ  
 omnibus tamen amavit Macham: erant enim ei  
 legitimae uxores octodecim, concubinae verò tri-  
 ginta: & ex his vigintioctō filiis filia verò sexaginta.  
 Abiam verò Machae filium successorē sibi  
 designauit, eiusq; fidei thesauros suos & muni-  
 tiſſimas quasq; urbes creditit. Sed vt plerunq;  
 solent mortales fortuna blandiente corrūpi, Ro-  
 boamo quoq; idem accidit. Videſ enim ſui regni  
 tanta incrementa, ad iniūias & impias actio-  
 nes deflexit, factus contēptor vera religionis, ita  
 vt etiam populum in imitationem ſui pertraheret:  
 quandoquidens ea est rerū humanarum na-  
 tura, vt cum principum ac magistratum mo-  
 ribus etiam subditi depravetur, querū modestia

ceu norma corrigi debebant, & pro virtutibus  
vitia eorum sequantur: alioquin nisi eadem qua  
reges faciant, improbare facta illorum videtur:  
sicut sub Roboamo contigit: populo leges ac pie-  
tatem egregie contemnente, ne iustitia studijs  
regem suum offendere.

Susacus Aegyptiorum rex captis Hierosoly-  
mis diuitias eius urbis in Aegyptū trans-  
portauit. CAP. IIII.

**H**AEC COTUMELIAM Deus per Susacū Aegy-  
ptiorū regē vltus est, cuius res gestas He-  
rodotus per errorem Seſoſtri adscribit: hic enim  
Susacus quinto anno Roboamī regi numerosif-  
simū exercitiū cōtra illum adduxit, in quo fuſſe  
ferant currus M C C, equitum L X, M, peditum  
C C C C, M, eius miles maxime ex Afris cōſtabat  
ac Aethiopibus. Irrumpens igitur in Hebraorū  
regionē munitissimas Roboamī urbes sponte de-  
ditionē facientes in fidem suam recepit, quibus  
præſidio firmatis poſtremo Hierosolyma est ag-  
gressus. Roboamus verò unā cum suis à Susaci  
exercitu obſessus, versus ad ſupplicationes exo-  
rare Deū non potuit, ut victoriam annueret. Sa-  
meas quoq; propheta eos terruit, dicens Deū mi-  
nari deferturum ſe illos qui cultis ipſius priores  
deferruerant: quamobrē conſternati, & videntes  
nullam ſalutis ſpem reliquā, omnes confiteri coe-  
perunt, iure ſe à Deo propter impietatē ad legū  
neglectum deſtitutos. Deus autem videns eos ſic  
affectiones,

affectiones, & peccata sua confitentes, per prophetam denuntiauit, nelle se eos perdere: substiturā tamen Aegyptijs, ut experiantur, utrum commodius sit: Deo servire an homini. Si facies autem Roboam propter metum dedente urbem, conditiones non seruanis: sed depredatus teplum, thesauros tuū Deo sacros tuū regios expilauit. exportata innumera auri atq; argenti multitudine, ac ne scrupulo quidē relicto. Detraxit etiam aurea scuta & clypeos, quos Solomon rex fecerat: ac ne pharetras quidē aureas reliquit, quas David dedicauerat à Sophene rege acceptas: atq; ita cum opima prada domum est reversus. Meminit autem huius expeditionis etiam Halicarnassensis Herodotus, in nomine tantū errans, & quod peruasis multis alijs gentibus etiā Palæstinam Syriam subiugari, hominibus nō expectata rī deditioinem facientibus. Apparet autem satis, quod nostram gentem dicere velit ab Aegyptio subactam: narrat enim hunc columnas reliquisse apud eos, qui prius quam martem experientur deditioinem fecissent, in quibus pudenda muliebria insculpta fuerint. Roboamus autem is fuit rex noster, qui urbem antequam oppugnaretur dedidit. Idem ait Aethiopas quoq; ab Aegyptijs circumcisōrem virilium didicisse: Phoenicas enim & Syros Palæstinos fateri se hanc ab Aegyptijs accepisse. Constat autem quod nulli aliij circumcidantur in Palæstina Syria

praterquam nos. Sed de his quisq; suo arbitratu  
sentiat. Post Susaci discessum Roboamus pro scu  
tis & clypeis asreis parē æterorū numerum refe  
cit, eaq; scutarijs & excubitoribus suis assigna  
uit: & sine vlla memorabilis expeditione, aut  
praclaro facinore, quietus regni sui tēpora elab  
passus est, metu cohibēte, eo quod perpetuum illis  
esset cū Hieroboamo dissidium. Vixit annos LVII.  
ex quibus decem & septē in principatu exegit,  
vir arrogaſ ac insipiēs, vt qui propter spretum  
paternorū amicorū cōſiliū tantā ditionē amisit.  
Sepultus est Hierosolymis in regijs cōdistorijs. In  
regnū paternū Abias succedit octanum iam sur  
pra decimū annū, Hieroboamo apud decē tribus

x. i. regnū obtinente. Et quoniam huius regis exi-

3. Reg. 14 tum diximus, superest ut quis Hieroboami finis  
fuerit consequenter subnectamus. Is nullum neq;  
modum neque finem impietatis faciens, singulis  
diebus aras in excelsis lucis exſtruebat, & sa  
crificos hiū ē vulgo aſsignabat. Hanc suam con  
tumeliam, dignamq; tanta impietate poenam, nō  
multo pōst Deus in caput ipsius atque familię  
vertit. Cumq; filius eius Obimes illo tempore  
agrotaret, iussit uxorem suam mutato cultu,  
sumptoq; priuato habitu ad Achiam prophetam  
proficiſci: eſſe enim hunc virum in predicendis  
futuris mirificum, à quo ipſe olim regnum sibi  
deberi cognouifset: mandauitq; ut quasi pere  
grina de filio percontaretur, eſſet ne pŕesentem  
morbum

morbū euasurus. Illa habitu mutato, ita ut à marito iussa fuerat, in Silunte ubi tum Achias degebat, peruenit. Iamq; aduentante ad illius ades muliere, cæcutiēti præsenio Deus apparuit, indicans & quod Hieroboami vxor ad eumveniret, & quid ad interrogata respondendum sit. Et cum iam pro foribus esset priuatam hospitē simulans, exclamat Ingredere Hieroboami coniux, quid teipsam caluis? Deum certe latere non potes, qui me de aduentu tuo præmonuit, mandauitq; quid tecum loqui debeam. Vade igitur ad maritū, & hac Dei verbis ei renuntia: Quoniam te magnum ē paruo & nihil reddidi, & abscisso à Davidis familia regno, tibi illud deditus contrā immemor horum benefiorum fusiles Deos quam me colere maluisti: ideo delebo te & tuum genus, & cadavera vestra à canibus atq; alitibus devorabuntur: constitutam enim regem super populum meum, qui neminem ē Hieroboami genere superstitem est electurus. Nec populus erit expers ultionis, sed excidet ē terra bona hac, & in transeuropratenses regiones dispergetur, quia regis impietatem est imitatus, & Deos ab illo factos adorat, relictis meis ceremonijs. Tu verò mulier ad maritum propera, hac illi renuntiatura. Filium enim mortuum reperies: nam te urbem ineunte, ille ē vita exiturus est: sepelieturq; defletus à toto populo, & publico luctu honoratus. Solus enim hic ē Hieroboami fami-

dia bonus existit. Hoc oraculo mulier territa se proripit, & toto itinere futurā filij montem iam tū deplorans plagensq; misera, properat propter mariū, eadem opera filio fatum accelerans, quē non nisi mortuū visura erat : reuersaq; domum illum quidē ita ut propheta prædixerat, exanimem reperit, regi vero cuncta ordine renuntianit.

Hieroboami contra Abiam filium Roboami expeditio & clades, & quod Basanes Hieroboami generis extupator, ipse regnū occupaverit.

CAP. V.

**A**T Hieroboamus nihil his motus, magnis delectibus habitis contra Abiam filium Roboami, duarū tribuum regem, qui tum patri successerat, duxit exercitū, propter atatem eius nō satis administrandis rebus maturam sperans se facilem victoram reportaturum. Ille verò audito aduentu Hieroboami haudquam est perterritus: sed supra atatem, & supra quam hostis sperauerat, in ipigre collecto ē duabus tribulis exercitu, occurrit Hieroboamo in quadam loco, qui appellatur mons Samaron, & prope illū castra metatus ad pratiū se & suos parabat. Habebat autē in castris quadringenta millia militum: Hieroboami copiae duplo numerosiores fuisse. Ut verò pugnandi studio acies instructa ex aduerso constitutere, Abias occupato editiore quoniam loco, manus mota silentium ab hoste petuit. Impetrato, sic orsus est dicere: Quod Dani-

dō

dis atque eius posteris regnum in multas atates duratiorum diuinatus sit concessum, ne ipsi quidem ignoratis: quò magis miror cur deserto meo patre, Hieroboamo eius seruo adhærere maluerint, & nunc ab illo contra nos stetis iusto Dei suffragio principatum obtinente, impugnatur nos, & reliqua regni parte depulsuri: maiorem enim eius partem Hieroboamus iam nunc iniusta vi occupat. Sed nō diuisuetur sua tyrannide, dabit Deo panas perpetrorum scelerum, qui finem imponet eius nefarijs facinoribus, quandoquidem ipse nō vult imponere, atq; etiam vos ad omnem iniquitatem incitare non desinit. Hoc enim autore nulla iniuria prouocati à meo patre, tantu quia malis consilijs seductus, parvū comiter vos allocutus est, irati deseruisti, nō tam illum quām Deum optimū maximū, legesq; eius omnium quæ r̄nquam fuere sanctissimas. Atqui equū erat venia dedisse, nō solum verbi durioris homini iuueni & cōcionādi nō admodū perito, sed etiam si re aliquid per atatem peccasset, vel propter Solomone patrē, & illius in hanc gentē beneficia. Par enim est parentū meritis posterorum errata condonari. Vos verò nullā eorum rationem habuisti, ac ne nunc quidem habetus, sed tam numero ex exercitu contra nos venitis: qua quæso re freti? num aureis illis vitulis, & aris ac lucis celsioribus? quæ non religionis, sed impietas vestra argumenta sunt. An forte multitudine

citudo qua potiores estis, spem vobis facit victoria? At nihil pollet quantumlibet innumera vis exercitus, pro iniustitia contra ius arma ferentis. In sola enim pietate ac iustitia spes victorie sita est, qua profecto penes nos est, qui constanter in fernandis legibus & veri numinis cultu perseveramus: quæ nō manus artificis è materia fragili sculpsérunt, neq; scelestus rex commentus est ad imponendum vulgo ignorabili: sed qui conditor est omnium, & principiu huius uniuersitatis simul & finis. Quamobrem nunc quoq; suadeo ut resipiscatis, & secuti meliora consilia desinatis cōtra instituta patria bellū gerere, per qua ad tantam felicitatē pervenistis. Dum in hanc sententiam Abias verba facit ad Israëliticum populu, interim à Hieroboamo pars copiarū occulite missa à tergo Abianorum conspicitur, qui circumuentos se ridentes non mediocriter sunt territi. Ibi Abias bono animo suos esse iubet, omnemq; fiduciā in Deo ponere, illū certe nullis hominum insidij circumueniri. Ad hanc regis vocē redditus est militi animus, et invocata ope numinis, ad sacerdotum clāsica ingenti clamore sublato alacritatis indice in hostem irruunt. Nec defuit cælestē auxiliū, quod hostium vigorem retudie, Abianis longe præpollentibus. Tantam enim frage ediderunt, quanta in nullis vel Grecorum vel Barbarorum inuenitur commentarijs. Cesis enim quinq̄etis milibus memorabile apud omnes

omnes posteros victoriam retulerunt: & urbes eorum munitissimas vi captas diripuerunt, Belhe- len cum sua ditione, itemque Iordanam & huic coniunctam ditionem. Post eam cladem Hieroboami vires omnino fractae fuere, quandiu Abia fuit superstes. Defunctus enim est non multo post victoriam, exacto tertio principatus sui anno, sepultusque est Hierosolymis in maiorum suorum conditorum, relictis filiis viginti duobus, filiabus sexdecim: is liberorum numerus est mulieribus xiii. ei susceptus est. In regnum successit filius Asa- nius, matre Machaea genitus, quo regnante Israe- litarum regio decenni pace potita est. Atque hac sunt quae de rebus Abiae sunt prodita. Mortuus est deinde etiam Hieroboamus rex decem tri- buum, cum regnasset annis vigintiduobus, secun- do iam anno regni Asaui exacto. Eius loco im- peravit filius Nadabus, paternae malitiae ac im- pietatis amulus, eoque in principatu biennio exe- git. Quo tempore ducto exercitu ad Gaba'ho Pa- lestinorum urbem, putabat se eam obsidione posse capere: interim quidam est domesticus eius amicus Basanes Macheli filius insidijs interceptum occi- dit, & arrepto regno totam eius stirpe excidit, evenitque iuxta prophetae vaticinium, ut qui ex Hieroboami cognatis in urbe trucidabatur a ca- nibus laniati absumerentur: qui vero in agris, ab alitibus. Atque in hunc modum Hieroboam: fami- lia debitas impietatis et scelerum penas exsoluit.

Aethiop

Aethiopum irruptio in Hierosolymitanū agrū  
sub Asano, & exercitus eorum interitus. C. V I.

**A** Sanus autem Hierosolymorū rex vir erat  
xiiii. **A** moribus honestissimis præditus, & cele-  
stis numinis obseruantissimus: quiq; nihil vel co-  
gitaret vel faceret, nisi pietati ac naturæ legi-  
bus consonum: is correxit quicquid erat in suo  
regno viciosum, sublatis omnibus exoticis im-  
munditijs, habuitq; in exercitu leictissimorum  
pirorum scutatorum ac hastatorum ex tribu  
Iuda trecenta millia: ex tribu item Beniamitica  
scutatorum & sagittariorū ducenta quinqua-  
ginta millia. Eius regni anno decimo Zarao  
Aethiopum rex cum maximo exercitu contra  
eum venit, ducens peditū nongenta millia, equi  
tum centum millia, adiunctis trecentis curribus.  
Huic progresso vsq; Marasam, quæ est vrbs di-  
tionis Iude, occurrit Asanus & instructa con-  
tra eum acie non procul ab urbe in quadā val-  
le, cui nomen Saphatha, ut vidit ingentem Ae-  
thiopum multitudinem, exclamauit, Deum in-  
vocans, oransq; ut victoriam sibi contra tam  
multa hostium millia dignetur annuere. Venis-  
se se ad dimicandum cum Zarao sola illius ope-  
fretum, qui paucos plurimum, & imbecilles for-  
tiū victores posset reddere. Hac peccati Deus vō  
flori & signum obtulit: quo viso rex alacris cum  
hoste conflixit, cæsiq; plurimis, reliquos terga  
vertentes vsq; in agrum Gerarenum persquu-  
116 est.

tus est. Versi deinde à cædibus ad rapinas Gera-  
 ra capiunt ac diripiunt: idem & in castris ho-  
 stium factum est, vnde multum auri egestū est,  
 prædiq; abacta camelorū, iumentorum, & gre-  
 ges pecorum. Tanta victoria diuinus parta di-  
 tati omnes reuertuntur Hierosolyma: iamq; non  
 longe aberant, quum illis propheta Azarias sit  
 obuiam: is posteaquam agmen consistere iussit,  
 orsus est dicere, hanc victoriā diuino favore eis  
 contigisse propter seruatam iustitiam ac pista-  
 tem, & quia kmpēr Dei voluntati obtempera-  
 uissent. Quod si ita ut cœperant pergerent, in po-  
 sterum quoq; victorias de hoste & vitam for-  
 tunatam ei uisdem favore illis expebandam: siu  
 vero à religione desciuerint, omnia cōtraria il-  
 los manere: sequunturumq; tale tempus, in quo neq;  
 propheta verax in populo reperiatur, neq; sacer-  
 dos iustitiae cultor. Tuncq; & urbes eorū sub-  
 uertendas esse, & gentē per omnes terras disper-  
 gendas, erronumq; more vitam acturam nullis  
 certis sedibus. Quapropter hortabatur ut dum  
 tempus esset probatissi studerent, & diuinū fau-  
 rem sibip̄s non inuidarent. His audiis rex vna  
 cum populo ganisi sunt, dederuntq; operā & pu-  
 blicē & privatim ut religio farta tecta mane-  
 ret, dimissis à rege per totam regionē à quibus  
 hoc negotium diligenter curaretur. Nunc reli-  
 elis in hoc statu Asani duarum tribuum regis  
 rebus, reuertor ad Basanem Israëlitarum regem.  
 qui

qui Nadabo Hieroboami filio cæso regnum eius  
occupauerat. Hic in Tharsē vrbe electo domici-  
lio vigintiquatuor annis regnauit, sceleratior,  
magisq; impius quam vel Roboamus vel illius  
filius, afflictor populi, & aduersus Deum con-

3. Reg. 16 tumax. Quapropter misso ad eum Gimone  
propheta prædixit se totum ipsius genus excisu-  
rum, & eisdem quibus prius Hieroboamum cla-  
dibus profligaturum, eo quod rex à se constitu-  
tus ingratus fuisset, nulla in administrando re-  
gno pietatis aut iustitiae ratione habita, quibus  
virtutibus nulla vel utilior populo, vel Deo gra-  
tior: sed sceleratissimi Hieroboami factus imi-  
tator, omnibus eius vitijs sese contaminasset: cui  
cum similis esse voluerit, merito etiam similem  
exitum habiturum. At Basanes posteaquam co-  
gnouit imminentes pro scelere sibi ac suo generi  
calamitates, non hoc curauit ut correctior in po-  
slerum & ante aëtorum paenitēs placato numine  
vitaret exitiū: sed velut proposito præmio si stre-  
nuè pergeret, ac si per prophetā ampliaspes pro-  
posita, non calamitas denuntiata esset scipso fa-  
ctus nequior, indies data opera scelus scelere cu-  
mulabat. Postremo cù exercitu aggressus est vr-  
bem non ignobilem Ramathonē, distante qua-  
draginta stadijs à Hierosolymis: quā captā mu-  
niebat, ut eam sedem belli faceret, unde sui mi-  
litēs excursionibus regnū Asani vastarent. Ve-  
ritas autem eius conatum Asanus, & cogitans  
quam

quam multa damna sua regioni relictus apud Ramathonē exercitus inferre posset: misit ad regē Damascenorū legatos cum pecunij, ambiens eius societatem, & admonens quod paterna inter ipsos intercederet amicitia. At ille & pecuniam libeter accepit, & societatem cū eo inuit, relecta Basanis amicitia: moxq; suos duces iubet cū exercitu in illius ditionē proficiunt & vrbes hostiliter infestare: qui sine mora alias incenderūt, alias diripuerūt, videlicet Achionē, Danam, & Abelmaen. His auditis Israëlitarum rex, omissa munitione Ramathonis, ad suas res tuendas reversus est. A sanus autem è conuecta ab illo materia duo firma oppida in eo loco condidit, quorū alteri nomē Gaba, alteri Masphe. Nec postea Basanæ bellū instaurare valuit, fatali morte prænatus: sepultusq; est in Arsane oppido. In regni successione filius Elamus: hic post alterū regni annum perire, per insidias cæsus à Zamare sui equitatus dimidiae partis magistro: epulantem eum apud Osam suum procuratorem, immissa equitū turma facile oppressit, per absentiam tam præfectorum quam militum, qui tum omnes in obsidione Gabathonis Palæstinorū vrbis occupati fuere.

Basanæ stirpe sublata apud Isi aëlias Zamares, & post hunc Amarinus & Achabus filii, regnum obtinere. CAP. VII.

**D**ende ex magistro equitum factus rex, totam Basanæ stirpē iuxta Gimonis ra-

sicinum extinxit. Eodem enim modo eius familia  
 radicatus interiit propter impietatem, quo Hiero-  
 boami progeniem internecione absuntam di-  
 scimus. Interea qui Gabathone obsidebat exerci-  
 tes, audito regis casu, & quod Zamares occisi a  
 se recogni inuasisset, & ipse Amarino imperato-  
 ri suo regnum detulit: qui soluea Gabathonis ob-  
 sidione ad Tharsen regiam properat, eaq; expu-  
 gnata vi potitur. Zamares videns urbem sine  
 presidio, in intimâ regiam se recepit, subiectoq;  
 igne simul cum ea se quoq; concremavit, regni  
 sui die septimo. Quo facto confestim populus in  
 diversa studia scissus est, alijs Thamano, alijs  
 Amarinam regnare volentibus: cuius factio  
 quum tandem vicasset, occiso Thamano solus totius  
 populi regnum obtinet. Trigesimo anno re-  
 gni Asani regnauit Amarinos annis duodecim,  
 sex Tharsa reliquos sex Mareone, quae à Græcis  
 Samaria dicitur. Ipse Samaraum vocavit à Sa-  
 maro, de quo montem emerat, in quo urbs sita  
 est. Hic nihil à prioribus regibus differebat, nisi  
 quod illis fuit sceleratior. Omnes enim hoc tan-  
 sum agebant, ut populum quotidianiis impieta-  
 tibus a Deo alienarent. Quapropter iratus  
 Deus, effecit ut alius alium tolleret, & cum to-  
 to suo genere extirparentur. Hic Samaria diems  
 suum obiit, succedente Achabo filio. Hinc certè  
 videre licet, quam cura sunt Deo res hominum,  
 & quomodo bonos diligat, malos contrà fundi-

tus eradicet. I Israëlitarū enim reges propter impietatem brœvi tempore aliis ab alio cum totis familys sublati sunt. Asanus vero Hierosolymorum duarumq; tribuum rex ob pietatē ac insti-  
tiam feliciter Dei sauore viuens ad extremam peruenit senectam, et post vñū & quadraginta regni annos bona morte decebat: cui mox losaphates succedit filius, ex Abida matre natus, omnium testimonio pro avita pietatis ac forti-  
itudinis amulus, quibus Davidem sanctissimum regem retulit, quemadmodū paulò post dicitur.

Caterū Achabus Israëlitarum rex habita- XIIII.  
uit Samaria, vbi vigintiduobus annis regnum tenuit, nihil de priorum regū institutu mutans, nisi si quid fortè deterius commētus est. Omnia enim impietas representavit ac sclera, sed Hieroboamī precipue:nam & vacas ab eo con-  
secratas adoravit, & alias super hanc impieta-  
tes addidit. Vxorem præterea duxit filiam Itho-  
bali, Tyriorum ac Sidoniorum regis, cui nomen  
Iexabala: moxq; ab ea domesticos illius deos co-  
lere dedit. Erat hac muliercula audax & te-  
meraria, adeoq; impotentis insania, ut non veri-  
ta sit templum Beli deo Tyriorum exadifica-  
re, & lucum omnis generis arborum plantare,  
cui etiam sacerdotes & falsos vates instituit.  
Quin & ipse rex hoc genus hominum frequens  
circa se habere delectabatur, demelia & mali- 3. Reg. 17  
dia omnes ante se reges superās. Hunc propheta

quidam Dei maximi è Thesbone Galaditica  
vrbe oriundus adiit, dicens eū prænūtiare, quod  
nec pluviā illis annis datus sit, nec rorem, do-  
nec ipse ratus non compareret. Additoq; iurein-  
zando quo magis rē confirmaret, secessit, ad tra-  
ctum australēm, vbi ad torrentē quendā dege-  
bat, unde potum haberet, nam cibus ei quotidie  
per coruos afferebatur: qui postquā ob inopiam  
imbrium exaruit, iubete Deo profectus est Sare-  
ptam, quod oppidū Tyrū inter & Sidonem sitū  
est. Illic enim se mulierē viduam iniēturā pre-  
monitus fuerat, quae alimēta suppeditaret. Iamq;  
non longe à porta aberat, quum videt mulierem  
operariam ligna colligentem, & significante  
Deo hanc fore eius alricem, salutat an prius ro-  
gauit ut aquā potabilem afferret: abeuntemq;  
iam ruocans, & panē portare iussit. Iuravit illa  
nihil sibi domi esse prater unicum farinā pugil  
lum, & olei paululum: venisseq; se eo ut calle-  
tis lignis sibi ac filio panem coqueret, quem ubi  
comedissent fame absumerentur, quandoquidem  
nihil superesset aliud. Tum propheta, Vade, in-  
quit, bono animo latiora sperans, & primū mihi  
paululum paratum affer: posseceor enim tibi,  
nuquam in vase illo farinā defore, nec oleū in  
fidelia, donec Deus det plusiam. Paruit mulier,  
& quacunq; propheta petierat fecit: deincepsq;  
& sibi & filio & hospiti sat alimentorum ha-  
buit: nentrum enim horum defecit, quando du-  
ravit

venit siccitas. Meminit autem huius inopiae pluuiarum etiam Menander in gestis Ithobali Tyriorum regum, sic scribens: Hoc regnate etiam pluuiarum defectus fuit ab Hyperberetaco menje usq; ad insequentis anni Hyperberetacum continuus. quia cum supplicationes indixisset, sequuta est magna vis tonitraum. Hic Botrym in Phoenice condidit & Auxatem in Africa. His verbis dubio procul siccitatē factā sub Achabo, cuius tempore Ichobalus apud Tyrū regnauit, Menāder in suos commentarios retulit. Mulier autem illa prophetæ hospes cum filius eius morbo præualente expirasset, eiulans & voces quas dolor exprimebat emitens, querebatur de aduentu hominis qui peccata eius detexisset, ideo multatā se filii morte deditas. Ille consolabundus iubet eam sibi tradere filium, brevi recepturā vium: acceptūq; mox in propriū cubiculū detulit: quo deposito super suū lectulū, exclamavit ad Deū, nō bonā hospitiū gratiā altrici relatam extincto ipsius puerō: rogabatq; ut remisso spiritu vitā ei restitueret. Itaq; Deo genitrice miserāte, & prophetæ gratificātē he videretur infortuniū secū in hospitiū intulisse, præter omnē expectationē recepit puer spiritū. At illa gratias egit vati, dicens, nūc demū se agnoscere diuina metu interpretē. Paulo deinde I. Reg. 18 post Dei iussu ad Achabū proficiscitur, indicatus ei venturā pluuiā. Erat tunc fames per totā regionē, & magna rerū ad victū necessariarū

penuria, ut nō solū hominibus panis deesset, verū etiā equis ceterisq; iumentis terra negaret pabulum: tanta erat vbiq; siccitas. Rex igitur rexato dispersatore Obedia, cui iumentorum curam mādauerat, iussit vbiq; fontes & torrentes perquirere, sicubi inueniretur herba ad secundū iumentū pabulum. Cumq; multū quasitus propria Heliās nusquam compareret, iussit Obediam quoq; se sequi. Partitis deinde itineribus, aliam rex, aliam dispensator viā ingreditur. Erat autem pius, & quo tempore Iexabel regina in prophetas saniebat cadibus, centū ex eis in cavernis subterraneis abdiderat, pane & aqua sustentandos. Hic à rege digressus Heliās occurrit, & ex percontations agnitus à venerabundo salutatur. Mox propheta mandante ut aduentū suum regi nunciet: quo, inquit, meo merito me mittis ad eum qui te vbiq; gentiū ad necem perquisitis? Quis enim locus est ad quem attracturos te non miserit? Nunc fieri potest, ut dum ego regē adest, se Dei spiritus quo agitaris aliò rapiat, & rex se non reperto frustratus in caput meū sanias. Noli esse in meo periculo tam scurus, quō scire possis quām sim studiosus tui similiū, qui centum Dei homines furori Hiezelbelis eripi, & nunc eis in latebris alimenta suggero. Propheta contrā iubet, ut nihil metuens regem adeat, sacramento interposito se quoq; eadem die in eius conspectum venturum. Quo indicio postquam

Achabus

Achabus Heliā adesse didicit, in occursum eius properat: & cum indignatione, Tu ille es, inquit, Hebraorum turbator? tūne sterilitatis huius autor? At ille nihilo blandior, ipsum & eius familiam cum suis externis sacris causam malorum omnium asseuerat, insectis peregrinis numeribus, & pro abrogato veri Dei cultu suppeditis. Mox iubet ut eat, & totū populum in Carmelum montem ad se conuocet, simulq; suos & uxoris vates, quorū numerum etiam non tacuit: præterea lucorum prophetas quadringentos plus minus. Ut verò omnes acciti à rege ad constitutum locū confluerunt, Heliās in medio cōsistit, & Quousq; inquit, inter vtrunq; vacillabitus? Si enim D̄cum nostrum verū & solum creditis, huic, & mandata eius sequimini: quod si non huic, sed externis diuinis honores deberis existimatis, illos igit recipite. Populo verò nihil ad hac respōdēte, Heliās postulat, ut quo certiore arguimento vel p̄priū vel alienorū probetur potētia, sōlo ipse D̄s sui vates cōtra illorū trecētos cōcedat, accepto bone, et in lignorū struē imposito, sed nullo igne subdato: idē oportere & illos facere, atq; ita invocare suos deos, ut ligna relint ac cēdere. Hoc enim pacto verā Dei naturā dignoscī posse. Que sensētia postquā placuit iubet Heliās prophetas illos electo bone priores sacrā rem facere, & sua nominatim inclamare numina. Cūq; suis precib⁹ es invocationibus nihil profir-

cerent, ludens Helias altius eos iubet vocem attollere, si forte aut peregrinè absint aut dormiant. Illis verò à mane usq; meridiem frustra inclamantibus, & more patrio cultris ac lanceolis sua corpora incidentibus, cum iam suæ vices sacrificandi venissent, amotis sacrificis illis sanatis iussit vulnus proprius obseruare, ne forte clam ignem admoueret: qui postquam accessit, acceptis duodecim lapidibus iuxta numerū tribuum Israëliticarum altare ex eis instaurauit, foditq; circū illud fossam bene profundam: & coaptata super altare strue lignorū, victimāq; desuper imposita, quatuor hydrias fontana aqua plenas super altare iussit effundi, ita ut fossa quoq; repleteur aquis superfluentibus. Quibus peractis, caput invocare Deum, precariq; ut erranti iam diu populo ostendat suā potentiam: & ecce adhuc illo errante, ignis repete de calo in altare lapsus inspectante populo, tum victimā, tē aquā omnem circumfusam absunst. ita ut locus fieret aridus. Quo viso Israëlite prostrati in terram unum Deum adorant, hūc maximum & solum verū cōfītendo: ceteros nihil aliud esse quam nō mina vanis stultorū hominum opinionibus conficta: moriq; comprehensos eorum prophetas interficiunt. Helia sic iubente: qui & regem abire ad prandium iussit, nec esse amplius sollicitum, breui enim visurū pleniam. Quo abeunte Helias vertice Carmeli descendit, & cum humi de sedisset,

disset caput genibus applicuit, iussitq; famulum  
ascenso quodam scopulo ad mare prospicere, &  
indicare sicubi nubē excitari viderit. Paruit ille  
non semel ascenso scopulo, sed nihil se videre re-  
tulit. Tandem septimo r̄ruerſus ait se vidisse in  
aère necio quid nigricans humano vestigio non  
amplius. Quo audito Helias mittit eum mox ad  
Achabum, iubens ut rex properè in urbem re-  
deat, prius quam profusus imber occupet. Qui  
postquā ad Iesraēlam urbem cœpit tendere, sine  
mora offuscato aère & inuoluto rubibus pro-  
cella mixtus imber superuenit, & propheta cor-  
reptus immine regium currū vsq; Iesraēlā Axa-  
ri urbem currens prosequuntus est. Iex. abelaverò 3. Reg. 19  
Achabi vxor audito prodigo per Heliam pa-  
trato, quodq; prophetas ipsius omnes interfecis-  
set, misit ad eum nuncios minando se illum occi-  
firam, quēadmodum ipse prophetas occiderat:  
& Helias territus fugit in urbem Bersabe, qua  
est in extremis tribus Iudea finibus, Idumeæ cō-  
termina: relictoq; ibi famulo, ipse in desertum  
abijt. Cumq; precatus esset mortem, quod nō es-  
set ceteris melior, ut illis absumptis ipse vita cu-  
pidis esse debeat, sub arbore quadā obdormiȝt:  
& excitatus à quodā, surgens inuenit aquā ac  
cibum oppositum & cum comedisset collectis ex  
hoc cibo virtibus, ad Sineū vsq; montē peruenit,  
in quo Moÿses à Deo legem accepisse proditur:  
vbi nactus amplius quendam specum, ingressus

habitare illic decreuit. Allapsa deinde ad aurem eius voce incertum unde prosecta, percontante quamobrem relicta vrbe desertum coleret: ait se occisis externorum deorum ratibus persuasisse populo, quod unicus sit Deus qui ab omnibus coli debeat: & ob id factū ad supplicium se à regina expeti. Mox eadem voce iussus in crastinum sub diuum prodire, auditurus quid opus factio fit. Sequenti luce è spelunca prodit, ibi ex terramotus eius aures percudit, & oculus se condens igitur fulgor obtulit sequiturq; mox silentio, divina voce nihil terrei praesentibus, iussus est: neminem enim inimicoru fore illius compotem: mandatumq; mox, ut domum reuersus, declaret populi regem, Ieum Nemessai filium apud Damascum verò Syrorum Azaclem: & pro se prophetam Heliensem constituat, ex Abela vrbe oriundum: impios enim paenam daturos, alias Ieus regi, alias Azaeli. His auditis Helias in regionem Hebraeorum reuertitur: & quum offendisset Saphati filium Helisam arantem cum quibusdā alijs impellētibus iuga duodecim, accessit & ei pallium suū iniecit: qui egestigio prophe-tare occcepit, reliquisq; bubus, sectator Heliae fatus est. Rogavit tamē vt prius sibi liceret parere valedicere, quo impetrato illū sequuntus est, indiuidus postbas minister ac comes. Et prophete

XIIII. te quidem huius res ita se haberunt. Ceterum 3. Reg. 21 Nabuchodinus quidam cuius urbis Aratri, quili prae-dictum

diū haberet regūs fundis contiguū, sepe rogatus  
 ab Achabovt ei quātlibet precio vēderet rūs fi-  
 nūtūm, adiungendū regio: aut si mallet vnum  
 aliquid è regūs pro eo sibi eligeret: negauit sē id  
 facturum, gratius enim sibi esse, è pateris agris  
 fructus percipere. Rex non aliter quām si suam  
 possessionem am̄ sifset, quia non licebat alienam  
 occupare, contristatus, nec lauare voluit, nec ci-  
 bum sumere. Iex abela verò citante quid accide-  
 rit, vt nec balneum admittat, & cōnam ēquē  
 ac prandium fastidiat. quām rusticus sit Nabu-  
 thus es denarrat. Vsum se apud eū comū sermo-  
 ne, & infra regiam maiestatē demisso, pro qua  
 humanitate nihil nisi repulsa retulisse. Mulier  
 contrā hortatur vt magno sit animo, & mōrō  
 misso ad consuetā corporis curam redeat, sed da-  
 turam operam, ne Nabuthus hanc contumeliam  
 īspūnē auferat, Moxq; literas Achabi nomine  
 scriptas mittit ad Israēitarum praciuos, hoc  
 argumento: Iubebantur iudicio ieunio concio-  
 nem aduocare, & in ea primū locum Nabutho  
 propter illustre genus attribuere. Deinde subor-  
 matis tribus virū nihil non auſuris, horum testi-  
 monio convictum eum blasphemie populo lapi-  
 dandum obūcere, atq; hoc modo de medio tollere.  
 Id quod ita vt regina scripscrat factum est: &  
 Nabuthus tali testimonio convictus Deo ac re-  
 ge fecisse conuictum, à populo est saxis obrutus.  
 Quod rbi Iex abela relatum est, regem accedit,  
 suadetq;

suad:tq; vt sine suo sumptu vinetorum Nabu-thi hæreditatem capessat: & ille exiliens præ gaudio, ad viscendum id prædium euestigio se confert. Deus autem iratus Heliam mittit, vt regi in eo rure occurrat, rogetque, Quid ita occiso vero domino eius prædij hæreditatem iniuste sibi usurpet. Quem ubi ad se venientem videt, turpe ratus obiurgari, prior fassus erratum, ad satisfaciendum ipsius arbitratu se obtulit. Tum rates prædicti, eo loco ubi Nabuthi caderet à canibus absumptum est, fundendum & regis & reginæ sanguinem, & totum eorum genes delendum propter tam crudele scelus, quo ciuem contra ius per calumiam oppreßerat. Tum denum Achabum eius facinoris penitentia subiit, & induitus saccum, nudisq; pedibus à cibo abstinuit, peccatum confitens. & Deum ita placare cupiens. Deus verò per prophetam denunciat, se quidem usq; post eius obitum dilatarum vindictam, quandoquidem sceleris paenitentia: minas tamen vanas non fore, sed Achabis filium pro commissis paenas daturum.

Adadis Damasci & Syriæ rex bis contra Achabum ducto exercitu profigatur. C.VIII.

**D**3.Reg.20 **V**m hac circa Achabum geruntur, eodem tempore Adadis filius Syrorum & Damasci rex, contractis è toto regno suo copijs, ascituq; ultra Euphratrem triginta duobus socijs regibus, contra Achabum duxit, qui intelligens se imparem

impare eius copys, à congressu quidē abstinuit,  
sed coactis ex agris in urbes munitissimis omnibus, ipse māsit intra Samariā: cincta enim erat  
mānibus firmissimis, & alioquin videbatur ex-  
pugnatū difficultis. Syrus autem cum exercitu ed  
venit, & obsecram urbem oppugnare caput mis-  
soq; caduceatore ad Achabū, petiit ut sibi liceat  
legatos ad eum mittere, proposituros quidnam  
peteret. Quo impetrato quum venissent legati,  
ita ut illus mandatum erat, aiunt Achabi diui-  
tias & liberos & uxores esse Adadi: quod si  
ipse quoq; fateatur, & permittat ei quicquid li-  
buerit ex his sumere, adducto exercitu regē ob-  
fisionē soluturum. Achabus verò iubet legatos  
regi suo renunciare, & ipsum & suos omnes fa-  
cultatesq; vniuersas in potestate illius fore. Post  
hanc legationē rursum aliam Syrus misit, postu-  
lans ut quandoquidem ipsius confessione omnia  
sua essent, admitteret crastina luce mittendos in  
hoc famulos, eisq; liberum faceret regiā & ami-  
corum ac cognatorū domos scrutari, & auferre  
quicquid in eis inueniū fuerit pulcherrimū. Relā  
qua quia illis non placuerint, sibi haberet. Achab-  
bus letus secunda legatione Syri, aduocata con-  
cione, dicit se libenter pro pace & ciuium in-  
columentate uxores ac liberos suos, omnesq; facul-  
tates proprias fuisse traditurum. Hoc enim pri-  
ma legatione Syrum petiisse. Nunc verò misisse  
eum famulas qui omnium aedes scrutetur, et ni-  
hil in-

hil in eis quod sit pulcherrimum relinquane, nimirum belli ansam querentē: ut quandoquidem sciat propter amorem ciuium paratu rebus suis non parcere, occasionem belli ex illorū rebus arripiat: facturum se tamen, quicquid ipsis visum fuerit. Reclamauit tota concio contēnendum esse cum suis mandatis insolētem barbarum & bellum alacriter gereundum. Accitis igitur legatis hoc responsum referendum dedit, quod primus postulatus nunc quoq; consentiat securitatis ciuium gratia posteriora non admittat: atq; ita eos dimisit. Hoc responso commotus ad iram Adadus tertio legatos mittit cum minis: ferocē eum esse fiducia manium, se verò parē illis ag gerem excitatorum, si vel pugillum terra singuli milites conferāt, volēs eum copiarum multitudine perterrefacere. Achabo verò respondentē, inter armatos non verbis sed factis decernendum, legati reuersi cœnati tum forte cum triginta socijs regibus respoſa referūt. Ille cuestio mandat circumallari urbem & ag gerem erigi, ex nullam oppugnādī rationē pratermitti. Interim Achabus cum omni populo minimum à desperatione aberat, sed huic timore ei propheta quidam superueniens exemit, dicens, Deū polliceri, daturū se victoriam de tanti multis hostiū millibus. Regatus deinde per quos hac vitoria cōtinget: Per filios, inquit, principum, sed te regente illorū imperitiam. Accitis: gitur principum filijs, qui triginta

ginta duo erant supra ducētos, cognito quod Syrus ad epulas & luxū se dedisset, pater factus repete portis emittit iuuenes. Id postquam ei per speculatorem est significatum, misit quosdā eis obuiam cum his mandatis, ut siue paccati veniāt, siue pugnatū, viros tōs ad se pertrahāt. Interim Achabus etiam reliquum militem intra mēnia paratū cum armis habuit. Filij vero principum congressi cum excubis, multis occisis reliquos usq; ad castra persequuntur sunt. Quod ubi succedere Israēlitarum rex animaduertit, reuersus reliquū exercitū emittit. At illi repentinio impetus in Syros delati, facile eos profligāt, nihil tale exspectātes: quo factū est ut in ebrios et inertes impingerent, ita ut relicta in castris armatura fugeret, & rex ipse praecleris equo vix ens serit, Achabus vero longo spacio Syros persequitus est, cadendo quotquot assequi datum est. Dōreptis deinde opulentis castris, auro & argento refertus, captis etiā equis Adadi & curribus, domū in urbē reuersus est. Ceterū propheta monente ut in sequentē etiam annū paratus sit, & ex exercitu in prōptu habeat, reuersū enim Syrū iterū: rex omni ope bellū apparat. Porro Adadus seruatus ē clade cū reliquis exercitus, aduos catis amicis consultabat quomodo cum Israēlitis bellū gerere debeat. Illi suaserūt nō esse posthac cum eis in montanis configendū, Deū enim eorū in talibus locis poliere, & ideo se nunc ab eis videntes

Etos: sed si in campestribus cōmittatur pralium,  
facile se superiores fore. Præterea consuluerunt,  
ut dimissus regibus, quos secum in expeditionem  
duxerat, copias eorum retineret, & satrapas il-  
lis præficeret, supplémentumq; in sua diuione tam  
equitum quam peditū cōsieberet. Placuit regi  
cōsilium, deditq; operā ut talis apparatus fie-  
ret. Mox ubi primum veris signū se protulit, ex-  
ercitum in Hebreos duxit, & quum peruenisset  
prope oppidum Apheca in magno campo castra  
posuit. Achabus vero cum suis copijs obuiam illi  
progressus, castra cum castris contulit, quamvis  
numero militum longe inferior, Superueniente  
deinde propheta, & victoriā pollicente, ut ho-  
stis contra quam opinabatur sentiret Deū Israē  
litarum non nimis potentem in campus quam in  
montibus, per sex dies à neutrī castris quicquā  
motum est. Septima vero quum hostis pro castris  
aciem explicuisset, Achabus quoq; suos ex ad-  
uerso instruxit. Nec mora collatis signis acriter  
vtrinq; pugnatū est, donec Syri non ferentes He-  
bræorum vim terga verteret: quibus impigre vi  
Etoriam prosequentibus, cōfusum agmen trepidè  
fugientium equitum peditum, curruum, à seipsis  
procudcatum obterebatur: non multis pro tanto  
numero in Aphecam amicam urbem euadenti-  
bus, qui et ipsi murorum ruina oppressi sunt cir-  
citer viginti septē millia: in plio vero centū mil-  
lia hostiū ceciderunt, Adadus aliquot fidissimis  
famulis

famulis comitatus in quandā subterraneā cellā  
se abdidit: quibus clemētiā Israēlitici regis pra-  
dicantibus, & spem venia facientibus, si consueto  
supplicū habitu ad eū mitteretur, permisisti sunt  
hoc facere. Illi induit saccos, & restibus capita  
redimiti, qui tū priscus apud Syros supplicandi  
mos fuit, Achabum aderunt, & salutis tantū gra-  
tiam petere Adadum significat, dedititium eius  
in perpetuū futurū. Tum ille gratulari se ei di-  
xit, quod è pugna evasisset, fratrisq; loco eum se  
habiturus pollicitus est. Famuli accepta sacramē-  
ti fide nihil mali passurū, producunt è latebris ho-  
minem, & adducunt ad Achabū, qui tum subli-  
mis currū volebatur. Et quum adorasset, Acha-  
bus porrecta dextra in currū eum sustulit, ex-  
ceptumq; osculo iussit esse bono animo, & nihil  
se indignum timere, Adadus actis gratijs quam  
longa sibi vita daretur memorē se fore huic be-  
neficij professus est, redditurumq; Israēlitici iuri  
vrbes, quas maiores eius armis occupauerāt: &  
facturū ei liberā potestatem commeandi Dama-  
scum, sicut pater ipius idem ius Samaria habue-  
rat. Födere deinde ictō, & iure iurando firmato,  
Adadus egregiè donatus in suum regnum remis-  
sus est. Post talem Syrorū contra Israēlistas ex-  
peditionis exitum propheta quidam, nomine Mi-  
cheas, accessit ad quendā Israēlitam, iussitq; eū  
ut rubus sibi in caput infligeret, addens Deum  
ita velle. Qui cum parere nollet, daturum inobe-  
dientia

dientiæ pœnâ prædixit, et leonis incurſu peritus-  
rum. Quod cum ita euenisset, alterum propheta  
adixit, id est imperâs. A quo incunctanter ielus, &  
verticē saucius, obligato capite venit ad regem,  
dicens se commilitonē eius esse, & à tribuno ca-  
ptiuū quēdā aſſernandū accepisse: quo ſuga elab-  
pſo periclitari ſe nunc ne interficiatur ab eo qui  
illū tradiderat, quādoquidē hoc interminatus ſit  
ſi captiuus effugeret. Respondente verò Achabo  
merito id paſſurū, ſoluto capite agnoscendum ſe  
Michæas præbuit. Hac autem arte r̄ ſus eſt, quo  
maiore vim verbis ſuis adderet. Ait enim Deum  
in regem animaduersarū, quod Adadū hominem  
impium & cōtra diuinitatē contumeliosis dictis  
furentē elati permififfet. Futurū enim ut ipſe ab  
eo cui pepercit interficiatur, & populus eius ab  
exercitu. Rex libertate propheta offensus, iubet  
eum in carcerem coniici, & vehementer ea pra-  
dictione contristatus domum ſe recepit.

De Iosapheto rege Hierosolymorū. C. IX.

**H**actenus de Achabi rebus: nunc ad Iosaphatū Hierosolymorū regē reuertor: qui  
aucto ſuo regno, & præſidijs per urbes ditionis  
ſua diſpofitū, ne illas quidem ſine præſidio relin-  
quit, quas Abias annis in forte Ephremitica de  
Hieroboamo decē tribuū rege ceperat. Hic rex  
perpetuo propitiū & auxiliatore Deū habuit,  
quod eſſet vir iuſtus ac pius, et per ſingulos dies  
dabat operā ut aliquid gratū Deo faceret. Quo  
factum

factum est, ut & ipsi à circumquaque vicinis re-  
 gibus multus bonus haberetur, id quod missan-  
 dis ad eum muneribus declarauerunt, ut hinc quoq;  
 tam duxit & regis quam fama non mediocre in-  
 crementum caperent. Anno autem regni sui ter-  
 tio conuocatis principibus & sacerdotibus eius  
 regionis, iussit eos clire rniuersam dictationem, &  
 populum oppidatim leges Moysis, earumq; obser-  
 uantiam atque religionis cultum docere: quod  
 adeò libenter ciues complexi sunt, ut certamen  
 huius studij inter eos suscepimus vidiri posset.  
 Finitimae quoque gentes constanter hunc regem  
 amabant, pacem inuiolatam cum eo seruantes.  
 Palæstini etiam ordinaria tributa persolue-  
 bant, & Arabes annuos sexcentos triginta  
 agnos, paremque hædorum numerum. Muniuit  
 etiam magnas urbes ac validus, & exercitus  
 armis bene instructos contra hostem aluit: ex  
 tribus Iudeæ scutatorum trecenta millia, quibus  
 præcerat Edras, Ioannes vero ducentis milibus.  
 Idem dux habebat ex tribu Beniamitica sagit-  
 tariorum peditum ducenta millia: aliis præter-  
 ea dux nomine Ochobatus duobusbat centum  
 octuaginta scutatorum millia, absque militibus  
 qui per oppidorum praefidia fuere dispositi. Du-  
 xit deinde filio suo Ioramo Achabæ decem tri-  
 buum regis filiam Gotholiam. Cumq; liberus et  
 ei Samariam inuisere, benignissime ab Achabo  
 exceptus est, atque etiam militia que suum re-

gem comitabatur, publice exhibito frumento, vi-  
no & carnibus. rogatusq; est ab Achabo, ut con-  
tra Syrorum regem arma cum eo coiungeret, ad  
recipiendam urbem Ramathā in regione Gala-  
ditica, quam de ipsis Syri patre ceperat. Iosaphato verò auxiliū pollicito, quod nō minore ha-  
beret exercitū, & Samariā accitis à Hierosoly-  
mis copijs progesi extra mœnia duo reges &  
sedēte in suo quisq; folio, stipendia militibus nu-  
merabant. Iosaphatus verò censebat si qui pro-  
phetæ essent accersendos, & cōsulēdos de expedi-  
tione que contra Syrū parabatur, an & illi vi-  
deretur eo tempore suscipienda. Et enim Achabo  
amicitia cū Syro intercedebat triennio cōtinuo,  
ex quo captiū eū dimiserat vsq; in illam diem.

Achabus à Syris bello laceratis in prælio vi-  
sus occiditur.

C A P. X.

**A**chabus verò accitis suis prophetis nume-  
ro quadringētis, iussit eos ex Deo scitari,  
an daturus sit regi bellum contra Adadum mo-  
uenti victoriā, & urbi dominii propter quam  
bellum instaurare placuit. Prophetis verò bellis  
suadentibus, vincendum enim Syrum, & in po-  
testatem venturum, quemadmodū antea : Iosaphato suboluit fucus ex eorum verbis, & quod  
falsi vates essent : percontatusq; est Achabum,  
num quem alium præterea prophetam habeat,  
ut certius etiā futura præscire valeant. Respon-  
dit ille, Esse quidem & alium, sed sibi insu sum,  
quod

quod malum eventum prædicat, foreque ut ipse a Syrorum rege occisus pereat: et ob eam causam in carcere eum nunc esse inclusum: eum vocari Michaeam Iembla et filium. Iosaphato vero postulante eum produci, missus cubicularius prophetæ adduxit: qui inter eundem ei indicauit, cateros omnes prophetas victoriam regi prædicere. Respödit ratus, sibi non licere contra quam Deus moneat mentiri, sed dicturum se quicquid ex eo de rege cognoverit. Vbi vero ad regem peruenit, admiratus ut vera loqueretur: ait sibi Deus ostendisse Israëlitas fugientes, et in sequentibus Syris dispersos, non aliter quam greges sublati pasto-ribus. Hoc quoque significare Deum dicebat, quod ceteris in columbus redemptibus. solus Achabus in prælio cadere debeat. Hac loquitur Michæa, versus ad Iosaphatum Achabum: Nonne, inquit, modò tibi dixi quam male mihi velit iste? Michæa vero constanter asseverante, se nihil nisi iussu Dei prædicere, illum vero spe victoria sollicitari a pseudoprophetis ad bellum, in quo ipse cadendū sit, rex attētus cogitare cœpit. Interea Sedecias quidam unus est pseudoprophetis in mediis progreditur, negans curandum quid Michæas garriat: nihil enim veri eum prædicere: argumento esse prædictionem Helie, qui sine dubio melius quam iste futura cerneret. illum enim prædictissimum apud Iezraëlam in Nabuthi suburbano lambendum a canibus regis sanguinē, quemadmodum

Lampsissent cruorem Nabuthi opera ipsius lapi-  
dati à populo. Per spicium igitur esse istum men-  
tiri, qui longè præ anteriori prophetæ non verea-  
tur contrarium dicere, quod peritus sit rex ab  
hinc die tertia : sed mox fore euidentius etiam  
quam verax sit, aut afflatus diuino spiritu. Per-  
cussus, inquit, à me in facie, a refaciat mihi dex-  
teram, sicut Iadon fecit Hieroboamo, cum com-  
prehendi eum prophetam iussisset, puto enim te  
audiriisse, quod hoc ita factum sit, & cum dicto  
influxit ei lapam : cumq; ei nihil mali propter  
hoc accideret, securus iam Achabus non amplius  
dubitauit copias contra Syrum ducere: vincbat  
enim, opinor, fati vis, plus fidei falsis quam ve-  
ris prophetis astriuens, & causas ad futurum  
euentum præstruens. Sedecias vero aptatis sibi  
ferreis cornibus, dicit Achabo, Deum significa-  
re ventilandam cornibus uniuersam Syriam:  
Michæa contrà assuerante, breui fore, ut Sede-  
cias è cella in cellam fugiat latebras queritans,  
ne luat poenas vaniloquij: iratus rex, iubet eum  
apud Achamoneum magistratum urbis haberi in  
custodia, nec aliud quicquam prater pacem &

X V. aquam ei præberi. Atq; ita duo reges versus  
 3. Reg. 22 Ramatham cum copijs profecti sunt: quo auditio  
 rex Syriae cum exercitu eis occurrens, non procul  
 à Ramatha castra posuit. Conuentum autem erat  
 inter reges socios, ut Achabus priuato habitu  
 versaretur in prælio, Hierosolymitanus vero  
 sumpto

sumpto Achabi cultu staret in acie, quo facilius  
Michæ & vaticinum eluderent : sed inuenit eum  
fatum etiā signe insignibus. Adadus enim man-  
dauit per tribunos militi, ut neminem alium oc-  
ciderent, sed solum regem Israclitarum. Syri ve-  
ro primo congressu videntes Iosaphatum stan-  
tem ante aciem, rati esse Achabum, impetu fa-  
cto eum circumuerunt : sed postquam ē propin-  
quo cognoverunt esse alium, omnes se retro rece-  
perunt : à mane autē usque ad vesperam pugna-  
tes & vincentes occidebant neminem, sicut eis  
mandatū fuerat, solum Achabum ad necē qua-  
renđo, nec tamen inueniendo. Tandem vi. us ex  
Adadi famulis Amanus nomine missa in incer-  
tum sagitta, regem per thoracem in pulmonem  
fauciavit. Achabus autem noluit hoc scire suū mi-  
litem, ne terga verteret : sed aurigam iussit cur-  
rum extra prælium eusclere, quod graue ac le-  
thale vulnus acceperit. Cumq; vehementer cru-  
ciaretur, persistit tamen in curru usque ad solis  
occubitum, & tandem proflusio sanguinis viri-  
lus deficiens interiit. Iamq; appetēt nocte Syrō  
se in castra recipiunt, & quamprimum per ca-  
diceatorem de Achabi morte cognitum est, solu-  
tis castris domū quisq; reuertitur. Cadaver regis  
Samariam relatu, illic sepultura traditur. & cū  
currus regius cruore fædatus ad Iezarē fontem  
esset ablutus, veritatē Heliæ prædictionis eren-  
tis comprobauit. Canes enī lambent eius

sanguinem, & meretrices posthac ex eo fonte aquabantur. Mortuus autem est apud Ramathā, iuxta Michæe vaticinium. Ergo quoniam utriusq; propheta predictionē euentus cōsecutus est, veneranda sunt illorū oracula; eisq; semper plus oportet tribuere, quam eorū qui ad gratiam loquuntur sermonibus: nec aliter existimare, quam quod nihil sit illis utilius, quādoquidē per ea diminutus monemur quid caueri debeat. Quin & ea reputatio hoc loco subit animū, quod insuperabilis sit fati necessitas, que etiā sc̄i p̄ficiatur, præcaueri tamē non potest: sed tam diu homines sibi vana spe blandiuntur, donec in illius casses incident: nam hoc quoq; Achabo fatale fuerat, ut prænuntiantibus cladē nō crederet, & à prophetatibus ad gratiā deceptus in mortē rueret: cui in principatum Ochozias filius succedit.

## F L. I O S E P H I A N T I - Q V I T A T V M I V D A I - C A R V M, L I B E R N O N V S.

Ioramus Achabi filius Moabitas bello pe-  
titos superat. C A P. I.

4. Reg. 3. C R T O O S A P H A T O autem regi post  
2. Par. 19. suppetias contra Adadum Achabe  
 latas Hierosolyma reuertenti pro-  
pheta Iesus occurrens, reprehendit  
eum, quod cum homine impio & scelerato arme  
coniunx

coniunxisset: Deū enim indignè tulisse hāc societatem, seruasse tamē eū propter suā bonitatē, lices male, quōd nō debuerat fecerit. Post eā admonitionē rex supplicationibus & sacrificijs Deo cōciliato, vniuersam suā ditionē perlustranit, populū leges diuinitas per Moysen traditas, & cultum pietatis docēdo: cōstitutusq; oppidatim magistratibus, hortatus est eos, vt solius iustitia respectu habito ius populus dicerēt, nec munib; corrupti, nec magnatū aut diuitiū captantes gratiā: omnibusq; quod aequū est redderēt, scientes quōd etiam occulta Deus inspiciat. Hec cūm per singulās duarū tribuū vrbes docuisset, Hierosolyma reuersus, hic quoq; iudices è sacerdotiis ac Leuitariis ordine, & primatibus optauit, & hos prius monitos, vt iuste & accurate iura populo redderēt. Quōd si grauiores cōtrouersiae deurrentur ad eos ex alijs cognatis urbibus, de horū negotijs maiore etiā diligētia decerni voluit: quōd eam vrbe maxime aequitatis seruantē esse deceat, in qua & templum simul haberetur & regia: eis summos magistratus ex amicorū numero praposuit, Amasiam sacerdotē, et ex Iudea tribu Zabadian. Per idem tempus Moabita & Ammanita cum Arabum auxilijs bellum inferrunt, & ad Engaddam urbem Asphaltite lacū vicinā castra metantur, trecentis stadijs à Hierosolymis distam, cuius ager egregia palmeta fert, & balsanum. Iosaphatus autem cūm au-

disset hostes superato lacu in regnum suum iam  
 irrupisse, territus concione aducat, & ad tem-  
 plum versus Deum invocat, ut tantum virium  
 & roboris ei suggestus, quantum satis sit ad su-  
 mendum de hoste pienam audacie. In hoc enim  
 templum id exstructum a maioribus, ut quo-  
 ties ab externo hoste immineat periculum, ibi  
 populus coram numen praesens invocet, divinaq;  
 ope adiutus invasores suos male multatos ar-  
 ceat, volentes quae semper divina munificentia con-  
 tigere, per vim ad se retrahere. Sic precatus est  
 lacrymans, accidente eodem totius populi cum  
 uxoribus & liberis supplicatione. Ibi Iaziel  
 quidam propheta exortus a media concione ex-  
 clamat, Deum preces exaudisse, & ipsum pu-  
 gnaturum se polliceri pro sine religionis homini-  
 bus. Nix edicit ut in crastinum se parent, ituri  
 obuiam hostibus, & occursum eis Engaddam  
 inter & Hierosolyma, ad quenam clivum, cui  
 nomen Sis, voce Hebreis significante eminentiam.  
 Ibi non fore opus ut cum hoste confligant, sed  
 pugnantem tantum pro se Deum quieti ipsi specta-  
 tores considerent. Post hoc craculum rex & to-  
 tus populus prostrati in faciem gratias agenda  
 adorabant Deum, & levitatem organis suis hym-  
 nos canebant. Diluculo vero progressus rex in  
 solitudinem subiectam oppido Thecna, a monuit  
 multitudinem, credendum esse predictioni pro-  
 pheticæ, & non strucendam quidem aciem, sed in  
 primo

primo agmine constitutus sacerdotes cum tu-  
lis, & Levitas cum cantoribus, agendisq; Deo  
gratias, non aliter quam liberata iam ab hoste  
patria. Placuit omnibus regis consilium, idq; mox  
etiam exsecuti sunt. Deus vero terrorem & con-  
sternationem immisit Ammanitis & eorum so-  
cys, ita ut alij in alios ruentes hostiliter in se  
inuicem debaccharetur tanto furore, ut ne unus  
quidem ex tot milibus reliquis fieret. Iosapha-  
tus vero prospiciens in vallem in qua castra ho-  
stium fuerant, cum totam videret refertam ca-  
daueribus, latu tam in opinato Dei auxilio,  
quod sibi citra sudorem & sanguinem victoria  
contigisset, permisit suo militi castra diripere,  
& spoliare cadavera: tantaq; fuit multitudo, ut  
agre per integrum triduum omnia spolia legerent.  
Quarta vero die congregatus totus populus in  
quandam conualem, potentiam & auxilium  
Dei debitum concelebrauit laudibus: a quo facto  
postea locus nomen inuenit, ut in perpetuum Con-  
uallis laudationis appellatus sit. Inde reuersus  
cum exercitu rex Hierosolyma, per aliquot dies  
in sacrificijs occupatus fuit, ac epulis. Quin &  
in exteras gentes tam mirifica victoria fama  
perlata, eam regi sanctitatis ac pietatis opinio-  
ne conciliavit, ut res eius sibi diuinis numinis tu-  
tela esse pro comperto crederent: mansitq; usque  
extremum eius die hæc persuasio. Erat autem ami-  
cus & Achabii filio, qui cum Israelitis praerat;

cum

cum quo inita societate parādarum nauium, que  
merces in pontū peterent, ac emporia Thracie,  
iacturā fecit hanc minimā. Nauigia enim ab-  
sumpta sunt naufragijs, quod non bene regeren-  
tur prae magnitudine. Quo factū est ut hac cura  
vacaverit in posterum. Atq; haec tenus de Iosa-

phato. Achabi verò filius Ochozias regnauis

4. Reg. i apud Israēlitas, & regiam Samariam, vir pes-  
simus, & utriq; parēti omnino similis, & Hie-  
roboami primi Israēlicarum seductoris amulus.  
Eius regni anno secundo Moabitarum rex defe-  
cit, & tributa qua patri eius solitus erat, pen-  
dere amplius detrectauit. Accidit autē ut Ocho-  
zias de solario domus sua descendens per gra-  
dus prolaberetur, morboq; ex hoc casu contracto  
Accaronem ad Myiodis (id Deo nomē erat) ora-  
culum scitaturus de incolumente mitteret. He-  
braorum verò Deus Heliae propheta mandauit,  
ut nuntijs ab eo missis occurres percōtaretur, ac  
Israēlita propriū Deū nō haberent, quandoqui-  
dem rex ad alienum mitteret de salute interro-  
gaturos: iuberetq; eos reuerti, & regi dicere, eis  
non reualituru. Quod cum Helias fecisset, nuntiij  
bis auditis confessim ad regē reuersi sunt. Quo  
demirāte celeritatē reditus & causam queren-  
te, aiunt sibi occurrisse virū quendā, & retinisse  
ulterius progredui: inuississeq; renuntiarēt suo regi  
Israēlicarum Dei nomine, quod morbus in peius  
proficiet. Rege verò ibente ut sibi figurā homi-  
nis

nis illius designarent, dicebat hominē esse hispi-  
dum, & cingulo coriaceo præinctum. Qui eū  
intellexisset Heliā per hac descriptū à nūtūs,  
misit ad eum attrahendū centurionē cum quin-  
quaginta militibus. Is repertū in montu vertice  
descendere iusit, & ad regē venire. In hoc enim  
se missum, ut nō sponte sua faciat, vi coactum ed  
pertrahat. Ille p̄fatus se prodigium editurum,  
quo verus propheta nosceretur, & igne ad suas  
preces celitus misso, ipsum vna cū militibus con-  
flagraturū, malū hoc eis imprecatus est: moxq;  
candens turbo delatus centurionem & eius co-  
mutatum perdidit. quorum clade ad regem per-  
lata, iratus alium centurionē cum totidem mil-  
tibus ad Heliā mittit: qui & ipse cum pro-  
pheta minatus vim esset, ni volens sequeretur,  
& hunc ad preces eius ignis absumpsit quem-  
admodum alterū. Quo cognito rex misit tertiu:  
Is quod esset cordatus et māsuetis moribus, post-  
quam peruenit ad locū ubi tum erat Helias &  
amicè eum salutavit: Non ignoras, inquit, quod  
ut regis mādato paream, invitus ad te venio, si-  
cne & illi qui ante me venerunt. Misertus igi-  
tur mei & horum militum volens ac libens de-  
scende, nosq; ad regem sequere. Tum Helias de-  
lestatu viri civilitate & modestis moribus,  
descendit ac fecutus est. Perdulcus deinde ad re-  
gem, afflatus numine, Hac, inquit, dicit domi-  
nus: Quia me pro Deo nō habuisti, quē de mor-  
bo

bo tuo veri nihil prædicere posse putasti, & ad  
 eum qui Accaronitis colitur de valetudine con-  
 sulendū mittere maluisti, scito te moriturū. Nec  
 multum exinde tēpus elapsum, dum ita ut He-  
 lias prædixit decedēs, quod liberis careret, Ioram  
 o fratri succedenti locum fecit, homini patrem  
 cùm alys vitijs, tum maximè impietate referēti:  
 Omissò enim sui Dei cultu, totū se externis reli-  
 gionibus dedidit, vir alioqui non ignarus, & ad  
 res gerēdas satis industrius. Hoc regnāte Helias  
 ex hominibus exēptus est, nec in hodiernū usq;  
 mortalium quisquā scire potuit, quisnam fuerit  
 eius exitus. Discipulūm reliquit Eliseum, sicut  
 iam antè diximus. De hoc Helia & Enoch qui  
 fuit ante vniuersale diluvium, in sacris libris le-  
 gimus quidem exēptos esse è consuetudine mor-  
 taliū, mortuos tamē esse nemini iniquā fuit co-  
 gnitum. Cateriū Ioramus accepto post fratre  
 4. Reg. 3. regno, Moabiterū regi Misæ bellum inferre sta-  
 tuit, tributū volenti reddere, quod Achabo patri  
 antea soluebat intōsarum pecudū annua ducenta  
 millia. Ergo post quā domi paravit exercitum,  
 Iosaphatū quoq; per nuntios solicitauit, vt quā-  
 doquidem amicus esset paternus, auxilia mitte-  
 ret parati bellū contra Moabitas, qui tum recēs-  
 à suo regno defecerāt. At ille non se solum ventu-  
 rū auxilio promisit, sed Idumæorū etiā regē, si-  
 bi obnoxius, in eam expeditionē pertracturū. Ia-  
 ramus vbi renuntiatū est ei de talibus auxilijs.

venit.

venit Hierosolyma, & splendide ab eius loci re-  
ge exceptus, cum de cōmuni sentēti a visum esset  
per Idumæe deserta, quā minimè hōstis expecta-  
ret, iter facere, cum alijs dñobus regibus Hiero-  
solymis profectus est, videlicet cum hospite, &  
cum rege Idumæorū: & circuitū factō die septi-  
ma ducibus itineris aberrātibus, in tantā iumen-  
ta & milites aquarū penuriā inciderunt, vt o-  
mnib[us] tantū nō desperantibus, Ioramius doloris  
impatientē exclamaret ad Deū, quādā sua culpa  
tres reges sine p[re]lio in Moabitarum regis ma-  
nus trāderet: Iosaphatus cōtrā, vt virū pium de-  
cebat, consolabatur eū: iussitq[ue] perquisi, nūnq[ue]is  
in exercitu propheta adisset, per quem quid fa-  
ciendū Deus posset cōfidi: & indicante quodā fa-  
mulo, ridisse se ibi Heliæ discip. lū Heliscū Sa-  
phati filiū, Iu. iſu Iosaphati tres reges ad illū va-  
duant: quūm q[ue] ad illius tabernaculum venissent,  
quid fortē extra castra fixerat, rogarabant quid  
futurum esset de exercitu p[re]cipue Ioramius. At  
ille iussit vt absisteret, nec molestus esse perge-  
ret, sed potius patris ac matris prophetas confu-  
keret, illos enim esse veridicos: rex precibus vr-  
gebat, vt responsū daret, & periclitātes serua-  
ret. At ille iurauit, se ei nō fuisse responsurū, nisi  
hoc faceret in gratiam Iosaphati viri probi &  
pij. Accito deinde psalte quodam, sic enim vates  
postularat, eo psallente correptus diuino spiritu,  
iusti reges in alijs torrentis multas fossas fa-  
cere.

cere, nam absq; vento & pluia visuros alueum  
repletū aquis, ita vt militi & iumentis abunde  
potu suppetetē, nullum amplius à siti periculum  
timeatur. Nec hoc solū, inquit, vobis à Deo con-  
tinget, sed & copias hostium eius ope profliga-  
bitus, & arbores excidetis, & regionē vastabitis  
& fontes ac riuos obturabitis. Hac loquuto pro-  
pheta, sequenti dic prius quām sol oriretur tor-  
rens magno impetu ferri cœpit, asperitus imbribus  
qui in Idumeam trium dierum itinere inde di-  
stantem demissi fuerant, vt & iumentis & mi-  
liti largissima adesset potus copia. Rex autem  
Moabitarum vt audiuit tres reges contra se ad-  
uentare, à deserto inuasuros, excita omni sua mi-  
litia, iussit eos in finibus occurrere, ne clām in-  
ditionē suam impetū facerent: qui videntes exor-  
iente sole aquā in torrēte (nō procul enim à ter-  
ra Moabitide aberat) colore sanguineā, quod eo  
tempore maximè aqua radūs icla rutileat, falso  
opinati sunt hostes propter sitim in semetipso  
arma vertisse, & eoru sanguinem per torrēte de-  
fluere: & cum hac persuasione regē suū adeun-  
tes, rogabant vt eos ad diripienda hostilia ca-  
stra ire permitteret: quo impetrato ruētes velut  
ad paratā prædam ad Hebraorū castra perne-  
niunt. Sed valde eos suaspes fruſtrata est: Coorē  
fibas enim in eos vndiq; hostibus partim casī  
fuerūt, partim dispalati fugiendo egrē in terram  
suam evaserunt. Reges vero agros Moabitarum  
ingressi,

ingressi, dirutis oppidis totam regionem pradiis abactu exhauserunt, & rura eorum glarea torrentis operierunt, & optimas quasq; arbores exciderunt, fontesq; aquarum obturauerunt, moenia bus ubiq; solo aquatis. Rex ipse compulsus in quandam urbem, & obsecus, veritus ne expugnata illa caperetur, erumpere cum septingentis equitibus tentauit, qua parte negligentiores excubia rixa sunt: quod ubi prater spem non sucescit, in urbem reversus rem extreme necessitatem & desperationis aggreditur: seniorē enim filium, qui regni successor destinatus fuerat, productum in mania, toto hostili exercitu inspetante holocausta Deo sacrificat. Reges vero hoc viso tantam necessitatē miserati, & humarum vicissitudinum memores, soluta obsidione domum quisq; suam reversi sunt. Iosaphatus vero post hanc expeditionem pacatus quidē, sed non diu Hierosolymis superuixie, ex alto vita anno soxagesimo, regni vigesimoquinto: sepultusq; est in ea vrbe magnificè, quemadmodum Davidis imitatorem sepeliri decuit.

Ioramnis Hierosolymorū rex principatū adeptus fratres & paternos amicos interfecit. C. II.  
**E** Filijs quos cōplures reliquit superstites, Ioramnis natu maximus patris voluntate in regnū successit, cum Israēitarum rege cōmune nomen habens, uxoris sue fratre, qui Achabi fuit filius, & tum recens à Moabitico bello Sa-

n:ariam reuersus Helisæum secum adduxerat.  
 Eius prophetæ res memorabiles è sacris libris hic  
 transcriptas inserere nostræ narrationi opera &  
 pretium duximus. Obedia vxor, qui Achabi di-  
 spensator fuerat, tunc vidua Helisæum adiit, di-  
 cēs nec ipsum ignorare quod ea persecutione que-  
 lex abela in prophetas seuebat maritus eius cen-  
 tū ex eo numero seruauerat: quos ut alere clam  
 posset, multum æris alieni contraxerat: nūc illo  
 defuncto, creditores & ipsam & liberos in ser-  
 uitutē velle rapere: qua propter orabat ut ob hoc  
 mariti benefactū eius misertus opem aliquā præ-  
 sentē afferret. Quo scitante, ecquid domi habe-  
 ret: nihil se habere ait, prater olei paululum in fi-  
 delia. Tum propheta iubet illā ire, & acceptis  
 cōmodato à vicinis vacuis vasis cōpluribus; fo-  
 ribusq; cubiculi clausis, in omnia oleū id indere,  
 Deum enim repleturum omnia. Paruit mulier,  
 & repletis ad viuum omnibus, ad prophetam re-  
 uersa, rem totā illi retulit. Ille consuluit ut diuē-  
 dito oleo, debitum creditoribus redderet, aliquā-  
 tum enim de olei pretio superiore, quod ad libe-  
 torum alimenta valeat: atq; in hūc modum mu-  
 lier à creditorum molestia liberata est. Idē lo-  
 ramum per natiōs adiunxit, ut locū quendam  
 cauerit, in quo à Syris, occidere cum volentibus,  
 infideli posita fuerat. Quo factū est, ut ille præ-  
 4 Reg. 5 mōvitus venienti non iret. Adadus autē fru-  
 stratus infideli indignatus est, ratuſ à suis dete-  
 ctus

Etas: & vocatis domesticis per connitum proditores appellauit, minatus etiā mortem, eo quod rem solis creditam hostis per eos cognoverit. Quodam autē respōdente, non recte eum facere, quod proditoris amicos insimularet, & suspicaretur ab ipsis detectos qui ad hostem intercipiendum missi fuerāt: sed scire debere, quod Heliseus propheta nihil nō indicet prodacq; vel occultissima cōsilia iūs sit eos per nūtios explorare: in quānā vrbe Heliseus habitat: renūtiatumq; est ei apud Dothaim hominem d̄gere. Ac mox illuc aliquot equitū turmas misit cum curribus, qui Heliseū comprehēderent, qui noctu vrbē circumuentam circumquaq; custodibant. Diluculo autē ministrer propheta re cognita, quod hostes vellēt eum capere, trepidē accurrens hoc illi indicat. At ille famulum panere metū, & bono animo esse hor-tatus est, & ipse interim securus & fidens diui-no auxilio, rogauitq; Deum ut ad confirmādū famulum prae sumē se & auxiliatorem ostenderet. Tum Deus exoratus speciem magni equi-tatus & currium circa Heliseum famulo vi-dendam exhibuit, ita ut animatus his suppetūs, nec ipso quicquam timeret amplius. Post hec vates iterū Deum orauit, ut obscuraret oculos hostium, caligine immissa p̄a qua agnoscere ipsum nequeant: & impetrato hoc quoq; dedit se in medium illorum, interrogans quem quā-rent: quibus respon d̄nitibus. Heliseum prophetā

se querere, pollicitus est hunc se traditurū eis, si ad urbē in qua esset ipsum sequerentur: atq; ita ut qui ex oculis ex mente à Deo cecati fuerāt, ducentē incunctanter secuti sunt: quos vbi Samariā perduxit, Ioramū regē iussit portas claudere, et Syru suum militē circundare: precibus deinde rursum ad Deum missis impetrat, ut hostium oculis caliginē illam tolleret: at illi recepta oculorū acie, conclusos se animaduertunt in medīs hostibns: cumq; at toniti et mopes confūtū hererent in tam prodigioso negotio, rege quatenus ex propheta, an iaculis eos deberet configere, id quidem facere retuit: folios enim bello superatos hostes occidi fas esse: at hos ne lefa quādem ipsius ditione, Dei voluntate et potentia ignaroē omnium eō loci esse productos: consuluit igitur ut hospitali mensa refectos incolumes abire permitteret. Itaq; Ioramus propheta monitus obsequens, liberaliter ac splēdide tractatos Sy-

ros, ad regē eorum Adadum remisit. Illi reuerſi omnia qua eis contigere suo regi renuntiant: quā in tanto prodigio manifestam Dei potentiam admiratus, simulq; ratis diuinitatē, subil post hac contra Israēlitarū regē clam molitus est, sed decreuit aperto marto rem gerere, potentiorē se ratus, et numerosioris exercitus dominū: comparatusq; ingenteibus copijs, universas contra eum educit: qui putans se imparē, si collatis signis res ferro gerenda sit, intra Samariā se coniunxit, fre-

sus urbis munitionibus. Adadus verò cogitans,  
 si non machinis fame tamen eam se in potestate  
 redacturu, oppugnationē aggreditur. Tanta au-  
 tem Ioramus laborabat rerū inopia, ut propter  
 nimiam indigentiam intra Samariam veniret  
 octuaginta denarijs argenteis caput asini, &  
 quinque denarijs Hebrai colubini stercoru sex-  
 tarium vice cōdimenti emeret, nihilq; magis re-  
 rebatur rex quā ne quis fame adactus, & non  
 ferens inopiam, urbē hostibus proderet: quamobrē  
 per singulos dies obibat ipse moenia & excu-  
 bias, dispiciens ne quis in urbē clam admittere-  
 tur, & singulari diligētia huiusmodi occasiones  
 adimēs. Cūq; mulier quadā exclamasset, Mi-  
 severe domine, putans eam aliquid cibi petere, cō-  
 motus ira male precatus est ei, negans sibi esse  
 vel areas vel torcularia, unde ipsi impartiri  
 posset aliquid. Illa verò dicē te nihil se eiusmodi  
 petere, nec ob cibū molestā esse, sed ut litē inter  
 se & aliā mulierē fniat: iubet quid rei sit expo-  
 nere. Mulier ait se cū amica quadā vicina pacta  
 ut quandoquidē nullū aliud adsit cōtra famem  
 remediū, ingulatis infantibus (nam vtriq; erat  
 filius) vnu atq; alterum diem hoc cibo se ale-  
 rent. Se prius suū occidisse, quo hesterna die con-  
 sumpto in cōmūnem alimoniam, alterā illā mulie-  
 rem à pacto discedere, & suū abscōdisse filium.  
 Perculsus vehemēti dolore Ioramus vestem sibi  
 conscidit, & exclamans hoc demum defuisse ad

calamitatū summā, ira cōtra prophetam accen-  
 ditur, tollendī dīcītās qui in tantis mālis nullū  
 dignaretur à cālesti numine impetrare subsidiū:  
 confessimq; mittit qui caput illi amputet. Et il-  
 le quidē ad cādē eius properabat, Heliſcū verū  
 regis ira nō latuit: sed domi sedēs cum discipulis,  
 Iorānus, inquit, homicide filius misit qui caput  
 mīhi adimiat: nūm aduentum eius obseruate, vt  
 dum erit pro foribus opponatis vos, & obiectis  
 foribus illum remoremīni, mox enim rex ipse a-  
 derit, mādati iam pānitēs. Illi ita vt iūssi sunt,  
 hominē venientē excludunt: moxq; Iorānus ad  
 se reuersus, et veritus ne cedes acceleretur quā-  
 tum potuit, ad Heliſcū properat, interuētu suo  
 cohībiturus missum à se hominē, & valē peri-  
 clitantē seruaturus. Quò vt ventū est, incusare  
 eum cāpit, quōd in tantis calamitatibus se cū cī-  
 nibus despiceret nec ullū à Deo peteret remediuū.  
 Tum prophet a promiittit, in crastinum eadē ho-  
 ra, qua tum rex ad se venerat, futurā magnam  
 rerum ad victum necessariarū abundantia, ita  
 vt publicē in foro uno siculo veniret satū simile,  
 et uno ēque siculo duo satā hordei. His dīcītis rex  
 cum suo comitatu supra modū exhilaratus est,  
 propter expertū toties prædictionū fidē, tum  
 quoq; nihil addībitās, & prēsentē difficultatē  
 spē futuri subleuās. Amicus autem quidam re-  
 gius, tertia copiarū eius parti præpositus, cui tu  
 rex fortē familiariter incūbebat, Nō credibilitāt;  
 inquit

inquit, polliceris mi vates, & sicut absurdum sit sperare simile ac hordei pluviā, ita nec quod tu dicas mihi sit verissimile. Tum propheta: Videbis 4. Reg. 7 ipse, ne dubita, sed videbis modò, nō fruēris etiā. Hac p̄dictio effectum talem habuit. Mos erat apud Samaritas, ut lepra impurati extra mœnia degeret: & tum quoq; quatuor numero hac de causa extra portas habebant domicilium. H̄c cūm propter fāvientē famem nihil ex urbe ciborum accipereunt, & siue in urbe reditus daretur, siue domi se continerent, fame sibi per eundū certō intelligerent, decreuerunt, se hostibus committere: ut siue eis parceretur, viuerent: siue fāvire hostis mallet, certè leuius mortis genus incurrent. Hac sententia postquam cōprobata est, noctu eunt ad castra hostium. Ea nocte Deus Syros exterruit, immisso in aures eorū sonitu quasi curruum & armatorum aduentantium, adeò ut crescente magis ac magis suspicione consternati ē totis castris ad regem suum cōcurrerent, dicentes adesse reges à Ioramo conductos, regē Aegypti & regem insularum: iam enim exaudiri eorum strepitum. Hac nunciantibus Adadus credidit, quod & ipsi aures inani sonitu pulsaretur ut ceteris, & per summā trepidationem omnes sine ordine ad fugam se expediunt, reticlisq; intra castra & equis, & iumentis, & diuitejs maximis totam spem salutis in fugiendo collēcant. Leprosi vero illi Samaritae venientes in

castra Syrorū in ipso valli aditu ingens silentiō  
 & magnā rerum copiam deprehendūs, progres-  
 siq; vterius, & ad unum quodpiam tentorium  
 delati, postquā ne unum quidē adesse viderant,  
 refecti primum cibo ac potu, rēste & multo au-  
 ro se onerant, eam prādā extra valbum elatā in  
 quodam loco abdunt: mox alterū tentorium ag-  
 gressi faciūt similiter vt prius: idq; quater fece-  
 runt, nemine interim cōspecto. Vnde facile conie-  
 cantes de ambitu hostium, dannabant suā ne-  
 gligētiā, quod non hæc loramō & ciuibus in-  
 dicassēt mox à principio: quapropter ad mœnia  
 Samarie properant, & inclamatis custodibus  
 diſcessum hostium eis significant: illi porrò excu-  
 bitoribus regūs idem renūciant. Rex cognito ne-  
 gotio amicorū & ducum consilium aduocat: ait  
 rem sibi suspectam, ne astū simulato abitu Syro  
 sibi insidias struāt, desperantes fame urbem ex-  
 pugnari posse: vt si ad diripienda castra quasi  
 fuga deserta procurant, repente coorti cæsis di-  
 reptoribus urbem etiam facile occupent: quare  
 suam sententiā esse, vt diligenter eam contra in-  
 sidias muniane, & cauti sint, neq; temerè credū-  
 ta fuga hostiū procurrendo periculo se obječiat.  
 Hoc consiliū quidam laudauit vt prudens, addū-  
 ditq; , sibi videri mittendos duos equites quæ o-  
 mnia lordanē vsq; explorēt: qui si forte interci-  
 piātur, cautores fore ceteros, ne & ipsi temerē  
 progressi circumveniātur: nec duorum equitum fore  
 grauem

grauē iacturā, quos fortassis alioquin famis absumeret. Id regi placuit, & euēstigio misit qui omnia dispiceret: illi renūciant, nihil se per viā reperisse hostium, sed passim iacere arma iactata, & frumentum, reliquasq; sarcinas, quo expeditiores fugerent. His auditus, rex multitudinem ad castrorum direptionē emittit: nec fuit vulgaris prada, sed auri & argenti plurimū, & varia iumentorū genera: præterea tantūm inveniunt frumenti atq; hordei numerū, quantum nec in somnis sperare poterant, ut mox omnes præritæ famis obliuio caperet: tanta enim fuit abundantia, ut duo sata hordei sclo emeretur, & eodem precio satum simile, iuxta Helisæi vaticinum: satum autē continet modium Italicum & dimidium. Solus autem hac copia nō est adiutus præfectus ille tertiae partis militiae. constitutus enim ad portā à rege, ut cohiberet proruētis multitudinis impetus, ne se inuicē conculcādo obtere rent, ipse hoc passus est: atq; ita interiit, quemadmodū Helisæus prædixerat, cū pranūcianti annona abundantiam nollet credere. Rex autē Syro-  
rum Damascū reuersus incolui, ubi cognovit diuinitus immisso terrore, se vñā cū exercitu in fugā coniectū, & vanum fuisse quod de aduentu hostium crediderant, ratus omnino aduersum se habere numē, per animi agritudinē in morbum etiam corporis incidit: cumq; per idē tempus He lisæus Damascum iniuraret, hoc cognito fidissi-

rum è familiaribus suis Axælem honoris cau-  
 sa & misit obuiā, non sine munieribus, scitaturis  
 qui suam futurus esset morbi exitus, & nū euas-  
 surus esset hoc periculū. Axæl assumptis x l. c.  
 melis quicquid optimum ager Damascenus fert,  
 & quicquid in regia fuit eximium, in eos im-  
 posuit, & obuiā factus Helisao, reverenter eum  
 salutat, dicens se ab Adido rege missum, ut of-  
 ferret ei munera, & de morbo consulere, num  
 quod levamē sperare debeat: propheta nūcio ni-  
 bil mali renunciare iussō, tantū moriturū regem  
 indicat: id famulus regius dolenter accepit. Helis-  
 aeus verò flebat, & multi manebat lacrymis,  
 prospiciens quanta mala passurus esset suis po-  
 pulis post Adadi obitum. Axæle deinde rogan-  
 te causam tristitia, Fleo, inquit, quod me Irae-  
 littarū miserat, tam multis à te affidentur cla-  
 dibus: nā op:imos ex eis interficies, & munitissi-  
 mas eorū vrbes incendes, & infantes ad saxa al-  
 lides, & dissecabis pregnātes mulieres. Axæle  
 verò dicente, & vnde mihi vires ut hac faciā?  
 ait sibi diuinitus significatū, quod ipse regnati-  
 rus sit in Syria. Itaq; Axæl reversus ad suum  
 dominum, melius eum habiturū municiat: & se-  
 quēti die reti vniido in eī īiecto, præfocari à se  
 regiā occupat, vir alioquin strenuus & gratio-  
 sis apud Syrorū ac Damascenorum multitudi-  
 nem: quis factū est ut vsq; in presens tam Ada-  
 dus quam Axæl eius successor diuinitis apud Sy-

ros colantur honoribus, tum propter aliam bene-  
ficietiam, tum quia magnifice templis exstructis  
Damascenorum urbem ornatoriē reddiderint: eorū  
enim effigies quotidianis popis honorāt, & an-  
tiquitatē iactant nescientes quod non admodum  
sunt veteres, & nondum centū supra mille annū  
ab eorū aetate intercesserint. Ceterū Ioramus  
Israëlitarum rex audita morte Adadī, à conti-  
nuis paucoribus respiravit, letus tandem aliquan-  
do licere sibi in pace vivere. Alter verò Ioramus  
qui Hierosolymis imperitans eodem ut dixi no- v.  
mine censebatur, mox ut principatum iniūt, à 4. Reg. 8  
cædibus fratrum & paternorum amicorum pote-  
statem auspicatus, videbatur cū Israëlitis re-  
gibus certamen suscipisse, ne inferior habens pos-  
set, quantum ad impietatē attinet, naclus ad hoc  
magistram idoneam Gotholiam uxorem, que  
fuit Achabi filia, à qua externorum numinum  
cultū didicit. Et quāvis Deo certum esset serua-  
re quae Davidi promiserat, Ioramus tamē indies  
nouis superstitionibus irritare eū, & populi relo-  
gionem depravare non destitit. Accidit interim  
ut Idumæi ab eius imperio deficerent, cæso rege  
suo qui Iosaphato hactenus paruerat, & no-  
no in eius solium imposito: quam iniuriam vltu-  
rus Ioramus cum equitatu, qui tum ad manum  
erat, & curribus in Idumæam noctu irrupit:  
& exultis vicis finitimus non est ausus vicerius  
progredi, nec tamen hac expeditione quicquam  
profecit

profecit, nisi quod plures defectioes secuta sunt, exutientibus eius iugum & illis qui Labinam regionem incolunt. Tantus autem fuit hominis furor, ut adigeret populum lucos in editis motibus fitos consondere, & aliena numina colere. Cui sic insaniens, & prorsus oblio instituti patrij, afferatur ab Helia propheta epistola, vindictam Dei minitans, quod contempto patrum suorum exemplo, ad sectandam Israëliticoru regum impietatem se contulerit: nec hoc contentus etiam Iude tribum & Hierosolymoru cives impulerit relicta patria religione ad externos ritus desciscere, & effigies hominum colere, quemadmodum & Achabus sibi subditos compulerat: ad hac quod fratres & alios viros bonos ac iustos interfecisset: poena etiam qualis immineret in eisdem significabatur literis, hostilis manus qua in populum regis & domesticam familiam desuiret, nec liberis parcens nec uxoribus. Ipsum quoque lento ventris profluvio vexatum, intestinis simul paulatim effluentibus, sero per hoc peccatum agnoscentem, miseram efflaturum animam. atque hoc fuit argumentum epistola, qua illi Heliae nomine est reddita.

Exercitus Iorami deletur ab hostibus, & filii perimuntur, vnico excepto, postremo ipse misera morte tollitur. . . CAP. III.

**N**ec multo post exercitus Arabum qui versus Aethiopiam incolunt, cum alijs Barbaris Ior-

ris Iorami regū invadit: qui & regionē omnem,  
 & ipsam regiam diripuit, ingulatis etiam uxo-  
 ribus eius ac liberis: unicus tantū fuit superstes,  
 agre elapsus ē manibus hostiū, Ochozias nomi-  
 ne. Post hāc publicā calamitatē & ipse in mor-  
 bum incidit, sicut ei iā antē predictū fuerat: id  
 malum in ventrē eius ingruit, ut manifesto diu-  
 na ira indicio miserabiliter periret, vidēs quo-  
 tidie per ventrē intestina defluere. Quin & po-  
 pulus insultauit eius cadaveri, facile inde conie-  
 ētans, quām inuisus Deo fuisset homo nefarius,  
 nec eum regio funere dignatus est, nec paterno  
 monumento intulit. Vixit annos quadraginta,  
 regnauit octo: populus Hierosolymitanus Ocha-  
 ziam in paternum solium imposuit.

Damascenorum rex Israëlitarum regem bel-  
 lo impetit.

CAP. IIII.

**I**SRAËLITARUM autens rex Ioramus sperans post VI.  
 Adadi mortem Ramatham Galaditicā urbē  
 se posse recipere, magno prius facto apparatu  
 exercitum ei admonet. In ea oppugnatione sagit  
 ta ictus à quodam Syro non letaliter, in Axar-  
 ram urbem se recepit curādi vulneris gratia, re-  
 licto in obsidione Ramathæ toto exercitu, cui  
 Ieum Amasias filium præfecerat, qui illam vā  
 expugnatam recepit: erat autē ei propositū per-  
 curato vulnera Syros bello aggredi. Interim He 4. Reg. 9  
 lisens dato vni è discipulis suis sacro oleo, misit  
 eum Ramathā, vt es delibutū Ieum regem ap-  
 pellaret,

pellaret, diceretq; se autoritate divina regē eum  
 eligere, mādatis etiā quibusdā alijs, iussit eū fu-  
 gientis more iter facere, nemine abitus eius con-  
 scio. Ille vbi ad destinatū vrbē peruenit, offendit  
 Ieum forte sedentē mediū inter duces exercitus,  
 ita vt Heliæ sc̄re prædixerat: accedēsq; ad il-  
 lum, ait se cūm eo velle colloqui: & cūm surgens  
 secutus ipsum esset in conclauē, iuuenis de proptū  
 olenī caput eius effudit: Deus, inquit, te regē  
 elegit in perniciem Achabi generis, & vt vlcis-  
 caris prophetarum eius sanguinē, qui à Iezahel  
 contra omne fas occisi sunt: vt quemadmodū  
 prius Hieroboanic⁹ filij ipsius Nabadi, ac mox  
 Basani familie propter impietatem interiere  
 funditus, ita nunc nullum semē maneat reliquū  
 ex Achabi genere. Atque hac locutus ē conclauē  
 se proripuit, nolens à quoquā confaci: Ieus autē  
 statim in confessum ducū rediit. Percontatib⁹ au-  
 tem illis, qua de causa venisset iuuenis, et insanū  
 videri dicētib⁹: Recte, inquit, conjecturā faci-  
 tis: nam insan verba locutus est. Illis vero magis  
 etiā exponi sibi quid esset oratibus, regnū popu-  
 li sibi à Deo delatū, ait illū dixisse. Hac vbi pro  
 locutus est, vpusquisq; duciō detraxit sibi pal-  
 lium, quibus cōgestis in specieō folijs, & ipso su-  
 perimposito, tulis & cornibus iussēt signa ca-  
 nere, Ieum nouum regē consulutates faustus ac-  
 clamationibus. Ille decreuit cū exercitu Iezra-  
 lam vle petere, vbi tum, vt iam diximus, lo-

ramus curabat vulnus quod in Ramatenis oppugnatione accepérat: veneratq; cō per officium cognationis etiam Hierosolymorū rex Ochorias, quod esset sororis eius filius, vt quā se habeat vulnus iniiscret. Quos vt Ieus repētino accessu opprimeret, eduxit vt ē suis militib; nemo Ioram indicium faceret: hoc enim eximium fore argumentum, quod bona fide regnū sibi detulerint.

Ioramus à Ieo magistro equitum cum tota stirpe occiditur, & cumeo Hierosolymitanus rex Ochorias.

CAP. V.

**M**ilites verò lati imperata faciunt, & omnes vias obsident, ne quis ad Ioramum illis nisijs peruenire, & quid agatur renunciare valeat. Ieus interim stipatus equitum leclisimis, ad Israēlam sublimis curru properè vehitur: quo iam appropinante, speculator à rege constitutus vt videntes in urbem obseruit: ubi vidit Ieum cum turmis aduchi, renunciavit Ioramо adducitare agmen equitum. Ille euestigio mittit quendam equitem qui occurrat & cognoscat quisnam veniat. Ad quos ubi accessit eques, rogat quid agatur in exercitu, regem enim scire cupere. Ieus iubet illum milite hac re esse solitū, & vt sequatur se cum alijs, hoc speculator cum ridisset, renunciat Ioramо equite illum admixtū agmini iter facere cum ilis. Mox & alterum à rege missum Ieus idē iubet facere: vt verò et hoc per specula-

terem

borem Ioramus didicit, postremò ipse consenso  
 curru cum Ochorzia Hierosolymorum rege, quē  
 ut cognatum insuendi gratia illō venisse dixi-  
 mus, exiuit illi obuiam: nam lente & composite  
 agmine Iesus incedebat. Hunc Ioramus in subur-  
 bano Nabuthi natus, rogat satin salutē sint res  
 in exercitu: à quo amarulento cōmicio exceptus,  
 & venifica meritricis filius appellatus; facile co-  
 gitans nihil sani cum habere in animo, flexis ha-  
 beatis cœpit fugere, dices Ochorzie, circumuentos  
 se dolo ac insidijs: Iesus verò sagitta per cor trāf-  
 fixum de curru eum præcipitat, mox Badaco ter-  
 tiae partis exereitus praefecto imperat, ut cada-  
 ner Iorami in Nabuthi agrū proieciat, prophe-  
 tiam Helie in mentem ei reuocans, qua patri  
 huīus Achabo prædixerat, fore ut aliquādo ipse  
 & eius familia in eo loco pereat: id enim se tum  
 ex ore prophetæ audisse, cū post tergum Achabi  
 in eodem curru federet: id quod etiam ita ut  
 prædiclum fuerat evenit. Cæso autem Ioramo,  
 Ochorjas sue quoque saluti metuens, currum in  
 aliam viam deflexit, latere se Ieum existi-  
 mans. At ille assēctus eum ad quendam clinū,  
 sagitta iictum sanciat: qui relicto curru equum  
 propere conscendit, & continuato suū delatus  
 est in Magedonem oppidum, ubi patr. post ex eo  
 vulnera mortuus, relatiusq; Hierosolyma, illuc se-  
 pultus est, cū regnasset anno uno, patre suo  
 longe scelerior.

Iesus

Ieus inter Israëlitas regnat apud Samariam,  
& post eum usque quartam generationem  
eius progenies. C A P . V I .

**I**n verò veniente Iesu in Ierusalem, rex abela ornatus  
regio stans in turri, O seruum egregium, inquit,  
qui dominum suum occidit. Ille suspiciens rogauit  
eam quae nā esset, iubens ad se descendere, tandem  
ennuchus ipsius imperat, ut eā de turri dent pra-  
cipite: que inter cadendū cruentatis mānibus,  
vbi solū attigit ab equitibus conculcata & ob-  
trita periit. Post hac Ieus ingressus regiā cū ami-  
ciū refecit se ab itinere, mandantq; rex abela fa-  
mulis ut eam sepelirent in honore generis, quod  
nata esset ē regibus: qui nihil reliquā inuenierūt  
de cadavere, prater manus & faciem, cōsumptis  
ceteris à canibus. his auditus Ieus admiratus est  
Heliā mentē diuinā, qui eam reginā in hac ipsa  
urbe male peritura predixerat. Et quia septua-  
ginta liberi Achabi apud Samariam educabantur,  
binas eō literas Ieus, alteras ad eorū peda-  
gogos, alteras ad urbis magistratus misit: in  
quibus hortabatur, ut quandoquidē arma, viri,  
equi, & currus illis nō decessent, creato ex eo nu-  
mero rege qui per atatē maximē videri posset  
idoneus in dominis interfectores vindicent. Id fa-  
ciebat, ut experiretur quomodo Samaritae erga  
se animati essent. Magistratus autem & pe-  
dagogi lectis literis extimuerunt, & cogitantes  
se hinc qui duos maximos reges oppresserat, esse  
impares,

4.R.e.10

impares, rescripsérunt ipsum esse dominū, se verò  
imperata eius paratos facere. Ille rursum referi-  
psit, ergo Achabi fili orū capita præcisa ad se mit-  
serent. Tum magistratus accerfis ad adolescentiū  
alioribus impetrat, ut occisis illis praefecta capi-  
ta ad leū trāsmittat. Illi nihil miserti iussa per-  
egerū, & cōgesta in vasis quibusdā plexilionis  
capita Israēlā miserunt. Que cū eō perlata ef-  
fent, renuntiatur cōnanti cū amicis regi, adesse  
Achabi filiorū capita. Ille ante portā ex utroq;  
via latere aceruos ex eis iussit cōstrui: quo facta  
diluculo ad ea vīienda progressus, vertit se ad  
populū: Et si ego, inquit, cū cōiuratis dominum  
meum interfeci, istos omnes quis interfecit? Vole-  
batq; eis persuasum quicquid Achabi generi acci-  
disset, non volente solum, sed pranunciante etiā  
Deo factum, qui hoc fore iam autem per Heliam  
vate ostenderat. Deinde occisis quotquot etiam  
apud Israēlitās ex ea cognatione inuenirentur,  
versus Samariam iter ingressus est. Et cūm inci-  
disset in cognatos Ochobie regis Hierosolymo-  
rum, rogauit quō nam tenderent. Ajunt se re-  
nire salutati Ioramum, & cum eo regem suum  
Ochobiam nesciebant enim utrumq; ab eo neca-  
sum: ille hos quoq; comprehensos iubet interfici,  
duos & quadraginta numero. Paulò post oc-  
currit ei vir bonus & iustus, nomine Ionada-  
bus, virtus amicus ipsius: qui post mutuam salu-  
tationē multa verbis predicanuit eius facinora,

quod

quod ex sententia Dei fecerit omnia, dum impiā Achabi familiam extirpat radiciter. Ieus vero suafit ei, ut consenso curru quo ipse vehebatur, simul intraret Samariam: visorum enim quod nemini malo parceret, sed falsos rates ac sacerdotes, qui populo seducto autores fuerint, relīcta patria religione externa sacra suscipiendi, ad unum omnes supplicio dederet: iucundissimum spectaculum fore viro bono, inspicere malos dan- ses meritas paenas ante auctorū scelerum. Paruit regi Ionadabū, & eodem curru cum eo Samariam peruectus est. At Ieus quantum cognatorū Achabi diligēti inquisitione facta inibi reperit, omnes ad mortē adegit: cumq; cuperet neminem ē falsis prophetis & sacerdotibus profanis eva- dere, dolo vniuersos circūnvenit. Convocato enim populo, ait se omnes Achabi religiones duplicare velle, idq; ut ex sententia sacerdotum ipsius & prophetarum fiat, debere omnes eius ordinis ad se conuenire: celebrandum enim solennibus vi- etimis diem festum Rali, quo nomine Achabī Deus vocabatur: ab ea festinitate si quis sacer- dotū absuerit, capitalē fore: Dimissis deinde per omnem Israēitarum ditionem qui sacerdotes ad statum diem Samariam deducerēt, iussit omni- bus uestes donari: eas cum accepissent, venit in adem ubi erant, Ionadabo etiam comitatus, & adhibuit qui scrutarentur, ne quis alienus ad- mixtus sit: nolle se dicens ut sacris eorū alienis

ac profanis viles sese ingerat. Illis vero negatibus quenquam tali adesse, et iam sacra sua parentibus aggressi, foris octuaginta viros e fidiissimis armis, quibus maledicunt pseudoprophetas omnes interimant, et patrios ritus tam diu neglectos vlciscantur, interminatus quicunq; aliquem eorum elabi permiserit, vicarium pro illo moritum. Illi vero omnes ad unum necauerunt, et regia ipsa incensa urbe externis sacris profanata purificaverunt. Iste Bal Tyriorum Deus erat, quem Achabus in gratiam Ithobalis Tyriorum ac Sidoniorum regis socii sui coluit, templo ei Samaria dedicato. Et prophetis cum reliquo cultu assignatus: huius sacris abrogatis Ieus, aureas tamen vacas Israëlitis admirare permisit. Nec tamen ingrata Deo fuit eius in impiis animaduersio, qui per prophetam suum significauit, per quatuor generationes posteros eius apud Israëlitas regnaturos.

Gotholia per summum nefas Hierosolymis regnum occupat, qua post sextum annum causa pontifex Ochozire filius regem constituit. C A P. V I L

V I I. 4. Reg. II **D**um Ieus homines nefarios in hunc modum persecutur, Gotholia regis Achabae filia comperta filii morte et generis sui pernicie, decrevit etiam e Davidis familia neminem superstitem relinquare, ne quis huius sanguinis post hac Hierosolymis regnum obtineat: id quod quartum in ipsa fuit perfecit. Seruatus tamen est unus Ochozia filius ad hunc fermè modum: Erat Ochozia

xia germana soror, Iosabeta nomine pontifici  
 Ioadu nupta. hac regiam ingressa, cùm inter ce-  
 ferum cadavera latente nutricis opera anniculū  
 paerum Iosafat deprehendisset, ablatione furtim  
 domi in suo cubiculo abdidit & solo marito con-  
 scio sex annis in templo clām aluit, quām diu  
 Gotholia Hierosolymorum & duarum tribuum  
 regnum tenuit. Septimo demū anno Ioadus cum  
 quinq; centurionibus coniurat, & communicati  
 operis ademptum Gotholia regnum ad puerum  
 transferant: dataq; & accepta silentij fide spei  
 pleni negotium hoc modo aggrediuntur: Centu-  
 riones Ioadu ad hoc facinus adsciti peragraa  
 tota regione sacerdotes ac Leuitas, & aliquot  
 in suis tribubus potentiores Hierosolyma nomi-  
 ne pontificis euocatos secum adducunt. Ille habe-  
 re se utile reipub. cōsiliū ait, aperturumq; eis,  
 si id apud se continere valuit: opus enim esse non  
 silentio tantum, sed etiam auxilio. Cumq; sa-  
 cramentum ab eis accepisset, tuò se posse qui-  
 quid vellet dicere, producito puero Damidici ge-  
 ncris quem alebat: His est, inquit, rex vester,  
 ex illa natu familia, quām scitis Deum predi-  
 cissee regnaturam in perpetuum. Itaque censio  
 tertiam nostrum partē custodiāt eum in tem-  
 ple agere, tertiam idem omnia templi loca oppor-  
 tuna occupare: eam vero qua superest, parentem  
 portam qua iher in regiam seruare: reliqua vero  
 multitudine in temple internus sit, neq; quenquam

cū armis intrare sinit, qui nō sit sacerdos p̄t  
 terea certos ē sacerdotibus ac levitis selectos  
 mandauit satellitiū more strictis gladijs regē sti-  
 pare, & si quis armatus in templum irrumpere  
 ansit, incunctanter occidere, & posito omni me-  
 tu seruandi tantū regi curā gerere. Illi appro-  
 bato pontificis cōfilio rem statim aggreduntur.  
 Ioadus verò aperto armamentario, quod David  
 in templo instruxerat, distribuit ceterionibus &  
 sacerdotibus ac levitis quāritū ibi hastarum in-  
 venit & pharetrarū, & si quod aliud armorum  
 genus aderat: atq; ita armatos templo circundedit  
 cōfertis innicē manibus, ut ab ingressu quos in-  
 toresse non oportebat excluderent. addul̄loq; in  
 mediū puero, corona regia caput redimitū, & in  
 mēlū sacro oleo regē pronuntiat: populus quoq;  
 gaudens simul & plaudens faustis acclamatio-  
 nibus ritā & vicitiam vovo regi congeminat.  
 Tumultus hic & acclamations prater spem ad  
 aures Gotolia venientes efficerunt, ut vehemen-  
 ter perturbato animo cum satelliti profiliret de  
 regia. Venientem deinde in templum ipsam qui-  
 den sacerdotes admittunt, sed armatos eam se-  
 quentes arcuerant illi, qui ad hoc ipsum templo  
 à pontifice circūdati fuerant. Ceterum Gotolia  
 postquam puerum r̄idis in suggestio flante re-  
 dimitumq; corona regia, distissa ueste sua, ma-  
 gno clamore inbet interfici insidiatorum, & oc-  
 cupatorem tyrannde. Ioadus contrā accidit cen-  
 pario

centurionibus iubet mulierē arripi, duciq; in torrentē Cedronis, atq; illic pœnas luere: neq; enim fas esse templum veneficae supplicio pollui: mādauit etiā, si quis ei conetur ferre supprias, & ipsius pariter inerimi. Illi igitur quibus hoc demādandum est, eductam extra portā mulorū regis illuc interficiunt. Ut verò cōspiratio cōtra Gottholiam successit, Ioadus cōnocato populo ac militibus in templō, omnes sacramēto ad fidem regis adegit, in columnatī ipsius tūenda, regnoq; augendo daturos operā: eodem iure iurando mox regē astrinxit ad diuinis numinis reverentiam: & ad observationem legum quas Moyses cælitus acceptas ad populum pertulit. Post hac ad eadem Bala sacram cōcurritur, quam Gottholia cum marito Ieramo construxerat in veri Dei contumeliam, & ad Achabi gratiam, eam populus à fundemētū diruit, & Mathanem qui tum sacerdotium eius tenuit, trucidauit. Templi vero curram & custodiā fācerdotibus ac Leuitis intacta Davidis regis instiuentū Ioadus commisit, iussitq; ut bis singulis diebus solenne offerrent sacrificium, & suffitum iuxta præscripta legis facerent. Deinde quosdam è Leuitarum numero ianitores ad custodiā templi cōstituit, ne quis pollitus posset intrè subrepere. Hac vbi ad hunc modum dispositi, cum centurionibus & ducibus totaq; populo ex templo Iesum in regiam duxerit: cuiusq; colligata in folio danno alacriter

acclaratū esset, populus ad epulas cōuerſus feſtivitatē per aliquot dies egit, omnibus ſcelestis  
 4. Reg. II mulieris cadē lobenter ferentibus. Erat Ioas cū in regnum adſciretur, annoī septē, matre natus  
 Sibylia, ex oppido Bersabe oriunda: fuit autē legū  
 & diuini cultus obſeruātissimus, toto tēpore qua  
 Ioadus fuit ſuperstes; duxitq; uxores duas post-  
 quam etate maturuit, cōciliante coniugio eadē  
 pōtifice: ex quibus utriusq; ſexus liberos fuſcepit.  
 Atq; hactenus de Ioao quomodo elapsus ex in-  
 fidis Gotholia, tandem regnum affectus est.

Aziēlis Damascenorum regis contra  
 Iſraēlitas, ac mox contra Hierosoly-  
 mitas expeditiones. C A P. VIII.

VIII. 4. Reg. 12 **A** Zaēl autē Syrorū rex bellū cum Iſraēlitis  
 & Ieo rege eorū gerēs regionis trans Ier-  
 danē ſit a orientales trāctus vastamit, qui à Rea  
 beniis & Gaditis atq; Manassitis calebat ura  
 necnō Galaditicā & Batanaam, omnia rapina  
 moſcēs, & incēdijs, ac ne ab hominī ū quidē cede-  
 tēperas quotquot in eius manus incidenterēt. Neq;  
 enim Ieus arcere eū à populationibus potuit, ca-  
 ſemptor & ipſe numinis religionumq; & legum  
 à maioribus per manus acceptarum toto regni  
 ſui tēpore, quod fuit annoī X. X. V. I. L. quo ex-  
 alto mortuus apud Samariā eft ſepulchro, loco  
 filio ſuccoſore principatus reliche. Ioaſum autē  
 Hierosolymarū regem inſtituendi cēpī, cupido  
 ſubiectus: apocataſtō, pontifice Ioadaei ſip̄ cū peractō  
 ſuam

suam ditionem Leuitas & sacerdotes dimittere,  
 qui in singula capita femisiclu argenti exigerent  
 in usum eius instauracionis, eò quod sub Ioramo  
 & Gotholia, & eoru liberis tuendi & sartiendo  
 tēpli cura penitus abiecta fuerat. Pontifex vero  
 hoc non fecit, sciens neminem libenter argentum  
 erogaturum: sed anno regni vigesimoterio rege  
 incusante quod volūtati sue nō obrepasset, &  
 iubente in futurum templi reparacioni prospice-  
 re, tale quiddam ad colligendam pecuniam cons-  
 mentus est, quod non grauatum tulit populus:  
 Arcam paravit ligneari, in qua bene clausa vnum  
 tantum foranē superne reliquit: eā cūm in tem-  
 plo iuxta altare deposisset, iussit quemq; pecu-  
 nie quantum liberet per foramen inmittere, in  
 tēpli instauracionē confreenda. Id populus tulit  
 equissimo animo, & multum auri atque argenti  
 certium cōculit: arcā vero singulus dicens, prae-  
 sente rege exinanibat scriba gazophyllacij &  
 sacerdos eius, custos, numerataq; pecunia &  
 recōdita, rursum unde sustulerant reponebat: &  
 cū primū videretur collatu quantū sat esset, po-  
 tifex & rex conduceerunt fabros & camenta-  
 tos, & trabes magnas pulcherrima materiei  
 cōparauerūt. Instaurato deinde templo, qui quid  
 ex collato auro & argento superfuit (superfuit  
 autē non parum) id totū in crateras, cantharos,  
 pocula, & alia rasa insumpturn est: insuperq;  
 quotidianis sacrificijs altare adolebarit: atque

huc tati per dñm Ioadus vixit diligenter accurata  
 fuerunt: illo autem post annū atavis centesimū &  
 trigesimū defuncto, & ob probitatē ac iusticiā  
 insignē, tū quod Davidi generis seruator fuis-  
 set, in regū monumēta illato rex Iosas à pristina  
 religionis cura facile descivit: moxq; & prima-  
 tes populi ad eundē modū depravati sunt, ut ni-  
 hil apud eos potius haberetur, quām cōtemptus  
 iuris ac iustitiae. Deus verò indignatus propter  
 hanc regis & cateroriū mutationē misit propheta-  
 tas qui contestarēt eos & à presenti malitia  
 compescerent. Illi verò tam insano affectu eam  
 cōpletebantur, ut neq; exemplis, maiorum, quo  
 propter cōtemptū legū cum totis familiis perie-  
 rant, neq; prophetarū cōbinationibus moti resi-  
 piscerent, & ad relicta honesta studia reuerte-  
 rentur. Quin & Zachariā pontificis Ioadi filium  
 rex in ipso templo sacrī insis obrui, oblitus pa-  
 tris eius beneficiorū, tantū quia prophetā diāni-  
 tus constitutus, pro concione populū & regē  
 adhortatus ad iusticiā, graues, penas illis mina-  
 tus est, si moniti parere condemnaret. Mariēs ta-  
 men Zacharias testē & iudicē Deūs ihuocavit,  
 quod pro bono consilio & patris sui beneficiis, &  
 Iosā mortis amarū premiū sibi repēderetur. Nec  
 dū debita regi pena delata est: Atq; ad enim Sy-  
 rotū rex impressione in regnum eius facta, &  
 Gitta primum direpta atque enersa, mox ipsius  
 Hierosolymū desidentem advenit est. Tum Iosas

conterr

conterritus omnes thesauros Dei priorumq; regis  
exclusit, & cū eis detracta templo donaria mi-  
sit ad Syrū, tanti pacē redimens & securitatē,  
ne oppugnatus in extremū rerū suarū discrimen  
adduceretur. Ille tam ingēti pecunia corruptus,  
vīm exercitus à regia vrbe abstinuit. Ioas ta-  
mē graui morbo implicitus, amicis Z̄acharia pœ-  
nas dedit, qui ne filius pōtificis maneret inultus,  
per insidias eum sustulerūt. Sepultusq; est Hiero-  
solymis, nec tamen propter impietatem dignus  
habitus, qui regis monumentis inferretur, cūm  
vixisset annos quadraginta & septem.

Amasias rex Hierosolymitanus exercitu con-  
tra Idumæos & Amalecitas ducto victor  
euadat.

CAP. IX.

**I**N regnū successit ei filius Amasias. Anno au- q. Re. 14  
Item Ioasi vigesimoprimo apud Israēlitas &  
Samarian Ieo successit filius Ioas, in quo  
principatu exegit annos X V I I. patri nequa-  
quam similis, sed magis primi eius regni regi-  
bus impūs, qui palam omnem contemptum ca-  
lestis numinis prae se tulerunt. Huius copias rex  
Syriae tantopere attritit, ut ex numero exer-  
citu nō plus quam decem millia perditum, equi-  
tes quingenti superessent: qua expeditione mul-  
tas magnas vrbes illi ademit, & hostium non  
mediocres strages edidit. Hac autem Israēlitis  
acciderunt secundum Helisei vaticinium, quo  
tempore Axæli etiam prædixit, quod necato  
domino

domino Damasci ac Syria regnū esset occupa-  
turus. In hac tēporō difficultate Ioazas ad pre-  
ces & supplicationes confugit, orans Deū, vt se  
è manib⁹ Axæclis liberet, nec ab eo subigi pa-  
tiatur. Dens autē qui nō solum perpetuā inno-  
centiam, verum etiam resipiscentiam fauore cō-  
plectitur, ex cūm perdere possit si velit, casiga-  
re manult, exoratus cripsit eū è belli periculis,  
& regio pacē nacta ad pristinū felicitatis sta-  
tum breui rediit. Post obitū Ioaze Ioaſ filius re-  
gno Israëlitarū apud Samariā positus, trigesi-  
mo septimo anno regni Ioa regnatis in trib⁹ Iu-  
da:nam & iste eodē quo Hierosolymitanus no-  
mine vocabatur, tenuitq; regnū annis X v l. Hic  
optimus vie erat, nūsil paterni ingenij referēs:  
et cū Helisens iam admodū senex in morbiū incis  
dīſset, visendi causa eū adiit: quē animaduertēs  
extremū spiritū ducere, flere coepit, & lamenta-  
ri, patrē & clypeū appellatās: quod eo viuo ar-  
mis cōtra hastē opus nō fuerit, sed ipsius prædi-  
ctionis beneficio semper iniecti euaserint. Nūc il-  
lum è vita discedere, se vero exarmatos Syris  
& alijs hostibus obijci, quamobrē adempto talis  
præficio, sibi quoq; optabilius rūa cū illo hanc  
vitā relinquare. His querimonijs motus Heli-  
sens, regē cōsolatus afferri arcū postulat. cumq;  
regē iubet intēdere, deinde iniecta in eum manu-  
iubes iaculari: ex cūm emissi tribus telis deſti-  
tis, si inquit, plura mississe, poterat totū Sy-

orum regnum exscindere. nunc quia tribus solis  
contentus fuisti, totidem praelijs vnces Syros, &  
regionē quam tuo patri admerunt recipies. His  
auditis rex abiit, & propheta paulo post defun-  
ctus est, vir inclita iustitia, & citra controvær-  
siam Deo longe charissimus: multa enim & mi-  
randa diuina mentis argumenta exhibuit, quo-  
rum memoria apud Hebreos durat clarissima:  
sepulcro etiā honoratus est magnifico, quale de-  
cunt hominē nummi diuino acceptissimū. Conti-  
git autem aliquando ut latrones occisi à se via-  
toris cadaver in monumentū eius abderent, quod  
mox renixit à contactu prophetæ corporis. Atq;  
hac fuerunt & viui & defuncti ratis opera.  
Azæle autem rege extincto, ad Adadū filium  
Syria regnum hereditario iure peruenit. Huic  
Ioa Israëlitarum rex tribus praelijs victo omnē  
eam regionem abstulit, qua vrbes ac vicos de  
patre ipsius captos complexa est: quod & ipsum  
Helisæus iam ante prædixerat: postquam vero  
etiam Ioa fato functus est, Hieroboam eius fi-  
lius excepit imperium.

Amasias victoria de Israëlitis & Ioa rege  
corum reportata. C A P. X.

**S**ecundo autē anno Ioa regis Israëlitarū, re- IX.  
gnum accepit Amasias Hierosolymis & in  
tribu Iudeæ, matre natus vrbis regiae ciue, appel-  
lata Iudan: mirum autem in modum iusticiam  
colebat, tametsi etate adhuc inuenis. Regis ad-  
ministra

ministracionem exorsus à necis paterna vindicta qui amicorum insidijs sublatuſ fuerat: eosq; omnes in potestatem redactos affectit supplicio, parcens tamē ipſorū liberis, iuxta leges à Moysē prescriptas: qui iniqū censuit pro parentum culpis à liberis eorum paenas reponere. Post hac delectu habitu in tribu Iude. & Beniamitica, conscripto flore iumentutis, ut pote etatis armorū plus minus viginti, centuriones his copijs idoneos attribuit: deinde misit ad Israēlitārū regem qui viginti scutatorū millia conduceret stipendio talentorū argenti centum annumerato, decreverat enim contra Amalecitarum & Idumaeorū atq; Gabilitarū gentes exercitū ducere: iamq; propediem moturus erat in eos, cum interuenies propheta dimittere Israēlitās consuluit, esse enim hoc hominū genus impium, & clade certā immisere oraculo se monitum, si talibus rex ratur auxilijs: alioqui Deo fauente vel modica manu deuinci posse hostiles exercitus. Rege autē ager ferente, quia iam publicè stipendū Israēlitū numerauerat, hortatus est propheta ut Dei voluntate sequeretur, quo proprieſio non defore pecunia. Illos itaq; dimisit, prefatus se donare illis quicquid mercedis nomine accepissent, & cū domeſtico tantū copijs contra predictas gētes profectus est. Quibus uno pralio vietiis interfecit x. millia, & totidem milia captiuorū abducta immagnum petram, qua imminent Arabia, eo loco

per

per rupes precipitata necanit: atq; ita vicitor  
cum opima preda domū rediit. Interea virginis  
illa Israëlitarū mercenariorum nullia, ignomi-  
niosam rati suā missionē, ac si pro inutili dāna-  
pa esset eorū opera, impetu in eius regnū faciūt:  
Et progressi, vsq; Bethsemara, regionē populatā  
sunt, ab acto magno iumentorū numerō, casisq;  
tribus colonorum millibus. Amasias verò post vī  
Eteriā factus in soleus, autorē eius Deū capiit ha-  
bere contēptui, Et pro eo venerari asportata de  
Amelicitis numina. Quamobrē à propheta con-  
nentus est mirari se dicēte si hos Deos crederet,  
qui cultoribus suis nihil opis afferre valuerint,  
vcc eos ab Hebracorū vi tutos præstiterint, sed  
sanquam ad se nō pertinentes cadi Et captiuos  
etralli passi sint: quin et ipsos belli iure abductos  
inter reliquā captiuarū turbā Hierosolyma per-  
uenisse. Rex his verbis ad irā percitus iussit illū  
bac de re esse quietū, minatus suppliciū si nego-  
tijs alienis miscere se pergeret. Tum ille, se quidē  
quieturum dixit, Deum tamē vltorē huinsmodi  
bonitatibus non defore. Nec multo post Ama.  
X.  
sias felicitatē suam, cuius tamen autorē Deum  
nō agnoscebat, non capiēs, sed fastu inflatus, scri-  
psit Ioas regi Israëlitarū, vt ipsius imperata fa-  
ciat cum suo populo, sicut antehac idem populus  
maioribus eius Davidi & Solomoni paruit:  
quod si noluit vltro facere officium, bello esse  
decernendum de imperij iuribus. Adhuc Ioas in  
hac

hac verba rescripsit : Rex Iosias regi Amasiae :  
Olim in eodem monte Libano cypressius erat &  
cardanus : hic à cypresso filiam petiit filio suo dari  
coniugem, interim bestia quadam superueniens  
concubauit cardanū. Hoc exemplum te moneat,  
ne maiora quā par est appetas, néuē propter re-  
centem de Amalecitus victoriā elatus, & te ex  
regnū tuum incerta committas alea. His lectis  
Amasias magis etiā ad bellū cōcitatus est, Deo,  
sicut fas est credere, instigante, ut raudē meri-  
tis impietatis paenas exsolueret. Vbi vero in con-  
spectum hostium venit, instructa vtrinq; acie,  
tantes repente pauor ac consternatio diuinis  
milites eius inuasit, ut priusquā manus consere-  
rentur iam terga verterent : & alijs alid diffu-  
gientibus, desertus à suis Amasias in hostis po-  
testatem veniret : qui morte illi minatus est, nisi  
officeret, ut Hierosolymite apertis portis se cum  
victore exercitu admitterent : ea necessitate, &  
vita amore adactus, persuasit ciuibus vt hostē  
reciperent. At ille dörutis ad trecentorū cubito-  
rum spaciū mōnibus, curru per id interstītium  
triumphabundus inuectus est, capuum p̄fē  
agens Amasiam : & hoc modo factus urbis do-  
minus, Dei thresuрос abstulit, & quicquid aurā  
vel argenti in regia repertū est, totū asportauit:  
ac tum demum dimisso rege reu:rsus est Samariam.  
Hac Hierosolymitis contigerunt anno  
regni Amasiae decimoquarto Appetitus tam-  
dem

dem amicorū insidijs fugit in urbē Lachēis : nec tamē evasit, illuc quoq; insecuris insidiatoribus, à quibus interfēctus est. Corpus Hierosolyma re latum, & regia magnificētia funeralū est. Tam miserum autē exitū habuit propter nouatas reli giones & pietatis contemptū, post exāctum aīnum vite quinquagesimum, regni verò viceſ muonum, Ozia filio regni successore.

Quomodo Ozias vicinas gentes subegerit. C.XI.

**D**ecimoquinto autem anno regni Amasie, X I. Hieroboamus Iosephius apud Israēlit. is 4. Re. 14 regno potitus est, quod per annos quadraginta obtinuit in eadē qua maiores eius Samaria re gia. Hic rex cūm esset vehementer impius, to tusq; idolis deditus, nihil sibi nō permittēs, Israē litis etiā innumeras calamitates attulit. Ei pro pheta Ion. 10 predixit, quod deuictis Syris ditio nem suā esset ampliaturus, prolatis eius termi nis ad septētriones usq; Amatīē urbem, ad me ridiē verò usq; Asphaltitem lacū: his enim olim terminis Chanaea terra finiebatur, iuxta Iesu imperatoris definitionē. Quo oraculo excitatus Hieroboamus, tutos eos tractus ademptos Syris ad suū regnum addidit, nihil fallēte Ione vatici nio. Sed quoniā pollicitus sum me bona fide res Hebraorū pruditurum, non dissimulabo quid de hoc propheta in sacri codicibus inuenierim. Inſiōne I. fuis enim à Deo proficii in regnū Nini, & illic prædicare, quod imperiū illud peritū esset, non

ausus est hoc facere: sed putans se posse Deum effugere, consenso apud loppes nauigio petebat Tarsum Cilicia: exorta autem velimenti tempestate, ita ut periculum esse ne nauis mergeretur, gubernator et nauta, atque ipse etiam nauclerus vota pro incolumente faciebat: Iona vero solus opero capite iacebat, nihil quemadmodum alij faciens: cumque turbantibus procellis fluctus magis ac magis cresceret, suspiciati aliquem e vectoribus esse in causa; decreuerunt sortito querere quisnam ille sit: quo facto, sors propheta obtigit: percontantibus quisnam esset, vel quid haberet negotij, ait se Hebreum esse, et prophetam Dei maximam, consuluisseque ut ipsum in mare iaceret, si vellent presens periculum evadere, se enim esse propter quem temporas fecerat. At illi primus quidem non audiebat hoc facere, impius facinus ducentes, hominem hospitem, qui vita sua fidei concredidisset, in tam manifestum exitium mittere: tandem urgente periculo et nauim tantum non mergente, partim propheta autoritate, partim suopte mente compulsi, in mare eum proieciant. Et tempestas quidem sedata est. Iona autem fertur a ceto devoratum post triduum in Euxinum pontum renouatum, viuu et toto corpore illesum. ubi impetrata a Deo erratorum veniam, ad Nini urbe profectus est: et cum in loco unde exaudiri poterat constisset, praedicauit quod paulo post amissum essent imperium Asiae: et cum hoc dicto abiit. Hac de

eo sic retulimus, ut inuenimus in commentarijs. 4. Reg.  
Hieroboamus autem ex actis feliciter in suo princi 14. 15  
patu x l. annis mortuus apud Samariā sepeli-  
tur, Zacharia filio successore. Ozias itē succeſſit  
Amasia anno regni Hieroboami decimoquarto,  
& apud Hierosolyma duabus tribubus prefuit,  
natus matre Achia, cuius & ipsa Hierosolymita  
na. Hic erat natura bonus ac iustus, & magna  
nomus, prouidensq; rebus solers & industrios:  
is suscepta expeditione in Palastinos, prelio vi-  
ctor vrbes eorū vi capit, Gittā & Iarmiā, &  
earum mania diruit. Alia deinde expeditione  
duxit in Arabas Aegypto vicinos, & condita  
vrbe ad mare rubrum, presulium in ea posuit.  
post hac Ammanitis subactis, tributoq; gēti pra-  
finito, & omnibus locis vsq; ad Aegypti termi-  
nos in potestatem suam redactis, in posterum ad  
curam vrbiſ ſe contulit: quicquid enim manuum  
vel vetustate labefactum erat, vel superiorū re-  
gum incuria, totū instaurauit: atq; eā etiā par-  
tem, quā Israēitarum rex Amasia patre huinc  
capto diruerat, quādo vrbē vīctor ingressus est.  
Hic addidit nō paucas turres centū quinquagin-  
ta cubitorū altitudinis, & arces aliquot in locis  
minus frequentatis ad tutelā dispositi: aquedu-  
ctus quoq; nō paucos exstruxit: habuit etiā in-  
uentorum aliarumq; pecudū infinitā penē mul-  
titudinem, quod regio effet apta pascuū: cumq;  
aētadū effet agricultura studioſus, terrā varys

arborum ceterarumq; plantarū generibus ex-  
 coluit: habuit præterea selectorū milium trecento-  
 ra septuaginta millia, quibus præerant centurio-  
 nes ac tribuni viri generosi & inniclo robore  
 præditi ad duo milia numero edocuitq; exercitū  
 phalangis ordinem struere in acie, & arma fun-  
 gulis distribuit, gladios, clypeos, & thoraces  
 areos: arcus etiā & fundas: præterea machinas  
 fecit multas ad expugnanda oppida, quibus vel  
 saxa vel tela emitteret, harpagones quoque &  
 alia instrumenta his similia. Dumq; in his stu-  
 dijs & paratibus versatur, corruptus est arro-  
 gantia, & inflatus mortali potestate, immortalē  
 illā ac sempiternā cœpit non magnis facere; nec  
 religionis nec pietatis abmodū obseruans, ita ut  
 ad paternā impietatem videretur proclivior, ad  
 quā & ille prolapsum fuerat, quod fortuna favo-  
 rē & perpetuos successus in rebus maxime mo-  
 deratē ferre nesciret. Et cū venisset solēnis festis  
 celebritas, sumpto sacerdotali habitu, ingressus  
 templum ad arrenū altare Deo suffitum facturus  
 astitit. Accurrit eō mox Azarias pontifex octua-  
 ginta sacerdotū globo stipatus, & regem compe-  
 scuit, vociferans ac negans hoc illi fas esse, sed  
 solis sacerdotibus datum suffire, qui sunt ex Aa-  
 ronis genere: iubebatq; ut exiret, & Deum tali-  
 bus fatis provocare ad iram desineret. Tum rex  
 commotus, mortem illis ns quiescerent minasse  
 est: et ecce ibi terra rebemster cōstitutur, fissaq;  
 superne

Superne templo radis os regis improbum  
ferit, quod eius tigio lepra contactus est. Accessit  
huic et aliud prodigium, quod eodem terranotio  
ante urbem in loco qui dicitur Eroze, dimidium  
montu ad occidentem vergentis reuulsum, et per  
quatuor stadia volutum, obiectu demum orientalis  
montis constitutum, abstructa via publica, et oppres-  
sis ruma hortis regius. Sacerdotes vero postquam  
in facie regis lepram animaduerterunt, diuinus  
inflictam ei plagam indicauerunt, et ut tan-  
quam pollitus et impuratus urbe cederet ad-  
monuerunt. At ille pudore calamitatis iam mode-  
stior, paruit, superbia cum impietate coiuncta tam  
misericordia poma mulctatus: et cum aliquandiu  
privatus extra urbem vixisset, filio Iothamo rem-  
public administrante, macrone tandem confectus  
obiit anno etatis sexagesimo octavo, regni quin-  
quagesimo secundo, sepultusque est in suis horie  
in monumento solitario. Israëlitarum autem rex  
Zacharias Hierobeami filius vix sexto regno  
mense exalto, ab uno e suis purpuratis per do-  
lum occiditur. Selesmus is fuit Iabeysi filius, qui  
occupata vacua Zacharie cede regia, trigesim  
ma post die male partum regne male perdidit.  
Manæmus enim dux exercitus, qui per id tem-  
pus apud Thapsam urbem erat, audito Zachari-  
e casu, cum omnibus copijs propere venit Sa-  
mariam, et preliorictum Selesmum interfecit  
dein auctoritate propria sumptis regni insignib[us]

Thapsant cum exercitu vi labore profectus est.  
 Oppidani vero obfirmatis portis noluerunt regem  
 admittere: ut ille ut in defectores saevos co-  
 tum circunquaque agrum vastauit, et postre-  
 mo urbem quoque vi caput: et quod esset Tha-  
 psensibus infensus, omnes ferro cōfecit, ne teneret  
 quidē atati parceret, et nihil sibi ad extremā cru-  
 delitatē reliquum faciens. que enim ne in bar-  
 baros quidē denictos perpetrare fas fuerit, ea in  
 sui genitu homines sibi permisit: nec mitior fuit  
 postea toto decennio quo Israēlitis praevis. Pe-  
 titus deinde bello ab Assyriorū rege Phullo, non  
 auctor est tñ eo in certamē descendere, sed factus  
 M. talentis argēti, maturè se ab ea vexatione re-  
 domit hāc summa Manaēmo populus contulit,  
 exactis L. drachmis in singula capita. Nec mul-  
 to pōst mortuus, Samarie sepultus est, Phaceia  
 regni herede relicto: is patri crudelitate perfe-  
 milis, duobus tantū annis regnauit. quidus ex a-  
 Etia in cōiuio cum amicis trucidatus est, in sedijs  
 Phaceiae tribuni, qui Romoli e fuit filius: obtinuit  
 autē hic Phaceias principatū annis x x. dubium  
 impingu magis, an iniustus. Huius tempore The-  
 gaphadassar Assyriorum rex Israēlitas ag-  
 grissus, subacta Galadica regione, et quicquid  
 trans Jordaniem colitur, vicinaque Galilæa, et  
 Cydida, et Asera; colonos abstractos in suum  
 regnum traduxit, de quo hoc loquo habemus.  
 Petrus Iosephus Orat filium regnauit in tribu

Iudea

Linda & Hierosolymitū regia, natus mater ur-  
bani generis nomine Ierasa. Huic regni nulla vir-  
tus defuit, erga Deum pio, iusto erga homines,  
& Reipu. studio so. quicquid enim instauratione  
opus habebat, diligenter sarcendum curauit: in  
templo vestibulum refecit & porticus: mœnum  
partem labentem restituit, & addieis magnis ac  
firmis turribus communivit. Ammanitas etiam  
prælio deuictos tributa pēdere coēgit, annua ta-  
lenta centum & tritici coros decies mille, & to-  
tidem hordei. In tātumq; regnum auxit, ut tam  
domu felix esset, quam foris formidabilis. Hoc xii.  
regnāte propheta quidam extitit, Naumus no-  
mine, qui de Assyriorum & Nini subuersione  
hec verba raticinatus est: Ecce Niniue piscina  
a quarum fluctuans, ita & populus eius omnis  
turbatus & fluctuās fugiet dicentq; State, sta-  
te, eripite aurū, eripite argētum. & nemoralet,  
vallent enim vitā seruare quā facultates: occu-  
pabit enim eos graue dissidium, & lamentatio,  
& dissolutio membrorū, & facies eorū præ pa-  
noxe fient lurida. Vbi erit posthac domicilium  
leōnū, & mater catulorū leoniorum? Dicit tibi  
Niniue dominus: Delebo te, nec posthac amplius  
leones ex te egressi mūdo imperitabunt: & alia  
multa de Niniue in hauc sententiam propheta-  
uit, que nūc nō est necesse repetere, alioquin ma-  
lestus videri possent lectorem plus aquo operos.  
Ezemerunt autem omnia que de Niniue pre-

dicta sunt, post annum C X V. Et de his quidem  
haec tenus.

Rasē Damascenorū rege Hierosolymita s bello  
vexante, Achazē eorū rex coactus est Assyriorū  
regem in Damascenos immittere. CA P.XI.

**xiiii.** **I**othamus autē è viuis abiit etatis anno X L I.  
I cūm regnasset annos sexdecim: quo in regijs  
conditoris deposito, regnā ad Achazē eius fi-  
lium hereditario iure peruenit. qui erga Deū im-  
piissimus omnium; & patriarū legum desertor,  
ad imitationē Israēliticorum regum se contulit,  
aras Hierosolymis erigens, & in eis idolis sacri-  
ficās, quibus etiam proprium filiū holocausta  
obtulit rītu Chamannaeorum, et his similia multa  
perpetravit. Hunc ita insauientem duo simul re-  
ges, Rasēs Damascenorū & Phaceias Israēl-  
tarum, bello aggrediuntur, erant enim amici &  
focū: & cōpulsum Hierosolyma multū duq; fru-  
stra oppugnauerūt, quod rībs esset munita egre-  
gie. Interea Syria rex ad mare rubrū Elam ur-  
bem occupat, & necatis eius habitatoribus Sy-  
rorum coloniam eō deduxit. Multis itē arcibīs  
expugnatis, & magno Iudeorū numero interfe-  
ctis, cum exercitu ex manubīs dilato domum re-  
versus est. Hierosolymitanus autē rex postquam  
cognouit Syros abiisse dominū, puerans se Israēl-  
tarum rege nō inferiorem viribus, eduxit cōtra  
eum copias: & cūm irato Deo commisisset pra-  
limp, propter tot impiaſ facinora rībus est, ceni-  
tum

tum enim & viginti milia tunc ceciderunt de  
 Hierosolymitarū exercitu. In eodem prælio Za-  
 charias supremus dux Israëlitarum cum Amia  
 filio Achaz e congressui, superatum occidit, &  
 pari modo Ericam prætorianorū präfectū ade-  
 ptsus interemit. & Elcanam tribus Iude copia-  
 rum ducē viuum in potestate suam redigit, ma-  
 gnum præterea captiuorum vtriusq; sexus nume-  
 rum è Beniamitinā tribu abegerunt. & opima  
 præda ditati renerti sunt Samariam. Obelas au 4. Re. 16  
 tem quidā qui in ea vrbe per id tēpus propheta  
 erat occurrēs illis ante manū, magna voce hāc  
 victoriā non ipsorum virtute partam assuera-  
 bat, sed quòd Deus regi Achaz & irasceretur:  
 incusabatq; eos quòd non contenti præsentis felici-  
 tate, ausi sunt homines ex tribus Iude ac Bēia  
 mitica cōsanguineos suos captiuos abducere, &  
 suadebat ut hos illacos domum remitteret: quod  
 ni faciat, Deum ab illis pœnas ex acturum. Post  
 hanc admonitionē Israëlitæ in concionem conve-  
 nientes deliberant quid factō opus esset. Exsur-  
 gens autē quidam magna inter suos autorita-  
 tis, Barachias nomine, cum alijs tribus, negabat  
 se passuros ut ciues sui captiuos in urbem intro-  
 duceret, ne forte omnes ex aqua diuinavltio per-  
 deret: satis esse præteriorum peccatorum, in qua  
 propheta clamatent, etiam si nulla noua accedat  
 impietas. His auditis milites, permisérunt illos,  
 quicquid vellent, arbitratu suo agere. Tum pre-

dicti viri assumptos captivos exemerūt vinculis, & curatis eorum corporibus, adiutis viatico remiserant domum incolumes: nihil minus quatuor hi deduxerunt eos usq; Hierichuitem & ulterius, cumq; non longe abessent à Hierosolymis, repetierunt Samariam.

Assyriorū rex vi expugnata Damasco, & occiso rege, populū traducit in Mediā, alijs gētibus Damascum in coloniam deductis. C A P. X I I I.

4. Reg.  
6.17

**A**chaz autē rex hac clade ab Israēlitis affectus, missa ad Assyriorum regē Theglaphalassarē legatione, auxilium ab eo petiūt cōtra Israēlitas & Damascenos atq; Syros, magnam pecuniam illi pollicens, in præsens etiam magnifica munera mittendo. Quam legationē postquam audīuit, ipse in auxilium Achaz profectus est, & vastata Syria, expugnatāque Damasco, Rasem quoq; regē occidit. Damascenos verò in superiorē Mediā populariter traduxit: & pro illis quasdam Assyriorum gentes in agrū Damascenū reposuit: Israēlitarū deinde terram populatus, multos ex ea captivos comprehendit. Post Syros ad hunc modum tractatos rex Achaz sublatō quantum erat auris ex argēti in regēs thesauris, atq; etiam in ipso templo & donarijs quosquot erāt pulcherrima, hac secum deferens venit Damascum, & sicut antē pactus fuerat, omnia regi Assyriorum tradidit, aliosq; pro beneficio gratijs reversus est Hierosolyma.

Eras

Erat autem hic rex tam stultus et incogitans, ut  
quamvis hostiliter cum Syris dissideret, illorum ta-  
men deos solere non desineret, sed in eorum cere-  
monijs, tanquam victoriam inde sibi pollicens, pie-  
zatem collocare pergeret. post cladem vero accep-  
ta, Assyriorum venerari capit numina, quid-  
vis potius adoraturus, quam verum ex a maiori-  
bus acceptum Deum, cuius indignatione ut tum  
vinceretur factum est. In tantum autem religionis co-  
temptum prolapsus est, ut spoliatum prius dona  
riis templum clauderet, ne illud solemnibus sacri-  
ficij honorare liceret: post has insanias impieta-  
tes tandem moritur, cum vidisset annos triginta-  
sex, et ex his regnasset sedecim, relieto herede  
Execia filia. Quo tempore etiam Phaceias Israe-  
litarum regnum cum vita amisisse, cæsus per insi-  
dias cuiusdam ex charioribus sibi auxiliis, cui no-  
men Oseas. qui cum regnum scelere quasi per  
annos 10. obiineret, vir fuit pessimus, nihil pie-  
tatis Deo deferens. In hunc duxit exercitum Af-  
syriorum rex Salmanasar, et quia Deum  
non habebat propitium, destitutum eius auxilio  
facile subiugauit, et præfinita tributa coegerit  
pendere. Quarto autem anno regni huius Osea  
Execias Hierosolymis regnum adeptus est, Acha-  
za ex Abia Hierosolymitanam muliere filius: is  
erat ingenio bono, et iusto, ac pio præditus: nam  
statim ab inito principatu nullam magis neces-  
sariam vel utilem tam sibi quam subditu curam  
existim

existimauit, quam religionis ac diuini cultus  
 quamobrem aduocata populi et sacerdotum Leui-  
 tarumq; concione, sic fertur ad eos verba fecisse:  
 Ne ifsi quidem ignoratis quod propter peccata  
 patris mei, & no redditos Deo debitos honores,  
 in multas & magnas calamitates incidistis,  
 quia per extremam dementiam passi estis rabiis  
 persuaderi, ut eos quos ille deos putabat colere-  
 sis. Ergo quinodoquidem vestro malo didicistis  
 quam perniciose res sit impietas hortor. ut illa  
 obliuioni tradita purificetis vos a præteritis pol-  
 lutionibus vna cum sacerdotibus & Leuitis, ac  
 tum demū conuenientes aperiatis templum, &  
 lustratum prius expiarumq; sacrificijs legitimis in  
 pristinum honorem & reverentiam restituatis,  
 hoc enim pacto placatum Deū & propitiū ha-  
 bebimus. His regis monitis accessi sacerdotes tem-  
 plum aperiunt, & electis inquinamentis, ador-  
 natissq; sacris vasis, victimas patrio ritu in al-  
 tare inferunt. Rex vero dimissis per totā ditionē  
 suam nuncijs, populum Hierosolyma ad Axymo-  
 rum celebritatem connocat multo iam tempore  
 intermissam propter impiam superiorum regum  
 incuriam. Quin & Israëlitas per nūcios hortati-  
 tes est, ut relictis consuetis superstitionibus ad  
 priscam illam pietatem & veri Dei cultū redi-  
 rent. Se enim illis permisurum ut Hierosolyma  
 reniētes axymorū festum vna cum suis cibis  
 celebrent. Hac autē se suadere non ut suum ne-  
 gotium

gotium ageret, sed ipsorum utilitatis gratia, "quos  
beatos fore, si huic consilio paruerint. Israëlite ve-  
rò auditio quid legati à suo rege afferrent, adeo  
mentē vō adhibuerūt, ut eos ludibrio habuerint,  
¶ prophetas quoq; eosdem cohortantes, ¶ pre-  
monentes quanta calamitates instarent, ni ma-  
ture ad pietatē redeñtes respuerint: quos postre-  
mō cōprehensos necauerunt: nec hū faciōribus  
contenti ad peiora etiā sunt prolapsi, ita vt non  
prius desisteret, quām ob extremā impietatem  
Deus rōtor in potestatē hostiū eos tradidit, si-  
cūt suo loco dicetur. Multi tamē ē manastīca  
tribu ¶ Zabulonis atq; Isacharis prophetarum  
monitas parentes ad pietatem sunt conversi, atq;  
li omnes Hierosolyma ad Ezeciā confuxerūt,  
vt Deū adorarent. Postquā autem ea multitudo  
conuenit, rex ascenso tēplo vna cum principib[us]  
¶ populo, immolauit pro se tauros septē, ¶ to-  
tidem arietes, paremq; hircorum numerum. ¶  
cum primum manus in capita victimarū impo-  
suissent tā rex quām principes, sacerdotibus ma-  
Etandas reliquerūt: illi verò iugulabant, ¶ so-  
lidas concremabant, Levitarum corona circum-  
stante cum instrumentu musicis, ¶ diuinos hy-  
menos canente, quemadmodum olim David eos  
psallere docuerat: reliqui verò sacerdotes acci-  
uebant buccinis. Interea populus ¶ multitudo  
humi in faciem prostrati Deū adorabant. Post  
haec sacrificavit boneſ septuaginta, arietes, ca-  
agnos

agnos. C. C. populo verò ad epulū largitus est bo-  
 nes D. C. Et reliqui pecoris tria nullus. Cumq; o-  
 mnia rite sacerdotes perfecissent, rex letus epul-  
 labatur cum populo, agētis Deo gratias. Instāte  
 verò azymorum festo, paschale sacrum facien-  
 tes, alias deinceps victimas maktabat per coni-  
 tuos dies septem: populo etiā prater eum nume-  
 rum quē ipsi maktaberunt, taurorū duo millia:  
 pecorum sepe millia rex de suo largitus est: hāc  
 liberalitatem imitati principes mille tauros eis  
 dederunt, Et pecora mille quadringenta. nec ul-  
 lum festū tam magnificè est celebratum à Solo-  
 monis temporibus in eum usq; diem: peracto festo  
 urbem egressi totam regionem lustraverunt, ipsa  
 quoq; Hierosolyma ab omni idolorum spurcie  
 munda reddiderunt. Quotidiana deinde sacra in-  
 xta legēm rex de suo fieri mādauit, Et sacerdo-  
 tibus ac Lenitis à populo decimas reddi cum pri-  
 mitijs fructuum, ut possent esse circa dimidiū cul-  
 tum assidui. Quo factum est ut populus omne ge-  
 nus fructuum conferret Lenitus et sacerdotibus:  
 rex verò horum apothecas et promptuaria co-  
 didit, vnde singulis partes distribuerent eis uxo-  
 ribus et liberis: atq; in hanc modū pristinus cul-  
 tus restitutus est. His ita constitutis rex Palesti-  
 nis bellum intulit, et parta victoria omnes eon-  
 tum urbes à Gitta usq; Gazam sue dictioris ad-  
 iecit. Interea res Assyriorum per oratorem ei-  
 denunciata, omucm eius regionem se subinga-  
 runt

ram, nisi tributa, qua prius pater ipsius, pendebat. Ex eius vero minas eius non magnificet, frater Deo suaque pietate, ac propheta Esaias, per quem futura cognoscet: Et hactenus de hoc rege.

Salmanasar capto Israëlitarum rege, & decem tribubus translatis in Medium, Chutioes in eorum regionem migrare iubet.

### CAP. XIII.

**S**almansar autem Assyriorum rex comperto xv. quod Israëlitarum rex mississet clam legationem ad So. in Aegyptiorum regem, inuitans cum ad societatem contra ipsum ineundam, iratus duxit exercitum contra Samariam, anno Osea regni septimo, & non receptus ab eo, post tertium obsidionis annum urbem rupit, anno eiusdem regis nono, Ex eius vero Hioro olymorum regis anno septimo: extinctoque funditus Israëlitarum imperio, populum traduxit in Medium et Perfidem, cum quo etiam Oseas rex viuses capit, Deinde migrare iussa quadam Persica gente ex eo tractu qui ab amne Chuthio denominatur, sedes ei designauit in agro Samarie, ceteraque Israëlitarum regione. Migraverunt igitur decem tribus Israëlitarum ex suis sedibus post annos D C C C C X L V I I. ex quo maiores eorum Aegyptum egressi armis ea loca sua ditionis fecerunt: post principatum Iesu anni octingentis. post defctionem vero à Roboamo Davidis nepote

nepote ad Hioroboamum, de qua supra diximus  
annis C C X L. mēsibus septē, diebus septem. atq;  
hic fuit s̄nis Israēlitarum, qui neq; legi subditi  
esse voluerūt, neq; prophetas audiire, prænuncian-  
tes adesse pro foribus hanc calamitatē, ni ab im-  
pietate desisterent. Omnia autē horum mālo-  
rum initium fuit illa seditio, per quā à Roboamo  
defecerunt, seruo ipsius in locū eius rege consti-  
tuto, qui contēptis diuinis legibus, & populo per  
suum exemplum ad eandem iniquitatē pertra-  
cto, indignationem caelstis minimis eis concilia-  
uit, & ipse quoq; meritas penas nō effugit. Por-  
tò Assyr orum rex cum armis totā Syriam &  
Phoenicem peragranit, & nomen eius in Tyro-  
rum annalibus scriptū inuenitur: Bellavit enim  
contra Tyrum regnante ibi Elulao, attestante  
etiam Menandro, qui in suis chronicis, ex Ty-  
riorum annalibus in græcam lingwam trāslatis  
sic scribit: Is deinde qui Elulao nominabatur,  
regnauit annos trigintas sex: hic deficienteis Gib-  
teos cum classe eō profectus sub imperium suum  
retraxit: cōtra quos missō exercitu Assyriorum  
rex Phoenicen totā inuasit: facta deinde pace, cū  
cōpys domum reuersus est: paulo pōst Sidon, Ar-  
ce, Palatyrus cū multis alijs oppidis à Tyrīs ad  
Assyriorum regē defecerunt: & cū soli Tyrī  
facere eius imperata detractarent, reuersus est  
contra eos cum sexaginta nauibus, quas Phœ-  
nices instruxerunt, impositis etiam octingentis  
remig

remigibus. Quibus occurrentes Tyrus cum duodecim nauibus, dissecta hostili classe, quingentos ex ea captiuos abduxerunt, quo facinore non mediocrem rei naualis gloriam sibi comparauerunt. Reuertens autem rex Assyrus, custodes ad flumen & aqueductus disposuit, qui aquari Tyrios prohiberent: quod cum per continuos quinq;  
 uantitos fieret, coacti sunt effossu puteis inde se sustentare. Haec sunt quae in Tyriorum annalibus de Salmanasare Assyrio scripta inueniuntur. Ceterum noui Samariae coloni Chuthai (sic enim tuum appellabatur, quod à Persidis regione Chuthra, & flumine Chutho essent tradiuti) cum quinq; gentium essent, totidem Deos patrios secum attulerunt, quos ritu suo colentes Deum maximum ad indignationem irritauerunt. Exorta est enim saeva pestilentia, à qua cum popularetur, nullam inuenientes opem, oraculo admoniti sunt, ut Deum maximum colerent, nam hoc illis praesentem salutem allaturum esse. Missis igitur ad regem Assyrium legatis, petierunt ut sacerdotes aliquot e captiuis Israëlitis ad eos remitteret, quo facta legem & Dei colendi rationem ab eis edoceti diligenter cum cooperunt colere, moxq; cessavit pestilentia: permanentq; nunc quoq; in ea religione, Chuthai vocati Hebreis, Gracis vero Samaritae, qui pro præsenti semper conditione temporum mutabiles, quoties felicer degere Iudeos viderint, cognatos se eorum s appellant,

appellante, utpote à Iosepho oriundos, & hac ra-  
tione sanguine illis cōmictos quando verò in re-  
bus aduersis eos aspicimus, nihil ad se pertinere  
aiunt, nec illis quicquā deversi benevolentia, cùm  
ipſi ex lege remotis gentibus ad ea loca reue-  
rint: de quo alias dicerur opportunitus.

F L. I O S E P H I A N T I-  
Q V I T A T U M I V D A I-  
C A R V M, L I B E R  
D E C I M U S.

Senacherib Assyriosc regis expeditio Hierosolymana, & Execiaz regis oppugnatio. C. A. I.

4. Kal. Iul.

**S**ENACHERIBI ASSYRIOSC regis expeditio Hierosolymana, & Execiaz regis oppugnatio. C. A. I.  
anno quartodécimo Senacheribus Assyriorum rex cum instrutissimo exercitu eis aggressus est, omnesq; tribus vi cepit, quodquot sunt in Iudea tribu Beniaminita. Iamq; nocturnus erat Hierosolyma, cùm ad illam venit legatio, imperato facturum, & tributa sollicitum promittere. Senacheribus verò audiens legato decrevit omisso bello postulata regni admittere, & polliciens est, si argenti palea trecenta, ambi triginta accepisset, pacato se abiturum, interurando interposito, quod ab annis iniuria temperatarum esset. His persuasus Execiaz ex hancis thesauris mittit eas pecuniam, satius hōste remoto posthac sine periculo se regnatum. Accepit Assyrus pecuniam,

sed

sed pœta non præstit: nam profectus ipse cum  
copys contra Aegyptijs & Aetliopes, Rapsacē  
ducem cum duabus alijs ad continuandum Hie-  
rosolymitanum bellum reliquit: collegarum no-  
mina erant Tharata & Anacharis. Ut vero ad-  
moto manibus exercitu castrametatis sunt: per  
muntium postulauerunt, ut Execias ad se prodi-  
ret in colloquium. Ille quod sit i metueret prodi-  
re nolens, tres intimos amicos misit, Eliacimū  
procuratorem, & Semnaum, & Ioachīm à com-  
mentarijs. Hi cum prodijssent, ante duces cōsti-  
terunt. quos intuitus Rapsaces iussit regi suo re-  
ferre hac: quod magnus rex Senacheribus scire  
vult, quo freat dominū suum refugiat, & obe-  
dire nolens exercitū in urbē non recipiat: an for-  
tē Aegyptijs, sperans ab illis posse exercitum re-  
gium deleri: id quidem si speret, dubio procul eā  
despere, & simile esse homini qui fragili arum-  
dou inititur, qua non solum nō sustinetur, sed  
lapsus etiam manum transfigitur. Scire autem  
cum oportere, quod non sene Dei voluntate facta  
sit hac expeditio, qui fecut ante de Israēlitis vi-  
ctoriam dedit, ita nunc quoq; Execiam cum suis  
subditis Assyriorum armis velit succubere. Hac  
Rhapsace Hebraicē dicente, cuius lingua peri-  
clus erat, Eliacimus timens ne multitudo his au-  
ditis paurore consternaretur, rogauit eum ut lo-  
queretur Syriace, Ille satis intelligens quid alter  
metueret, maiore etiam voce Hebraice resp̄didit:

debere eos audire mādata regis, & quod in rem  
ipsorum sit, deditio[n]em facere. Satis, inquit, scio  
quòd vos & vester rex populi vana spe sedu-  
cētes, ut resistat suadetis. quòd si quid audetis,  
& putatis vos posse exercitū nostrū à macibus  
repellere, promptus sum vos duobus equorū mil-  
libus instruere: vos datis totidē sessoribus vires  
vestras ostendite: sed nō potestis dare quos nō ha-  
betis. Quid igitur cunctamini dedere vos vali-  
dioribus, qui vos possunt vel multos vi capere?  
maximè cum spontanea deditio tutā sit: contrā  
cūm sit à coactu, periculo calamitatis nō careat.

4. Reg. 19 Hac cūm audissent ex duce tam legati quam po-  
pulus, ad regem etiam perlata sunt. Ille percul-  
sus habitum regalem excutit, & saccum induitus  
humili specie, ut mos est patrines, in facie proci-  
dens Deo supplicat, ut cūm alia spes nulla adsit,  
opem & salutē afferat. Mis̄is etiam ad Esaiam  
prophetam amicos aliquot & sacerdotibus, ro-  
ganuit ut pro communi salute precibus Deū fo-  
licitet ac sacrificijs, ut frangens nimias spes ho-  
stium, misereatur sui populi. Paruit propheta,  
& monitus oraculo iussit regē atq; amicos bono  
esse animo, prædicens hostem sine prælio victimum  
discessurum cum ignominia, & positurum fero-  
ces animos: Deū enim ei moliri perniciem. Ipsum  
quoque Senacheribū non succedente expeditione  
Aegyptiaca donum reuersum, ferro esse interi-  
turum. Fortè autem acciderat ut eodem tempore  
venirent

venirent ab eo literæ ad Exeiam, in quibus  
stultum eum dicebat, quod putaret se posse ser-  
uitutem effugere eius qui tam multas gentes  
perdomuerit: minabaturq; internacionem omni-  
bus, nisi sponte pat. factis portis exercitum intra  
Hierosolyma reciperent. Has lectas contempserat  
propter fiduciam quam in Deo collocauerat, &  
epistolam complicatam in templo reposuit. Ite-  
ratis deinde supplicationibus quibus urbis salus  
Deo commendata est, Esaias exoratus esse retu-  
lit, nec esse ea tempestate oppugnationē metuen-  
dam ab Assyriis. Instare enim feliciora tempora,  
quibus securi possint agros suos in pace colere,  
& possessionum suarum curam habere timentes  
neminem. Procedente autem tempore Assyriorū  
rex frustrari suos conatus videns infectis rebus  
redit ex causa tali. Multum temporis contrinxit  
in apparanda oppugnatione Pelusij: iamq; agge-  
rem penè manibus aquauerat, & videbatur as-  
sultum prope diem facturus, cum audiuit aduen-  
tare Tharsicem regem Aethiopum, Aegyptus la-  
tum suppetias, & per desertū copias duceres,  
ut improvisus adoriatur Assyrios. Territus igi-  
tar hoc rumore Senacheribus properè inde cum  
finis abiit. Herodotus autem hunc cōtra Vulcanū  
sacerdotem bellum gessisse dicit, nimirum quod  
idem & rex esset & sacerdos. Oppugnans, in-  
quit, Pelusium, hac de causa obsidionem soluit.  
rex Aegyptius implorauit opem sui numinis,

quod exoratum magnum Arabi incommodum attulit: nam  $\epsilon\gamma$  in hoc errat quod pro Assyrio scribit Arabem. Una, inquit, nocte murium rictanta extitit, ut hostium arcus  $\epsilon\gamma$  reliqua arma corroderent: quo factum est ut exarmatus rex à Pelusio suum exercitum abduceret. Berossus autem Chaldaicarum rerum scriptor Senacheribi regis meminit:  $\epsilon\gamma$  quod apud Assyrios regnauerit, totamq; Asiam atq; Aegyptum bello infestauerit. His verbis narrat.

Quod Assyriorum exercitus una nocte peste absumpsus est, & quod rex eorum domum reversus filiorum insidias perire. CAP. II.

**S**enacheribus autem ab Aegyptiaco bello resuertis offendit ibi exercitum, quem sub Rapsacis imperio reliquerat, peste dimitis immisso deletu, prima nocte posteaquam urbe oppugnare cuperat, absumpsus cum ducibus & tribunis CLXXXV. milibus militum: qua clade territus, & de reliquis copijs solitus, maximis leineribus in regnum suum tanteedit, ad regiam que Nitrus dicatur. Vbi paulo post per insidias seniorum è filijs fuit, Adramelechi & Scennari, vitam amisit, occisus in ipso templo Arasci, quæ præcipuo cultu dignabatur: quibus ob patricidium à popularibus pulsis, & in Armeniatis sanguinibus, Assarachoddas minor filius in regnum successit. Atque hic fuit huius expeditio-  
ne exiens.

Exsilia

Ezeias ab infestatione Assyriorum liberatus  
cum aliquandiu xixisset in pace, decedens  
Manasse filio regnum reliquit. C A P. III.

**E**zeias autem prater omnem opinionem lib-  
eratus periculo, vota pro incolumento  
Deo persoluit, quandoquidem manifestum erat  
huius solius ope hostem partim peste deletum,  
partim metu similis exitij ab oppugnatione vr-  
bis absterritum. Dumq; totus circa Dei cultum 4.R.2.20  
occupatur, paulo post in grauem morbum inci-  
dit, ita ut a medicis pro deplorato haberetur, nec  
amicis quidquam melius sperantibus: nec tamen  
vita periculum angebat regem, quam quod si-  
ne liberis decedente generis successio in eo defice-  
re videbatur, & regnum sine legitimo herede fu-  
turum. Hoc igitur marore potissimum cōfectus,  
supplex cum lacrymis Deū rogauit, ut tantisper  
differretur vita terminus, donec procrearet so-  
bolem, neue nondum factus pater eximeretur  
numero viuentium. Misertus autem Deus, idq;  
eo libeneius quod non sibi doleret regni volu-  
ptates adimi, sed successorem tantum germanis  
principatus quereret, misso ad eum propheta  
Esaia, iussit nuntiari quod post triduum morbi  
euaderet: & superuinens amos quindecim, non  
nisi relicto herede filio decederet. Hac cum pro-  
pheta ita ut iussus erat ad regem perferret ob  
magnitudinem morbi & inopinatum nuntium  
dubitans, prodigiosum aliquod signum ab Esaia  
8 4 postular.

postulat, ut certò posset credere, missum illum ad  
 se à Deo nuntium <sup>qua enim</sup> supra spem & ra-  
 tionem esse videntur, eorum solet hoc pacto con-  
 firmari veritas. Et rogante propheta quódnam  
 signum exhiberi sibi postulet, voluit ut quando  
 umbra in suo selario iam ad decimam lineam  
 processerat, per totidem lineas reuerti eam face-  
 ret. Et cum Deus hoc dedisset prophetæ precibus,  
 viso ita ut voluit tam insigni prodigio, cōfestim  
 recepta sanitate ad templum ascēdit, & adora-  
 to Deo vota persoluit, Circa eadem ferme tem-  
 pora imperium Assyriorum per Medos dissolui  
 contigit. de quo dicemus alibi. Babyloniorū au-  
 tem rex Baladas missis ad Ezechiam legatis cum  
 muneribus, invitauit eum ad societatem & ami-  
 citiam. Ille exceptis legatis comiter, & conuiuio  
 regali adhibitis thesauros etiam ostēdit, & ap-  
 paratum armorum, & quicquid pretiosum au-  
 ro constabat ac gemmis, atque ita cum donis re-  
 misit ad Baladam. Aditus deinde ab Esaia, ro-  
 gatusq; quinam essent qui venerant: ait è Ba-  
 bylone missos à rege venisse, ostendisseq; se illis  
 omnia, ut visis diuitijs colligentes ex his ipsius  
 potentiam, regi suo renuntiare possent certius:  
 tum propheta respondens, Scito, inquit, quod ha-  
 diuitia paulo post transferentur in Babyloniam,  
 & posteri tui virilitate amissa eunuchi seruient  
 regi Babylonio: hac enim predicti dominus.  
 Ex eius cōtristatus hac prædictione, ait se qui-  
 dem

dem malle gentem suam in eam calamitatē non  
incidere, sed quando aliter visum sit Deo, pre-  
cari ut saltem ipse possit in pace quid reliquum  
vita exigere. Huius quoq; Baladae Babyloniorū  
regis Berosus meminit. Ceterū propheta hic cū  
esset diuinus, & usq; ad miraculum veridicus,  
certus se nihil à vero alienum dixisse, omnia sua  
vaticinia scripto tradita reliquit posteris, ut ex-  
euēntu certitudo eorum posset intelligi: nec hic  
solus id fecit: sed alij præterea duodecim: &  
quicquid vel mali vel boni nobis evenit, totum  
illorum respondet oraculus: sed hos aliās singilla-  
tim percensemus. Ex ecclias porrò cum quan- III I.  
tū iam diximus superuixisset in pace, obut post  
annum vitæ quartum & quinquagesimum, re-  
gni vero nonum & vigesimum.

Manasses à Chaldeorum ac Babyloniorum rege  
captus post aliquantū temporis ab eo rursum  
in regnum suum restituitur. CAP. III I.

**H**uius successor Manasses filius, ex matre 4. Reg. 21  
Achiba Hierosolymitana ciue natus, o-  
missis paternis studijs contrariū vitæ institutum  
tenuit, nullam impietatem prætermittens, sed per  
omnia iniquitates Israëlitarum imitans, quos  
Deus propter peccata perdidit. ausus est etiam  
scelestus templū, Dei profanare, atq; adeo totam  
urbem & reliquā ditionem quam latè patuit.  
Exorsus enim à Deo contemptu, in omnes quot-  
quot erant in Hebreis iustos grætabatur cedi-  
bus,

bus, ne à prophetis quidem cruentas manus ab-  
stinebantur ex borum numero per singulas  
dies aliquem afficiebat supplicio, ut Hierosoly-  
ma inundarentur sanguinibus. His tam nefarioris  
facinoribus concitatus Deus ad iracundiam, miti-  
gebat unum post alium prophetam ad regem si-  
gnal atque populum, per quos easdem illis cons-  
minabantur calamitates, quas propter contemptum  
religionis fratres ipsorum Israëlite aliquando  
to ante perfracta fuerant. At illi nolentes fidem  
habere illorum sermonibus, per quos moniti si pa-  
ruissent immensia mala vitare poterant, re-  
tardata veritatem eorum experti sunt. Cùm  
enim in eisdem persecutarentur moribus, hostem  
illis Deus immisit regem Chaldaeorum & Ba-  
bylonie: is misso in Iudeam exercitu, regionem  
totam depopulatus, Manassem quoque dolo inter-  
ceptum & abductum, perpetuo paene habuit ob-  
noxium. Tum demum miser malo suo doctus ad-  
missam culpam agnouit, & ut hostem huma-  
num ac clementem experiretur, à Deo precibus  
petijt. Nec Deus se præbuit inexorabilem, sed  
misertus exaudiit supplicē: quem post aliquantum  
temporis spatium Babyloniis domū remis-  
sum in pristinum principatum restituit. Cata-  
runt clemētia victoris postliminis reversus Hi-  
erosolyma, dedit operam si posset abolere priorum  
peccatorum etiam memoriam, mutatis moribus  
eum cœcitus ad religionis studia. Nam & ve-  
dens

bem instruit, & templum consecravit denuo,  
 & in reliquum totius fuit in eort gratitudinem  
 Deo posset approbare, & quoad viueret eius re-  
 tinere benevolentiam. Idem facere populus quo-  
 que docuit, memor in quale incidisset inforts-  
 rum ob perpetrata administrata rem pub. Ador-  
 wato etiam altari, ex prescripto Moysis solennes  
 obtulit super eo victimas. Restitutus in veterem  
 statum religionis ritibus, ad munienda Hiero-  
 lyma curam transiit, ita ut reparatis antiquis  
 mænibus, noua illis circundaret, & turres exci-  
 taret altissimas, suburbanasq; arces cum alijs  
 necessarijs tum in primis commematibus muniret.  
 Adeoq; in melius mutatus est, vt ex quo Deum  
 colere caput, toto vita tempore predicatus sit  
 beatissimus. Cumq; vixisset amos L X V I I . in  
 viuis esse desunt, exactis in regno annis quinque  
 & quinquaginta. Sepultus est in Iortis proprijs:  
 regnum exceptit Amos filius, natus matre Emal-  
 sema, oriunda ex Iabate oppido. Hic imitatrix  
 iuuenilia sui patris opera, & à simulibus non  
 abstinenſ facinoribus, mature dedit poenas, do-  
 mi a suis oppressis familiaribus viridum exalte-  
 amo vita quarto & vigesimo, regni vero se-  
 cundo. In eius interfectores animaduertit po-  
 pulus, ipsum in pacernum monumentum intulit,  
 & regnum eius filio Iosia nominato eradicavit,  
 esse eum amorum puer.

De Iosia rege,

CAP. V.

Huius

4. Reg. 22 **H**uius mater fuit ex oppido Boscetha, Ieda nomine, ipse indole optima, & ad virtutem natus, Davide rege exemplari & regula tuis vita sibi proposito: quamprimum enim duodecimum annum etatis attigit, egrediū edidit pietatis ac iustitia specimen. Autor enim fuit populo, ut abiectis erroribus, & relicta de falso creditis dīs persuasione, conferrent se ad cultum patrū numinis. Et retractatis maiorū suorū institutis, quicquid peccatum esset corrigebat, tam prudenter exhibitus remedīs, quam si esset etate maturissima: quae vero decenter se habere inuenit, immota seruavit, & imitatus est. Hac autē faciebat tū per innatā sapientiā, tum ctiā seniorū monitus & cōsilijs. Sequēdo enim legū ductū in ordināda repub. & cultu diuinī numinis aberare non potuit, à quibus recedentes priores aliquot reges seipso perdiderāt. Itaq; obeudo tam vrbe quā regionē totā, lucos externis dīs dedicatos excidebat, & aras eorū diruebat, & dominaria quae eis à maioribus cōfecrata fuerant, per ludibriū detrahebat: atq; ita populū à vana opinatione ad verum Dei cultū convertit: & consueta holocautomata ceteraque sacrificia super altare obtrulit. Cōstituit etiam certos magistratus, & morū cōfōres, qui priuata quoq; negotia sic disponerēt, vt in omnibus nō minore iustitia quam vite ipsius rationē haberent. Dimissis deinde per totā suam ditionē nuntijs, iussit vt quinque

cunq; vellent cōferrent aurū & argentū in reparationem templi, idq; suo quisq; arbitratus, vt nemo grauaretur: & allatis pecunijs curā sumptuū in templū sartū tectū prestandū commisit Amasi prefecto urbu, et Saphani scriba, et Iotha cōmentariensi, & pōtisci Eliaciae: qui omis- sis moris & dilationibus, adhibitus architectū, & suppeditatis omnibus rebus ad reparationem necessarijs, incūbebant operi, atq; ita instauratiū est templū, & ipsum regiae pietatis argumētum futurum. Anno deinde regni sui x v i i i. iussit Eliaciam pontificem pecunia quæ instauratiōnē superfuit ih massas conflata crateras inde & libatoria platalasq; ad ministeria templi conficeret: præterea quicquid auri argenteive in thesauris esset, id quoq; prolatū in eo/dem usus cōuertere: pontifex autē dum promit aurum, fortè incidit in sacros libros Moysis in templo repositos: eos prolatos dedit scriba Saphani: qui cum eos perlegisset, regē adiūt, & quæ imperasset omnia facta indicauit: præterea libros rēcens inuentos ei legit. Qua lectione audita rex scidit sibi vestem, & conuocatis intimis aliquot amicis, ipsoq; scriba & Eliacia pontifice, misit eos ad prophetissam Oldam, uxorem Sallumi, viri clari ac nobilis, vt per uiderent ei Deum placare, & propitium genti suæ reddere: timendum enim esse ne propter neglectas à maioribus leges Moysis graues casus immineant, néne electi patrio so-

do in externis regionibus destituti omnibus com-  
modis miserè vitam finiane. Auditis regijs man-  
datis proprietissa iubet ei renuntiari, quod Desus  
femel contra eos sententiā tuleris, que nullis sup-  
plicationsibus irrita fieri possit, ut populoscia-  
tur proprijs sedibus, & omnibus praesentibus cō-  
modis propter nō seruatas leges multetur: quā-  
dogenitatem concessio ad respescendum tanto tem-  
poris spatio, ne prophetarum quidemhortatibus  
ad saniorē mētem renocari potuerit, debitas im-  
pietas penas prædicantibus: & ideo decretum id  
mutari non posse, ut ipso eventu discant esse  
Deum, & in prophetarū eius prædictionibus nō  
habet inesse mendacij, quibus certā suam volunta-  
tem hominibus indicare solet: attamen propter  
bonitatem regis dilaturum Deum aliquantis per  
imminentem calamitatē: sed ab eius obitu præ-  
fuita iam antē mala in populu missurum. Hoc  
mulieris patricium regi renuntiant qui ad eam  
missi fuerant. Ille circū omnia oppida missis num-  
sag, insit Hierosolyma conuenire sacerdotes ac

4. Reg. 23 leuitas, & omnes omnis atatus homines: & cūm  
cōgregati essent omnes, primum eis sacros libros  
legit: deinde stans in editiōs loco in medio popu-  
li, sacramento adegit uniuersos ad cultum dini-  
ni numeris, & seruandas leges Mosaycas: quod  
illi magno consensu facturos se receperunt.  
moxque sacra facientes, & mactantes vi-  
tūlitas Deum precabantur ut propitiis adesse  
digna

dignaretur. Postremò iussit pontificē, si quod  
vix in templo superesset à maioribus dicatū ido-  
lorum externorum vñi, vt inde ejiceretur: Cr  
eum non pauca essent collecta, omnibus incensis  
einerem eorum dispergit: deniq; sacerdotes idolo-  
rū à genere Aaronis alienos interfecit. His appellat  
Hierosolyma peractū exiuit peregrē, Cr qui  
quid per totam regionem in honorem externo-  
rum numinum à Hieroboamo dedicatum inue-  
nit, delenit funditus, Cr ossa pseudoprophetarum  
super altare, quod primus Hieroboamus extre-  
micerat, cōbuscit; sicut superius diximus, iam tum  
cum super eo Hieroboamus sacra ficeret, inter-  
venisse prophetam, Cr in presentia totius popu-  
li prænuntiasse, quod virus ex Davidis progenie,  
nomine Ioseph, hoc esset facturus: cuius pradi-  
ctionis eventus post annos trecentos sexaginta-  
annū fecutus est. Post hanc iniuitatē Cr alias Israēli-  
tas, qui captiuitatem Cr seruitutē Assyriorum  
exitauerant, eisq; persuasit, vt omisissim impūis  
actionibus, Cr religionebus externis, Deum ma-  
ximum ritu patrio colerent eisq; soli adhuc ererent.  
Nec hoc contentius oppidatim ac rite atque per do-  
mos scrutatus est, ne quid suspectum intus delin-  
gesceret: quadrigas etiam solis, quas superiores  
reges in vestibulo templi consecraverant, Cr se  
quid aliud diuinis honoribus vulgus imperitus  
dignabatur, de medio sustinuit. Ceterum lustrata  
ad hunc modum regione ruinae, populum Hie-  
zofel

rosolyma conuocavit ad celebrandum festū aixymorum, quod dicitur Pascha, deditq; populo ad epulum de suo triginta hædorum & agnorum millia, & boum tria millia. Principes quoq; sacerdotum contulerunt sacerdotibus ad idem festum agnorum duo millia, & sexcentos : & similiter lenitus eorum primary dederunt agnorum quinq; millia, boves quingentos : cumq; tanta esset victimarū copia, immolabātur omnes iuxta leges Moysis, sacerdotibus ei cura prepositis, & exēplo suo reliquo populo praeuentibus. Et quod à Samuelis prophetæ temporibus in eam usq; diem nulla talis festivitas celebrata fuerit, causa est, quia tum omnia iuxta prescripta legū & antiquas consuetudines peragebant: Post hac Iosias cum pace, diuitijs & gloria floruisse, vite finem habuit huiusmodi.

Nechabo rege Aegypti contra Babylonis per Iudeam exercitū ducere volente, Iosias vetare conatus prælio vi Iudeus occiditur. C.VI.

**N**Echatos Aegypti rex magnis dilectionibus habitis copias ad Euphratrem duxit contra Medos & Babylonios, qui Assyriorum imperium euerterant, volens sibi Asia regnum querere. Cumq; processisset usq; Menden oppidum dictoris Iosiae, opposuit se ei, vetans per suis iuris regicē iter contra Medos facere, tum Necho ad Euphratrem properare: nō esse sibi impo-

nendam necessitatem prater propositum cū ob-  
stante dimicandi. Iosias autem verbis Aegyptij  
nihil mouebatur, sed perseverabat in ea senten-  
tia, ut per suam ditionē volenti ducere transitū  
pernegaret, fato opinor ad hanc arrogantiā vr-  
gente hominem, ut occasione aduersus eum in-  
ueniret. Num enim acie instruens curru ab uno  
cornu ad alterum velitur, Aegyptius quidam sa-  
gitta isto bellandi studiū exemit. saucius enim,  
et cruciatū non ferens, iusso exercitu deflectere,  
Hierosolyma reuertitur: ubi ex eo vulnera est  
mortuus. Sepultus est magnifico funere in monu-  
mentis paternis, cū vixisset annos triginta no-  
num, regnasset triginta unum. Luxit eum popu-  
lus multis diebus lamentis, et tristitia mortem  
eius prosequens. Hieremias etiam epicedium ei-  
scripsit lugubri carmine, quod nūc quoq; extare  
videmus: hic propheta et instruitem urbi capti-  
vitate Babylonia, et nostri etiam seculi clades  
predictas mandauit literis. Nec solus ille hæc va-  
ticiinatus est multitudini, sed et propheta Eze-  
chiel, qui primus duos libros hoc argumēto scri-  
ptos reliquit: erant autē in duo sacerdotalis ge-  
neris, quorum Hieremias vixit Hierosolymis,  
ab anno decimo tertio regni Iosiae usq; dum tem-  
plum via cū urbe est dirutū: cuius suo loco men-  
tionem faciemus. Porro mortuo quemadmodum  
diximus Iosia, regnum suscepit filius eius Ioa-  
nu, anno atatis vigesim tertio, regiam habens

Hierosolymis. Hic matre natu Amethale, ins.  
¶ 1. püs & impuris fuit moribus. Hunc Aegyptio-  
rum rex à bello reuertens accersitum ad se in  
urbem Syria Samatham vinxit, & fratri eius  
seniori, eodem patre nato, Eliacimo nomine re-  
gnum tradidit, Ioacimi nomine prius illi indito:  
regionis vero eius centum argenti talentorum tri-  
butum imposuit, & unius talenti auri. atq; ita  
Ioacimo tributariori facto, loax um secū in Aegy-  
ptum abduxit, ubi mortuus est cum regnasset  
mensis tres, dies decem. Mater autem Ioacim ve-  
cata est Zabuda, nata ex oppido Abuna: hic  
quog: malitioso fuit ingenia, nec erga Deū pius,  
nec mitis erga homines.

Nabuchodonosorus inuadem Syria Ioacimum  
ad amicitiam & societatem suā pertraxit. C. VII.

**A**nno autem quarto ex quo is regnare in-  
cepit, quidā Nabuchodonosorus apud Ba-  
bylonem regno potitus, cum instructissimo exer-  
citu Carchabesam ad Euphratēm fidam petūt,  
bellum inferens Aegyptio Necho, qui tum tota  
Syria dominabatur. At ille cognito Babylonij co-  
natū, non contempstī hostem, sed cum validis &  
numerosis copijs ad Euphratēm ei se opposuit, &  
collatis signis cū eo congressus amissis multis mil-  
libus coactus est cedere, Babylonius autem su-  
perato Euphrate, totam Syria, Pelusium usq;  
subegit Iudea sola excepta. Quarto deinde re-  
gni Nabuchodonosori anno, Ioacim vero octauo,  
Babyl

Babylonij Iudeis bellum inferunt magnis viribus, dira minantes nō tributa pendent quemadmodum reliqui Syria habitatores. At ille timore I.R.e. 2.4 suadente pacem mercatus pecunij, integro trienno imperata tributa persoluit. Inductus dein. VIII I., de ad vanas spes rumoribus expeditionis Argypriorum contra Babylonios, & negato tributo, expectatione sua frustratus est: nam Aegyptij bellum instaurare non ausi sunt, id quod propria Hieremias quotidianis monitu pradicere non destitit, frustra eos spem in Aegyptiorum praesidio posere. Imminere enim urbi certam subversionem à Babylonij, & Ioacimo regi captivitatem. Sed hac raticinia quod nemo eis moneretur, nemini proderat. Etenim tam vulgi quam proceres contemptim hac audiebant, & irati male ominus, prophetam apud regem accusabant, depositentes eū ad supplicium. Delata demum re ad regium senatum, maxima pars ut immixta calculis suis eum damnavit: pauci vero quidam sapientiores è regia prophetā dimiserunt, autoresq; fuerunt etiā alijs, ne in eum seuire pergerent. Adducebantq; rationē, non hanc solum mala urbi prædicere, sed & Michaël antetalia prædixisse, & multos alios, quorum nemo à sui temporis regibus aliquid esset passus, sed omnes vt Dei rates habiti sint in pretio: atque hoc pacto lenitis animis diversa sentientium, effecerunt vt renocatis suffragijs propheta exi-

meretur suppicio: qui conscriptis omnibus suis prophetis, reiunati populo & in templū congregato, nono mēse quinti anni regni Ioacimi legit eum librū, contumē quid templo & urbi eiusq; populo deberet accidere. His auditis principes ci librum adimunt simulq; iubēt tam ipsum quām eius scribami Baruchum ē medio secedere, vt omnes latet ubi sint: librū verò ad regē pertulerunt, qui præsentibus amicis iussit scribans librum sumere & legere: quo lecto iratus consedit eum, & inictum in ignem exusit: iussitq; Hieremiam & Baruchum ad se adduci daturos suppiciū: sed illi iam se ira eius subduxerant.

Nabuchodonosortis Joacimū rursum Aegyptiorum rebus studentē interfecit, & Ioacimū eius filiū pro eo regem constituit. C A P. V I I I.

**N**on multo pōst venientē cum exercitu Babylonium regem excipit in urbe, territus prophetae predictionibus: quod enim ab eo sibi non timeret, neq; exclusit, nec ad bellum se parauit. At ille receptus non seruauit fidē, sed florem iuuentutis Hierosolymitanā vna cum ipso rege interfecit quem etiam insepultum extra mēnia iussit proiecī: & pro eo Ioacimū filium regē urbis & regionis constituit: eorū verò qui in aliqua dignitate fuerunt, in captiuitatem abduxit Babylonē tria millia, in quibus fuit etiam tum puer Ezechiel. Hic finis fuit Ioacimi regis, quē vixit annos trigintasex, regnauit iundccim successor

tessor autem eius Joachimus, natus matre Hierosolymitana nomine Nostra, regnauit menses tres, dies decem.

Babylonius mutata sententia Ioachimū obsidet, deditūq; ultro captiuū Babyloniam abducit. C. IX.

**B**abylonum autem regem statim dedisse re- I X.

Bgnūm Ioachimo paenituit. Verebatur enim 4. Re. 25 ne memor patris per iniuriam occisi, regionē ad defectionē perpelleret. Misso igitur exercitu Hierosolymis eū obsedit, qui cūm esset natura bonus & iustus, non sustinuit periclitantem propter se urbem despicer, sed matrē & cognatos mis- sis à rege ducibus tradidit obsides, icto in hoc cū ei foedare, quod nec urbi mali aliquid inferrent, nec ciuibus. Sed tum quoq; ne per interru... quidem annum fides servata est, Babylonio rege violante eam, & mandante per literas suis du- cibus, ut omnem iuuentutem captivam ex urbe abducerent, & quicquid inesset artificum, & vinculos ad se adduceret fueruntq; hi omnes de- cem millia numero, & octingenti triginta duo, & in his Ioacimus cum amicis ac matre, qui à rege in custodia sunt habiti.

Sedecias Hierosolymorum rex à Babylonio constituitur. C A P. X.

**P**ro Ioachimo autem Sedeciam eius patruū regem constituit, iureinando astricatum quod nihil in ea regione esset nouaturus, nec iu- naturus Aegyptios. Is erat annorum viginti &

unius cum principatū acciperet, natus eadē ma-  
 tre qua frater Iocimus, sed iusti ac decori negli-  
 gens, ut qui aquales quoq; circa se haberet im-  
 pios: quin & totus populus in eādem solutus est  
 licentiā. Quamobrē sape numero Hieremias pro-  
 pheta illum adiūt, obtestās ut omīssis impietati-  
 bus iustitia curā gereret: neue aut ducibus men-  
 sem adhiberet, quod essent mali pleriq;, aut fal-  
 sis prophetis crederet, eū decipientibus, & pollū-  
 centibus nō oppugnaturā amplius urbem Baby-  
 lonum, vincendumq; bello petitū ab Aegyptiis:  
 bac enim non verè dici, nec euentura esse unquā.  
 Sedecias vero tantisper dum audiebat prophe-  
 tam, agnoscebat eū vera dicere, & in rem suam  
 esse, si illi fidem adhibeat: sed per amicos rursum  
 depravabatur, & abducebatur à propheta consi-  
 lys in diuersam quocunq; vellent. Sed & apud  
 Babylonem Ezechiel eodem tē pere vastationem  
 templi prædicebat, eamq; prædictionē etiā Hie-  
 rosolyma transmisit: quibus vaticinjs Sedecias  
 bac potissimum de causa noluit credere. In cat-  
 sis enim omnibus inter se concinebant, quod &  
 urbs nō capietur, & Sedecias ipse captiuus abdu-  
 setur, in hoc vero discrepare videbatur Iezeciel  
 quod negare Sedeciam visurum Babylonē, cum  
 Hieremias asseneraret omnino futurū ut capti-  
 vium eum Babylonius rex secū abduceret. Qua-  
 re cūm hic dixerit dicere eos videret, ne illa qui-  
 dem vera putabat, in quibus cōsentiret: etiam si  
 enemus

ementus omnia vera fuisse cōprobauit, sicut alias  
opportunitas dicetur. Igitur cūm per octo annos  
focuſ Babyloniorum fuſſet, violato, fadere ad  
Aegyptios defecit, sperans si cum illis vires con-  
iungeret, Babylonium necessariū ſubcūbere. Quo  
cognito Babylonius exercitū contra eum di-  
xit: rastataq; regione, & occupatis arcibus ad  
ipſa Hierosolyma oppugnanda acceſſit. Aegy-  
ptius autem audito in quibus angustijs eſſet Se-  
decias focuſ, aſſumpto valido exercitu Iudeam  
petyt, volens obſidionē ſoluere. At Babylonius  
intermiſſa obſidione, obuiam illi profeſtus, mo-  
pralio vičtum tota Syria expulit. Mox verò ut  
obſidio ſoluta eſt, pſeudopropheta Sedeciam de-  
ceperunt, vanū iactātes quod à Babylonij regē  
eiusq; ſubditis inſtaret bellis periculum, quodre  
trāſferendō eſſent ē ſuī ſedibꝫ in Babyloniam:  
imò etiam captiuos reddituros eſſe cum omni-  
bus reſis quibus rex templū ſpoliauerat. Ab  
Hieremias adito rege omnia vera & hiſ con-  
traria prenuntiat, dicens eos regem decipere,  
nihilq; commodi ſperandum ab Aegyptijs: ſed  
nicti illis Babylonium copias ad Hierosolyma  
reducturum, & quoquot oppugnatiōi ac fa-  
tui ſuperfuerint, captiuos abducturum: dire-  
ptisq; omnium facultatibus, & exhaustis tem-  
pli dñitatis, in urbem ſimul & templum ferro ac  
flamnis ſanitaram, nullo facio aut profani di-  
ſcribitur. Es fermicame, inquit, ei posteriūq; eis

per annos LXX. à qua seruitute Persæ & Medinos eripient, extincto Babylonorū imperio: quorū opè dimisi, & huc reuersi templum adificabimus denuo, & Hierosolyma restituemus. Hac dicēs Hieremias plerisq; persuadebat: principes vero & impii velut furiosura cōtēnebant. Cumq; aliquando libuisset ei natale solū Anathoth renisere, quod à Hierosolymis x. stadijs est disstū, quidā è magistratibus in itinere fortè obuīs cōprehēsum detinuit, calūniās quod ad Babylonios vellet trāsfugere. Prophetā cōtrā negavit eum verū crimen affere, sed ire se in patriā. Ad ille nihil eius verbis motus, duxit cum ad magistratus in iudicium, à quibz. diu tortus & excruciatuſ seruabatur ad supplicium, & aliquanto tēpore coactus est vivere in his afflictionibus. Anno autē nono regni Sedeciae, decima die mensis decimi, Babylonius rex iterum exercitum admovit Hierosolymis & continuata per XVIITI menses obſidone, modis ornatibus expugnare urbē conatus est. Prater externam autem oppugnationē duobus grauibus malis intus impugnabatur ciuitas, fame ſimil & pestilentia vehementer grauantibus. Interim Hieremias in carcere nō quiescebat sed clamabat ad multitudinem, apertis portis recipiendū Babylonium: nam hoc factō seruādos esse vna cū totis familijs, alioquin fine remedio perituros: addebat manēbus in urbe hostili ferro aut fame pereum dū: qui

verd

verò ad hostē perfugerint, mortem emasuros. At principes ne malis quidē pressi audire volebāt, sed irati ad regē omnia deferebāt, incusabantq; prophetā ut furentē, & frāgentem sibi animos. & obnunciādis calamitatibus omnem populi promptitudinem & alacritatem eneruantem: illos enim paratos pugnare pro patria, hunc verò minari tristia, & dicere expugnatam urbem omnino subuertendam esse. Rex verò suopte quidem ingenio non exacerbabatur: sed ne in principū inuidiam tali tempore incurreret: voluntati eorum resistēs, permisit eis ut de propheta quicquid liberet faceret: quo impetrato cōfestim carcērem petentes, exēptum inde in quendam ceno sum puteum per funē demiserūt, vt ibi præfatus moreretur: ille verò usq; collū mersus ibi manebat. Interim quidam ē seruis regis charioribus genere Aethiops, renūciat domino quid prophete acciderit, dicens non recte principes statuisse & amicos, quod vatem in caenū demerserint, & grauiorē quam qua in vinculis erat expectāda, mortem homini excogitauerint. His auditis rese penitentia prioris consilij, quod principibus prophetā in potestate tradiderat, iubet Aethiopem triginta socios ē suo famulitio sibi assumere, funesq; capere & quicquid ad viri incolumitatē opus sit, & quantū potest propere ē puteo Hiene miām extrahere. Tum Aethiops assumptis quē admodū iussus erat, socijs, extractū ē ceno permisit

misiit abiit liberum. Accitus deinde clam ad regem, interrogatus est ecquod posset diuinis afferre ad rem praesentem remedium. Ille habere se ait, sed neminem crediturum sibi, aut praeceptis suis obtemperatrum. Sed omnes inquit, amici tuoi quasi maleficis captiunt me perdere: ex vbi nunc sunt impostaores illi qui negabant Babylonium amplius redditnum? Quamobrem vereor apud te veritatem promovere, ne forte in vitam meam facias. Sed cum rex iureinando confirmasset, nec se illum interfectorum, nec amicos id facere passum fatus accepta fide, consuluit ut urbem Babylonij dederet: ita enim se interiuntio iubere Deum, si modò relit incolamini esse, ex immixtis periculum evadere, ex casere ne urbs solo aque tur, templumq; tradatur incendio. Ni facias, ipsum fore omnium malorum causam tam sibi ac sua familia, quam riuerso populo. Tum rex, se quidem capere facere quavates in rem communem consideret: sed timore amicos, qui iam ad Babylonios transfugerant, ne ab illis accusatus apud regem traduceretur suppicio. At proposita addebat illi animum, vanum eum timorem esse dicti sans nihil enim mali passurum, si ciuitate dederet, ac ne uxores quidem eius ex liberos: mansurum etiam sempiternum. Hec locutus Hieroniam rex dimitit, iussum nemini ciuitatum communicationem inter ipsos consilium prodere, ac ne principibus quidem indicare, sa cognite collocares

se esse, percontarentur cùntiam effet à rege acer-  
sus: sed prætexendum quodd̄ venerit rogatum,  
ne posthac amplius haberetur in vinculis: id  
quod factum est à propheta, volebant eum scire  
quānam de causa accessisset ad Sedeciam.

Captis Hierosolymis Nabucodonosorus popu-  
lum traducit in Babyloniam. C A P . X I .

**I**NTEA Babylonius pergebat in oppugnandis  
aceris Hierosolymis, extrusis aggeribus, &  
erectis turribus, è quibus acerbat propugnatores  
stātes in manibus: multos enim aggeres circum-  
quaq; excitauerat, urbis muro altitudine pares.  
Nec segniter interim defendebatur urbs, ciuibus  
nec fami nec pesti succumbentibus, sed obdu-  
ratis animis omnia mala perferentibus: ac ne  
machinis quidem hostium territi, alias contra  
machinas excogitabant, ut inter se utriq; non  
viribus solum certarent, verum etiam armis,  
dum illi his potissimum sperant se urbem posse  
capere, hi salutem suam in eo puerant confidere,  
si non cessent noui commentis illorum conatus  
laudificari: atq; id certamen duravit per menses  
decem & octo, donec tandem succubuere, par-  
tim inedia ricti, partim superne è turribus te-  
lorum multitudine oppressi. Captia est autem  
urbs undecimo anno regni Sedeciae, quarti mē-  
sis die nona: ceperuntque eam duces Babylo-  
niorum, quibus Nabuchodonosorus oppugna-  
tionem commiserat, dum ipse apud Reblathia  
drge

degeret: quod si quis requirat eorum ducum etiam  
 nomina, sunt hac: Nergelcar, Aremantus, Eme-  
 gar, Nabosaris, Edharampsaris. Urbe autem capti  
 circa medium noctem, ex ducibus ac reliquis ho-  
 stibus in templum ingressis. Sedecias rex urbis hoc  
 sensit, assumptis uxoribus, liberis, ducibus et  
 amicis fugam arripuit per fauces quasdam an-  
 gustas in desertum: quod cum Babylonis cogno-  
 nissent transfugarum inducio, sub autoram ag-  
 gressi sunt eos persequi, et assecuti eos non procul  
 a Hiericante circumuerunt. Amici vero et  
 duces fuga comites vissis est propinquos hostibus,  
 reliquo Sedecia dissipati sunt quia quemque tulit  
 spes effugit. Ipse penitus desertus cum uxoribus ac libe-  
 ris et paucis amicis in hostium potestate de-  
 uenit, et mox ad regem periculus est. Quem post-  
 quam in conspectu habuit Nabuchodonosorus,  
 impium et fidelitatem vocare coepit, promissio-  
 num immemorans quod regi servare illam regionem  
 esset pollicitus: exprobabat etiam ingratitudi-  
 nem, quod cum a se accepisset regnum loacimo fra-  
 tri debitum; accepta potestate abusus esset in au-  
 torum beneficium. Sed magnus est, inquit, Deus qui  
 te propter mores tuos possimos in manus meas  
 tradidit. His verbis cum Sedecia increpisset, eum  
 stigio iussis ipso et alijs captiis inspectacibus  
 filios eius et amicos trucidari: deinde ipsum  
 excacauit, Babyloniem secum abducendum. Atque  
 ita utriusque propheta predicationes, scilicet Hieremia  
 quam

quām Iezezielis, quamvis ab illa contēptā, even-  
tu non vana fuisse cōprobata sunt: quod captus  
abducetur ad Babyloniam, & corām cum eo lo-  
quetur, & oculis suis faciem eius videbit, Hiero-  
mias prædixit: quod verò caccatus primo cum  
Babylonē perductus esset videre eam nō potuit,  
Ezezielis fuerat vaticinium. Quae quidē ignorā-  
tibus satis declarare possunt Dei naturā, quām  
varia sit & multimoda, omnia tēpestiū dispo-  
nens, & futura præsignificās: sicut humana in-  
scitiae & incredulitatis insigne exēplum hic emi-  
net, per quā non licuit eis futurā calamitatē euā-  
tare, ut ne cauerent quidem fatum ineluctabile.  
Atq; hic fuit Davidi generis regū exitus, qui  
vnius & viginti regnauerunt deinceps: idq; tēpa-  
ris spaciū quingentos & quindecim annos con-  
tinet, & mēses insuper sex cū diebus decē: annū  
meratis viginti annis primi regis Sauli, qui fuit  
tribus alterius. Ceterū Babylonius post victoriam  
Nabuzardanē ducem misit Hierosolyma  
cum mādatis, ut tēplum spoliatum incēderet, re-  
gia quoq; similiter cremata urbē à fundamen-  
tis dirueret, populum in Babyloniam traduxeret.  
Qui cūm eō peruenisset undecimo Sedeciae regnū  
anno, è tēplo vasa omnia tam aurea quā argen-  
tea sustulit, & labrūs quoq; illud grande quod  
Solomō dedicauerat: p̄terea colūnas illas arese-  
cum suis capitulis, & mensas aureas atq; can-  
delabra. His sublatis templum incendio mensis  
quintā

quinti die prima, anno regni Sedeciae undecimo,  
regni vero Nabuchodonosori x v i i i. deinde  
regiam incendit, ex urbem diruit. Incensum est  
autem templum anni ex quo exstructum fue-  
rat clapsis c c c c l x x. mensibus sex, & die-  
bus decem additis: ex aliis à transmigratione ex  
Aegypto anni M. L X I I . mensibus sex, diebus  
decem: à diluvio autem usq; ad templi destruc-  
tionem intercesserunt anni M. D. C C C C L . men-  
ses sex, dies decem: ab Adamo item condito usq;

Anni mū ad hunc templi casum tria millia annorum elati.  
psa sunt, & insuper D X I I I . menses sex, dies  
decē. Tantus censemur annorum numerus, quo tem-  
poris spacio quid & quando gestū sit, suo queq;  
ordine explicamus. Dirutus Hierosolymis &  
populo migrare iusso, dux regius captiuos fecit  
hos: pontificem Saream, & qui post hunc secun-  
dum inter sacerdotes locum tenebat, Sephiemam:  
tres prefectos cuſtodię templi, eumuchiū prima-  
rium regis cubicularium, cum septem alijs regijs  
amicis: præterea scribam regium, & alios prin-  
cipes viros sexaginta, quos omnes rūa cum spo-  
lijs templi perduxit ad regem suum agentē tunc  
Reblathū, que est Syria ciuitas. Rex vero pōti-  
fice & principes in ea urbe iussit capite plecti,  
reliquam captiuorū multitudinem & in his Se-  
deciam ipse Babylonē perduxit. Iosadocū etiam  
pontificem vincitum secum duxit, Sarea pōtifica  
filium, quem modo Reblathis affectum supplicia  
dixim

maximus. Nunc quoniam regum genus & eorum  
successionem ordine recensimus, cōueniens duxi  
etiam pontificum enumerare nomina, qui regum  
tempore per continuas successiones summum  
administraverunt sacerdotium. Ergo primus  
omnium in templo recens à Solomone exstructo  
pontifex fuit Sadocus, cui filius Achimae suc-  
cessit: post Achimam Azarias, & post hunc Io-  
ramus: post Ioramum Iesus, & deinceps Axio-  
ramus, Phideas, Sudeas, Iulias, Iothamus, Vrias,  
Nerias, Odeas, Saldumus, Elcias, Sareas, Iosa-  
docus qui captiuus Babylonem pertractus est: hi  
omnes quasi per manus traditū sacerdotium filij  
parentum successores acceperunt, cōtinuata ge-  
neris serie. Ceterū Rex Babylonē reversus Se-  
deciam in carcere vsq; ad mortem eius detinuit,  
mortuum tamen regia funeris pompa elatum se-  
peliens: rasa quibus Hierosolymitanae templum  
spoliauerat, suis consecrauit numinibus: populo  
in Babylonia sedes attribuit: pontificem è vincu-  
lis exemit. Nabuzardanos autē dux qui po-  
pulum captiuum abduxerat, trāsfugas & pau-  
peres illic reliquit, ducē illis preposito nomine  
Godolia, Aicamis hominis nobilis filio, viro aequo  
& bono. His imperauit, vt pro agris quos ad  
culturā acceperant, certum tributum regi pende-  
rent. Prophetæ quoq; Hieremia è carcere exem-  
pto suavit ut iret secum Babylonē: iussum enī  
se à rege, vt ei necessaria omnia prabeat. Quod

xlii

si sequi nolit, diceret rbinā habitare cuperet, vt  
 de hoc regē per literas certiorem posset reddere.  
 Prophetaverō neq; ducem sequi voluit, neq; alid  
 ad habitandum ire, contentus habitare in ruinis  
 patriæ, & eius miseras reliquias colere. At dux  
 voluntate eius cognita: Godolie quem ibi relin-  
 quebat commendauit hominē, mandans ne quid  
 ei deesse pateretur: donatoq; vate magni precij  
 muneribus, ipse quoq; domum profectus est. Hie  
 remias autem domicilium elegit apud oppidum  
 Masphatam, impetrata prius à Nabuzardane  
 gratia vt secum è carcere dimitteretur etiā Ba-  
 ruchus Neri filius, insigni familia natus, & in  
 patria lingua egregie doctus: Nabuzardanes  
 itaq; his peractis Babylonē revertitur. Illi autē  
 qui obfidiōnis Hierosolymitanæ tempora diffuge-  
 rant, poste aquām Babylonios recessisse audie-  
 rūnt, vndiq; collecti venerūt ad Godoliam Ma-  
 sphathia. Eorum principes erant, Ioannes Carea  
 filius, & Iexanius & Sareas, & nonnulli alijs:  
 praterq; hos Ismaēl quidā ortus regio genere, vir-  
 alioquin malus & dolosissimus, qui tēpore obfir-  
 diōis profugerat ad Bathalem regem Amma-  
 nitarū, & apud eum per id tempus moratus fue-  
 rat. His igitur ad se veniētibus, Godalias suafit  
 vt ibi maneret, nihil timētes à Babylonis: posse  
 enim eos impune regionem colere, interpositoq;  
 iurciuriōdo paratum fore suum auxiliū si quis  
 molestaretur, consuluit vt minusquisq; habitaret

iii quo

in quo vellet oppido, dices nūssurum se vna ali-  
quot ē suis, & daturū operam vt diruta instau-  
rentur, & habitetur denuo: illos verò debere do-  
nec tempestium est curare ne frumentum &  
vinum ac oleum desit in futuram hyrem quo  
sustentetur: hæc locutus permisit quemq; arbi-  
tratu suo quem liberet locū incolere. Quæ fama  
postquam ad circumvicias Iudeæ gētes perue-  
nit, quod profugos ad se venientes Godolias ma-  
gna humanitate exciperet, & agros eis colēdos  
assignaret, imposito certo tributo quod pendere-  
tur Babylonio, vndiq; concursum est ad eum, &  
caeperunt regionem colere. Ioannes autem cum  
alijs principibus vidētes regionem coli, multum  
amauerunt Godoliam propter bonitatē eius &  
humanitatē: admonueruntq; eum quod Bathales  
Ammanitarum rex ideo misisset Ismaëlem, vt  
ipsum clām dolo interficeret, & principatū in-  
ter Israēlitās occuparet, cūm sit ē genere regio-  
securum autem fore ab insidijs, si eis permittat  
Ismaēlē clām occidere. Vereri enim se, ne si ipse  
insidijs præoccupatus fuerit, reliquiae Israēli-  
tarum in totum pereant. Ille vero respondit se non  
dissimulaturū tales insidias aduersum hominem  
affectum à se beneficio: non enim esse verisimile  
eum qui in tanta inopiae necessitate nihil malū  
fecerit, nūc contra omne fas erga benefactorem  
tam ingratum esse, vt cui circumuento insidijs  
non posset sine scelere non succurrere, eum sua

manu interimere conetur. Attamen etiam si ve-  
ra essent quae deferrent, emori esse satius, quam  
hominem qui salutem sue fidei commisisset, op-  
primere. Itaque Ioannes cum ceteris fructa hoc  
conatus persuadere abiit. Post dies inde trigin-  
ta venit ad Godoliam in Mosphata Ismael co-  
mitatus amicis decem: ubi inter hospitales epu-  
las dum se comiter poculis inuitant, hospitē me-  
go grauem & somnolentum aduertens, cum de-  
cem illis socijs adorius interfecit, nec difficile  
fuit ceteros coniuas similiter affectos confode-  
re: quibus necatis adiuante nocturno tempore  
per totum oppidum grassati sunt promiscuis cæ-  
dibus tam iudeos quam in Babylonios mili-  
tes securos & passim dormientes. Sequenti verò  
die venerunt cum muneribus ex agris ad Godo-  
liam circiter octuaginta, omnium insciū que ac-  
ciderant: quos videns Ismael intro vocavit ad  
Godoliam, & introgressos clauso palatio truci-  
davit, cadaveratq; eorum in puteum quendam,  
ne essent conspicua, demersit. Soli autem ex co-  
uniero seruati sunt, qui rogauerunt ne se prius  
occideret, quam ei quadam occultata in agris  
traderent, suppellectilem & vestes atq; frumen-  
tum: quibus promissis motu, aliquot ex eis pe-  
percit: p̄tcbem verò Mosphatensem cum mulie-  
ribus & pueris abduxit, & in his etiam Sedecia  
filias, quas Nabuzardanes apud Godoliam re-  
liquerat. His perpetratis ad Ammanitarum re-

gem

gem profectus est. Ioannes autem cùm ceteris  
ducibus auditæ Masphatensem clade, & morte  
Godoliae, indignissimè tulerunt, & assumptis suis  
quisque militibus, Ismaëlem hostiliter persecuti  
sunt, eumq; apud fontem Hebronensem depre-  
henderunt: quibus visis captiui Ismaëlis lati-  
rati id quod erat auxilium sibi venire, omnes  
ad Ioannem transuerunt, Ismaël autē cum oclô  
tantum comitibus ad Ammanitarum regē per-  
fugit. Ceterū Ioannes assumptis quos Ismaë-  
lē eripuerat, cum eunuchis & mulieribus atque  
pueris peruenit in locum qui Mandra dicitur,  
ibiq; ea die manserunt. Voluerunt inde proficiē-  
ti in Aegyptum, timentes Babylonios, ne irati pro-  
pter cedem pfecti in ea regione à se constituti,  
in illos faciāt: prius tamē consulendum Hiere-  
miā rati, accedentes eum rogauerūt ut hascan-  
tibus oraculū expediret quidnam faciendū sit,  
irati facturos se quicquid ille insserit. Cumq;  
propheta opera suam esset pollicitus, decima de-  
num die Deus apparens iussit ut Ioanni & ce-  
teris ducibus diceret, Si māserint in ea regione,  
auxilio futurū, & prouisurum ne quid incōmo-  
di à Babylonij quos timebant accipient. Sin in  
Aegyptum mallent iter facere, curam eorum re-  
licturū, infensumq; tali calamitate affecturum  
eos, quali paulo ante fratres eorum castigatos  
esse viderint. Hæc diuinitus monenti propheta  
noluerūt credere, quod ex Dei sententia iuberet

eos manere: sed putauerunt eum falso verbis suis  
Deum praetexere, re autem vera loqui in gratiam  
Baruchi discipuli, ne possint Babyloniorum iram  
effugere. Contēpto igitur Dei consilio quod per  
prophetā dederat, Ioannes & reliqua multitu-  
do in Aegyptū abiit, abducto simul BarUCHO &  
Hieremia. Quò postquam peruentum est, Deus  
significauit propheta fore ut Babylonius exer-  
citum ducat in Aegyptum: iussitq; prædicere po-  
pulo, quod capietur Aegyptus, & ibi partim in-  
terficiantur, partim captiuū Babylonem abducen-  
tur, id quod etiā factū est: quinto enim post ex-  
cidium Hierosolymitanum anno, qui fuit regni  
ipsius Nabuchodonosori vigesimus tertius, cum  
magnis copijs intus sit Cœlēn Syriā: qua subacte  
bellum gesuit contra Ammanitas & Moabitas,  
& his quoq; perdomitis Aegyptum hostiliter est  
ingressus: occisoq; qui tunc regnabat, & alio re-  
ge constituto, repertos ibi Iudeos rursum captiuos  
Babylonem abduxit. Hæc fuit fortuna He-  
braorū, ut accepimus, bis ultra Euphratēm tra-  
ductorū: nam per Assyrios decē tribus ē Samari-  
a sunt abducta, regnante Osea, deinde reliquæ  
due per Nabuchodonosorū Chaldeorum & Ba-  
byloniorum regem captiis Hierosolymis. Sed Sal-  
manasar in vacas Israëlitarum sedes deduxit  
gentem Chuthæorū, qui prius in intima Perside  
& Media fuerant, Samaritæ deinde evocati à  
regione in quam demigraverūt: rex vero Raby-  
lonius

lonius pro abductis duabus tribibus nullam gen-  
 tem in eam regionem reposuit: quo factum est, ut Iu-  
 daea cum Hierosolymis ac templo per LXXX annos  
 deserta maneret: tempus autem totum quod inter  
 decem tribuum captiuitatem et duarum reliquarum  
 transmigrationem intercessit, anni fuere centum  
 triginta, et menses sex, dies decem. Ceterum xli.  
 Nabuchodonosorus selectus nobilissimus Iudaorum Dan. I  
 pueris, et Sedeciae regis cognatis, qui ex flore  
 etatis et decore forma fuere conspicui, paedago-  
 gos eorum curae assignauit, ex selectis quibusdam ex  
 eo numero, quemadmodum solitus est facere et  
 aliarum gentium deuictarum formosis adolescentibus:  
 præbebatque eis de sua mensa victum, et Chaldeo-  
 rum disciplinis instituendos curabat ac literis, in  
 quibus sane proficerunt plurimum. In his erant  
 quatuor de Sedeciae genere, admodum pulchri et  
 egregio prædicti ingenio, quorum nomina, Daniel,  
 Ananias, Misaël, Azarias: his Babylonius mu-  
 tauit nomina, et pro Daniele Balthasarem, pro  
 Anania Scdrachem, pro Misaële Misachem, pro  
 Azaria Abdenago appellari insisteret; ob egre-  
 glam indole et non mediocrem erudititionem vehe-  
 menter charos habuit. Cumque visum fuisse Da-  
 nieli cum cognatis vicitare duraret, et a regia  
 mente abstinere edulij, atque adeo ab anima-  
 tis omnibus, accesserunt Aschanem eunuchum quib  
 cura eorum erat præpositum, rogantes ut que mit-  
 tebantur a rege in suos usus conuerteret, ipsi

legumina tantū & palmulas in alimēta preberet, & si quid aliud præterea vellet inanimese enim alijs fastiditatem talem viētum appetere. Ille verò ait se gratificari eis cupere, sed vererisne hoc rex depredendant extenuatu ipsorum corporibus, & immutata specie, quod necesse sit ut habitudo & color rationi viētus respōdeat, idq; magis fore conspicuum ex collatione aliorū qui alantur delicatis, atq; ita propter eos adduci se posse in capitib; periculum. Itaq; nach Aschanem non admodū difficultem, persuadent ut saltē per decem dies hos eis permittat experiendi gratia: quod si corpora eorū nihilo deterius, inde habuerint, in eodem viētu perseverare, qui compertus sit innoxius: sin autē detrimentum aliquod inde acceperint, minus speciosi facti quā alijs ad pristinam dietam eos reduceret: ut verò apparuit non solum nō laedi eos talibus, sed habitiores præ alijs & maiores inde fieri, ut cum eis non essent conferendi qui cibis vescebantur regijs, sed Daniēl cum focis potius delicatā vitam agere visideretur ex eo tempore securè Aschanes partes quae de regiā mensa mittebantur pueris, sibi retinebat, & illis apponebat quae iam diximus. Illi vero utpote pueros iam habētes animos, & ad percipiendas disciplinas idoneos, atq; etiam firmiora ad laborem corpora, quod neq; illi laderentur aut grauarentur varietate delitiarum, neq; hac familiā de causa emolirētur facile omnē perdidiscerunt

cerunt doctrinam tam Hebraicam quam Chaldaicā: sed praecipue Daniel peritus talium artium, Dan.2 cōiectādis quoq; somniōrum significationibus studuit, visiones etiā diuinās videre solitus. Ex alto autē biennio post Aegypti populationē Nabucodonosorus cum vidisset mirandam visionē, cuius etiā euentū Deus ei in somniis indicaverat, mox ut è stratis surrexit eius oblitus est. Accersitis igitur Chaldais, & Magis ac Vatisbus, ait se somniū vidisse, & quoniam oblitus sit quale fuerit, velle ut & somniū sibi indicet, & eius significationē. Illis autē respodētibus hoc supra humanas vires esse, quod si exponeret visionē somniū, pollicētibus interpretationē, minatus est mortem nisi somniū etiā indicarent: & cū negarent se id posse, necari omnes imperat. Tum Daniel audito quod omnes sapientes iussisset occidi, & inter hos se quoq; cūm suis cognatis esse in periculo, adiūt Ariochū regū praefectū satellitū, rogauitq; causam, cur ita rex statuissest in omnes sapientes, & Magos, atq; Chaldaeos animaduertere: & cognito quod cū oblitus esset somniū, iussissetq; eos id sibi indicare, nec illi potuissent, ad iram cōmotuē sit, impetravit ut praefectus unius noctis dilatiōē Magis à rege peteret: spē enim sibi esse, Deum ea ipsa nocte exoriatū, indicaturū esse id somniū. Quae Danielis postulata cum per Ariochum regi essent renuntiata, iussit cādem Magorum differrī, tantisper dum huīus promissi fide expers-

retur. Puer verò cū socijs digressus in suū cubi-  
culū, per totā noctē supplex Deū precibus soli-  
citanit, vt rem sibi aperiret, & Magos cū quī-  
bus & ipsi periclitaretur, ab ira regis eriperet,  
manifestata sibi visione quām rex praterita no-  
cte visam elabi è memoria passus sit. Deus autē  
& periclitantes miseratus, & Daniēlis sapientia  
delectatus, tam somnium quām eius interpreta-  
tionē ei notā reddidit, vt hanc per eū rex cognos-  
ceret. Ille hac revelatione latus, surgens fratri-  
bus eā indicat, iam desperantibus vitā, & tan-  
zū de morte cogitatibꝫ: hortaturq; vt trāquillo  
sint animo, & de vita melius sperare non dubi-  
zēt: cū quibus actis Deo gratijs quōd etatē eorū  
esset miseratus, Ariochū adit initio diei, rogans  
vt se ad regē ducat, indicaturū ei somniū quod  
proxima nocte hāc nocte viderat. Ad quē ingre-  
fūs, primū deprecatus est eā opinione, quasi ipse  
Chaldeis & Magis esset sapiētior, quōd nemine  
illorū valente innenire somniū, ipse id esset indi-  
caturus: nō enim sua peritia, vel quōd intellectu  
alios praezellat, id fieri: sed Deus, inquit, nos de  
vita periclitantes miseratus est, rogantiq; mihi  
pro mea populariumq; vita, & somniū & eius  
significationē aperuit: neq; enim tam me solicitā  
habuit ea tristitia, quōd à te indigni vita esse  
meus indicati, quām metus de existimatione tua  
glorie, cūm zot viros bonos & honestos necari  
inberes, idq; iniuria, quōd non esset humana sa-  
pientia

pientia comprehensibile quod mādabas, solo Deo  
valente præstare quod cuperes. Ergo cūm hac te  
cura teneret, quisnā post te potitus esset orbis  
imperio, dormienti tibi Deus volens omnes re-  
gnaturos ostendere, tale immusit somniū: Vide  
baris tibi videre statuam grandem stantē, cuius  
caput erat aureum, humeri ac brachia argētea,  
vēter & femora ærea, crura ac pedes ferrei: de-  
inde saxum vidisti abruptum à monte in statu  
illā incidere, & hanc deiectā conterere, vt nulla  
eius pars maneret integra, sed aurū, argentū, es  
& ferrū abiret in minutiorē farina puluerem,  
eumq; ingruenteventi vi difflatum in terras di-  
uersissimas. Saxum verò illud tam magnū acce-  
pisse incremetū, vt quantū est terrarū sua mole  
opprimeret. Et hoc quidem est quod vidisti so-  
mnium, quod in hunc modum interpretari opor-  
tet: Aureum illud caput te significat, & alios re-  
ges ante te Babylonios: duæ verò manus & hu-  
meri duo portēdunt, quod à duobus regibus ve-  
strū imperiū delebitur, illorum quoq; imperium  
alius ab occidente veniēs tollet ē medio, amictus  
armis æreis. Huīus quoque vires debellabuntur  
ab alio ferro simili, cui propter naturā ferri ni-  
hil poterit resistere, quod ea sit auro, argēto, ac  
ære validior. Adiecit & de saxo interpretationē  
Daniel, sed mihi hoc narrare non libuit. cuius  
propositū est præterita, nō etiam futura, scribere.  
quod si quis veritatis audies non desistit, inqui-

rere futurorū quoq; obscuros euentus cupiēs dis-  
cere, det op̄ā vt Danielis librū perlegat, qui ha-  
betur inter sacras literas. Porrò Nabuchodono-  
forus his auditis agnoscēs suū sommum, attonitus  
est Danielis indole, & procidens in faciem, cum  
non aliter quām Deum adorauit, diuinis iuuenē  
dignatus honoribus. Nec hoc contentus imposito  
ei Dei sui nomine, vniuersae ditioni sua prāposi-  
tum esse voluit, cum eoq; simul eius consanguini-  
neos: qui ob hoc inuidiosi facti in periculū inci-

Dan. 3. derunt, offenso rege propter causam talem: Rex

fabrefacta aurea statua, alta sexaginta lata sex  
cubit⁹, in campo magno Babylonis eam statuit:  
quā dedicaturus cōuocauit ex omni sua ditione  
principes, eisq; mandauit: vt quamprimum tuba  
dari signū audierint, procidentes in faciem ado-  
rent statuam: quod qui non fecerit, pœnā propo-  
suit, vt conieciatur in ardenti fornaci incendi⁹.

Cūm igitur omnes audito tubæ signo adorarent  
eam statuā, Danielis cognati negauerunt se hoc  
facturos, quod nollent patrias leges transgreedi:  
moxq; delati, & in ignē coniecti diuina fernat⁹  
sunt prouidentia, & præter omnium opinionem  
euaserūt mortis periculum. Ignis enim eos nō at-  
tigit, sed quasi sentiens iniuste in fornacem con-  
iectos, pepercit, & nō exeruit vim suam in iude-  
nes, Deo iuicta flammis faciente horū corpora:  
que quidē res magis etiam eos regi cōmendauit,  
qua probos & Deo charos esse animaduerteret:

qno

quo fastū est ut semper in maximo apud eum  
bonore haberentur. Non multo deinde post rur. Dass. 4.  
sum aliud dormiens rex vidit insomnium, quod  
privatus regno vitam acturus esset inter bestias  
& post exactū eo modo septennium, denuo resti-  
tuēdus esset in pristinū imperium. Quo viso rur-  
sum cōvocatis Magis percontatus est quid signi-  
ficet. Eius intellectū nemo aliis inuenire, & re-  
gi indicare potuit, solus Daniel quid portederet  
conjectura aſſecuīus est: & quale hic prædictit,  
talis etiam euētus affuit: nam cūm in solidudine  
tempus prædictū exegisset, nemine septenio toto  
audente innadere dominium, exorato Deo rur-  
sum in regnum suum restitutus est. Nemo autem  
mihi vitio debet vertere, quod hæc ita ut in anti-  
quis libris inuenio, scriptus meis in ſero. Talibus  
enim criminatoribus dudum occurri in initij hu-  
ius hystoriae: palam profitens, me tantū Hebraic-  
orum voluminum in Graciam linguam inter-  
pretem, & quæ illuc continentur bona fide rela-  
turum me promisi, nec addentem quicquam de  
meo, nec auferentem etiam. Ceterum Nabucho-  
donosorus cūm regnasset annos X L I I I . vitam  
fm̄t, vir induſtrius, & prioribus regibus longe  
fortunatior. Meminit eius & Berofus in tertio  
rerū Chaldaicarum libro his verbis: Pater au- x I I I .  
tē Nabuchodonosorus auditō quod Satrapa quē  
Aegypto & caue Syrie Phoeniceaq; pafecerat,  
ā ſe defecisset, ſūm non poſſet amplius ferre la-  
boros

bores militiae, tradita juniori Nabuchodonosoro  
 copiarū parte, iussit hunc contra illū proficisci:  
 qui collatis signis cum defectore congressus, &  
 ipsum deuicit, & regiones eius ad suū imperiū  
 retraxit. Interea pater Nabuchodonosorus apud  
 Babylonem morbo absemptus est, cùm regnasset  
 annos x x i. Nabuchodonosorus verò non multo  
 post patris morte cognita, & constitutis Aegy-  
 pti ac reliquarum regionum negotijs, demanda-  
 taq; amicus cura captiuorū Iudeorum, Syrorum,  
 Phoenicum & Aegyptiorum traducendorum in  
 Babyloniam cum exercitu & impedimentis, ipse  
 cum paucis per desertum Babylonem properauit.  
 Et cùm assumpsisset regni administrationem,  
 que interim penes Chaldeos fuerat, ex ab eorū  
 primo seruata erat in eius redditum, factus est to-  
 tius paterni imperij dominus: ac primū omnium  
 captiuos recens adductos per opportuna Babylo-  
 niae loca in colonias distribuit: deinde spolijs bel-  
 lo partis Beli templum & alia quædam magni-  
 fice exornauit: auxit etiam & reparauit anti-  
 qua urbis aedificia, munitiones & fluminis alveo, ita  
 ne hostes eo possent vii ad ciuitatis incommo-  
 dum. Tres quoque murorum ambitus intra ur-  
 bem exstruxit, & totidē foris circūdedit, omnes  
 è coctilibus laterculis, cumq; memorabilibus ope-  
 ribus ciuitatem munisset, & portas in templo-  
 rum modum ornasset, paterna regia contiguam  
 exstruxit aliam regiā, cuius substructiones &  
 res

reliquā magnificentiā forte supernacanū esse  
dicere: vñū silere nō possum, quod tam amplum  
& superbū adīsciuū intra quindecim dies ab-  
solutū est. In hac regia moles saxeas fornicibus  
suspendit, montiū specie referētes, superne consi-  
tas varijs arborū generibus, atq; ita celebratos  
illos penſiles hortos absoluīt, eo quod vxor edis-  
cata in Media concupisset quandā patriæ sua si-  
militudinē, Horū hortorum etiā Megasthenes in  
quarto rerū Indicarum volumine meminit, vbi  
ostendere conatur quod hic rex virtute & rerū  
gestarum magnitudine Hercule longe à tergo re-  
liquerit: subiugasse enim eum & urbem Africa  
primariā, & bonam partem Hispaniæ. Sed &  
Diocles in secundo rerum Persicarum libro eius  
regis mentionem facit, & Philostratus tam in  
Phœnicū quam in Indoruū historijs: quod hic rex  
per tredecim annos Tyrū oppugnauerit, regnan-  
te apud eam urbem Ithobale. Atq; hæc sunt qua-  
de hoc rege apud historicos inuenio.

De successoribus Nabuchodonosori, & quod  
Cyrus eorum imperiū in Persas transtu-  
lit, & q̄' modo se tum rex Iudorū apud  
Babylonios haberint. C A P. XI.

**C**aeterū post Nabuchodonosori obitū Abi-  
Clamarodachus eius filius regnum suscepit,  
qui mox Hierosolymorum regem Iechoniām è  
vinculis dimisit, & inter necessarios amicos ha-  
buit, multis muneribus donatum, & apud Ba-  
bilo

bylonem regia sua pfectū. Pater enim eius fidem nō seruauerat Iechonia, qui se ei cū uxori-  
 bus & liberis totaq; cognatione sponte tradide-  
 rat, respectu solius patriæ, quā nolebat per vim  
 expugnatam dirui, sicut ante diximus. Ab mala  
 rodachio post decimum octauum regni sui annum  
 defuncto Niglisar filius succedit, cumq; regnasset  
 annos quadraginta, vitam cum morte mutavit:  
 cōtinuata deinde successione ad Labosordachum  
 filium regnum peruenit: apud quem cum nouem  
 tantum mēsibus h̄asisset, post mortem eius tran-  
 fuit ad Balthasarem, qui Babylonij Naboandel  
 nominatur. Hic bellum intulerunt Cyrus Per-  
 sārū rex, & Darius Medorū, à quibus dum in-  
 tra Babylonē oppugnatur, mirabilis quedam ex  
 Dœri. 5. prodigiosa visio ei contigit. Discumbebat cœnans  
 in ampla quadā aula, magno apparatu vasorum  
 argenteorū que regia mensa adhiberi solent, ac  
 cumbentibus etiā concubinis & purpuratorum  
 præcipuis. Deinde cùm ita collibuissest, iubet ē suo  
 templo afferti vasa Dei, quæ spoliatis Hierosoly-  
 mis Nabuchodonosor in usum suum veritus ver-  
 tere, in Dei sui templo reposuerat. Ipse verò iam  
 mero calens auffus est ex eis potare, verba in-  
 terim contumeliosa in Deum proferens: & ecce  
 tibi videt manum ē pariete prominentem, & in  
 eo syllabas quasdam scribentē. Qua visione ter-  
 ritus conuocauit Magos & Chaldeos, & totum  
 hoc genus quod apud Barbaros prodigiōrum &  
 sompniōrum

somniorū interpretationē profitetur, postulatis ut  
sibi enarrent id quod erat scriptū. Magis autem  
negantibus se eius intellectū inuenire, rex ob rei  
nouitatē mæstus ac solitus præconis roce per  
totū suam ditionē publicauit: quicunq; mentem  
carum literarū interpretari posset, daturū se ei  
torquem auricū, & purpurea vestis vsum, quali  
Chaldaeorum reges vtuntur, atq; insuper tertiam  
regni sui partē. Post hoc præconium maior etiam  
sit Magorum concursus, certatim sensum litera-  
rum scrutatibus, nihil tamen proficiuntibus. Vi-  
dens autē tristē hac de causa regem eius auia,  
solari eum cœpit, dicens esse quendā captiuū In-  
dium per Nabuchodonosorū vastatis Hicroso-  
lymis adductū, virum sapientē, qui posset oliscu-  
ra & soli Deo nota perquirere: hunc Nabuchon-  
dosoro quæ opus erat interpretātū, cùm ideo  
tempore posset alius nemo: rogabatq; vt accito  
Ilo percontaretur quid sibi velint hæ literæ, vt  
coarguta ceteroruī inscitia, etiam si tristē sit,  
prodigium id intelligatnr. His auditis Baltasar  
accersit Danielem, & præfatus se rescindisse de  
diu sapientia, deq; spiritu diuino quem habeat,  
& quod solus sit idonus interpretādis quæ alio-  
rum cognitionem effugiant, rogauit vt sibi cnar-  
ret quid scripture illa significet, pollicens opera  
primum vsum vestis purpurea torquemq; au-  
reum, & ditionis sue partē tertiam, vt sapientia  
eius insignita talibus honoribus, illustris fiat  
apud

apud omnes qui honoris causam sciscitando, cognoverint. Daniel autem recusatis muneribus, quodā hūs diuinitus concessa sapientia corrūpi negat, sed indigentes gratis iuuare parata sit, ait scripturā hanc vitæ finem prædicere: eò quod ne pro aliis quidē calamitate, quam ille incurrit ob contemptū numeris doctus sit pietatē colere, & nihil moliri quod sit supra naturā hominis Nabuchodonosorū enim ob impietatē dāmatū ad victum ferinū, post multas preces miserāte Deo restitutū ad hominū cōversationē & pristinum imperiū ac deinde per totam vitā agnouisse & laudasse Dei virtutē & prouidentiā. Hūc vero oblitū domēstici exēpli, voces impias iactasse in Deum, & potuisse ē sacris vasis vna cū suis pelliculus. Ob hec iratus Deus per has literas denuntiare quale sit habiturus vita exitum. Sic enim interpretanda singula. Mane, hoc est numerus, significat dīnumeratum esse iam dierū tuae vita ac regni numerū, & per breve tempus superesse: Thecel, quod est pondus, appensum à Deo regni tui tempus iam ad suē vergere: Phares, quod est frāgmē fracturū Deum tuū regnum, & partes eius in Medos ac Persas distribuēdas. Hac interpretatione accepta, rex nō poterat nō velimēter tristari, at tamē Daniel suam munificentia non subtraxit tanquā malorum prænuntio, sed dona qua pollicitus est exhibuit, sic cogitans, quod nō bona audierit, sui sati culpam esse, nō prophetā:

imò

imò illum boni viri officio functum esse, qui sic interpretatus sit, ut erat euenturū, tametsi parū latus cūntus sequeretur. Non multū autē ab ijt. temporis, dum & ipse ex vrbis in Syri Persarū regis potestate deuenit. Sub Baltasare enim capita est Babylon, anno regni eius decimo septimo.

Hic finis fertur posteriorum Nabuchodonosori. Darius autem cūm extingueret Babyloniorum imperiū, adiutus à Cyro suo cognato annū agebat sexagesimum secundum, qui fuit Astyagis filius, apud Grecos alio vocatus nomine. Hic etiam Danielē prophetam assumptum secum duxit in Medianam, cumq; in maximo honore apud se habuit: erat enim unus è tribus summis satrapis, qui sub se habebant alios CCC LX. satrapas, tot enim à Dario primum instituti sunt.

Itaq; cū tam charus & honoratus apud regē X I I I L esset, vt qui ei tanquam diuino libenter de quo- Dan. 6. uis negotio consulenti parēret, nō effugit casero rum inuidiā, quemadmodum fieri solet inter eos qui aliquē sibi à rege präferri nō patiūtur aequo animo: cumq; enīli occasione calumnia contra eum quarerent, nullā vñquam eis prabuit: cūna etiā esset contēptor pecuniarū & omniū mune rum, turpe sibi ducens etiā pro beneficio licet on gratiā recipere, nullā accusandi anſam imme- nire poterant: nec tamen desiterunt querere quomodo honore deiectū è medio tollerent. & cū animaduertiffent Danielē quotidie ter


Deo supplicare precibus, commenti sunt occasio-  
 nem qua cum possent perdere : aditoq; Dario re-  
 nunciant ei , visum esse satrapis eius & princi-  
 pibus, per triginta dies populo dari intermisso-  
 nem, quibus nec ab ipso, nec à quoquā hominum  
 aut deorum quiequam precari liceat: & si quis  
 cōtra hoc cōmune decretum faxit, eum in foueā  
 leonum coniuci. Rex verò non perspiciēs eorū ma-  
 litiam , quod Daniel hoc cōmento peteretur, ait  
 sibi placere hoc d̄cretum : pollicitusq; se id con-  
 firmaturum, edictum proposuit in publicum quo  
 satraparum decrectum promulgabatur. Id cām  
 omnes p̄ metu seruare conarētur, magnū fuit  
 vbiq; silentium. Daniel verò nihil hæc curabat,  
 sed more solito p̄ans in eo; spectu omnium, ado-  
 rabat Deum suum & deprecabatur. Tum sa-  
 trapæ naēti occasionem quam dudum captave-  
 rant regē adeūt properè , Danielemq; accusant,  
 quod contempto edicto solus ex omnibus deos  
 precari ausus sit, idq; non ob pietatē, sed ob hoc  
 ipsum quod ol. seruari se sciret ab emulis. Et cām  
 regem ob nimia erga Danielē benevolentiam  
 etiā mandati sui contēptori facile veniam datu-  
 rum crederet , hoc ipso magis accēsi ad inuidiā,  
 inflexibiles ad clementiā, postulauerūt vt iuxta  
 latā legē coniiceretur in leonum foueam. Darius  
 autē spērans ope diuina eripientium à bestijs,  
 hortatus est eum vt præsentē casum aequo ferret  
 animo: & postquam eo conieclus est, cūm obse-  
 gnasset

masset lapidem qui ori fovea incumbebat vice  
 hostij, domum reuersus est: totamq; eam noctem  
 sine cibo & somno exegit de amici salute soli-  
 citus: diluculo autē surgens ad foveā se contulit,  
 & inuenito illaſo signaculo quo lapidem obſigna-  
 uerat, per apertam fenestrā ſuperne Danielēm  
 inclamauit, quarens an adhuc ſaluuus ſit. Ad quā  
 vocem cūm ille responderet illeſum ſe & inco-  
 lumen, iuſſit eum ē fovea bestiarum extrahi.  
 Inimici vero eius videntes ei nihil mali accidif-  
 fe, noluerūt hoc Dei prouidētia tribuere, ſed cau-  
 ſam referentes in leonum saturitatem, auſi ſunt  
 etiā apud regē hoc afferere. At ille offenſus eo-  
 rum malitia, iuſſit multum carnium obuici leo-  
 nibus, & illis iam saturitatis inimicos Danielis  
 in foveā coniūci, vt appareat ſi propter saturita-  
 tem eos non attingant, ac tum demum eviden-  
 tiſſimum fuit ratem ope diuina eſſe feruatum:  
 nam nemini ex eis pepercerunt, ſed non fecerūt ac  
 ſi fuiffent famelici, & alimentuſ caruiffent, ſine  
 mora eos dilaniamuerant. Acuit autem ferarum  
 rabiem non vexatio famis quā iam eis exempta  
 fuerat, ſed obiectorum malitia, Deo ſic volente,  
 vt ne bruta quidē eam impunitā ſincent. Cūm  
 igitur ad hunc modum ratis infidiatores perife-  
 ſent, Darius rex per totum ſuum imperium nū-  
 tios demisit qui Danielū Deum prædicarent,  
 hunc eſſe ſolum verum & omnipotētem Deum  
 aſſeueraōdo: ipſum deinde ratē in maiore etiam

quam ante honore habuit, primū inter amicos  
locum ei tribuens: qui cùm ab omnibus Deo cha-  
rus existimaretur, & propter hanc de se opinio-  
nem esset illuſtrissimus, adificavit apud Echa-  
tana Mediae, turrim, opus pulcherrimum, & sin-  
gulari admiratione dignum, quod in hodiernum  
vsq; durat, & spectacib; recentissime stru-  
ctura videretur, ac si ea ipfa die qua spectatur es-  
set absolutum: tantam nimitatis speciem, & tam  
integrā pulchritudinem habet, nihil omnino  
de tam longo tempore lasam, prater aliorū adi-  
ficiorū consuetudinem, quæ aquè atq; homines  
vetustatis iniuriam sentiunt, nec firmitatem so-  
lum, sed etiam decorum sensim deperdunt. Mos  
autem durat vsq; in praesens tempus, vt in ea  
turri sepeliantur Medorum reges, & persarum,  
atq; Parthorum: eiusq; custodia jacerdati Isa-  
iaci generis hodieq; concreditur. Quod autem  
in hoc viro precipua dignum est admiratione,  
silentio non prateribimus: omnis enim eximia fe-  
licitas vt propheta excellentissimo ei contigit,  
& vincenti tam apud reges, quam apud popu-  
lum gratioſo, & post obitum sempiternam me-  
moriā consecuto: Libri enī emis quos conſer-  
ptos reliquist, etiam nunc apud nos leguntur, qui  
nobis certam fidem faciunt, quod Deus cum eo  
colloquia miscerit: nō ſolum enim futura pre-  
dicta quemadmodum alij prophetæ, verum etiā  
tempus quo euentura eſſent praefixt: & cūm alij  
profite

prophetæ calamitatem predixerent; ideoq; malam gratiam apud reges & multitudinem vulgaris uerent, hic bonorum rerum vates fuit, ut propter faustam ominationem quidem benevolentiam omnium sibi conciliaret, propter euentum vero certitudinem fidem sibi apud uniuersum mortalium genus compararet. Exstat enim in eius scriptis unde maximè illius prophetie certitudo potest colligi: ast enim se apud Susa primariam Persicis urbem cum sodalibus prodisse in campum. & ibi terremotu repentina exorto, diffugientibus metu amicus solum esse de relictum, seipsum quoq; consternatum in faciem & manus procidisse: ibi accessisse quendam excitantem se & iubentem ut surgeret ac videre quæ post multa secula euentura essent suis ciuiibus: surgenti deinde ostensum esse arietem magnum, enata habentem multa cornua, & in his Dan. 8. ultimum ceteris celsus: versis deinde ad occidem oculis, vidisse se hircum delatum per aërem concurrisse cum ariete, & bis cornibus ictum prostrauisse humi & conculasse pedibus: deinde vidisse enatum è fronte hirci cornu maximum, quo defracto erupisse pro eo quatuor alia, obuerfa inuentos surgulos: & ex his etiam aliud minus exortum scripsit, quod postquam esset adulatum, Deus qui hac ostendebat dixi gesturum bellum contra gentem ipsius, & urbem vi expugnaturum, & ceremonias templi cōturbaturum,

sacrificiaq; viciturum per dies M.CC.XCVI.  
 hec est visio quam in campo apud Susa se vidis  
 scripsit: eamq; Deum sic interpretatum esse:  
 Aruum significare Persarum & Medorum re-  
 gna, cornua verò futuros in his reges, & horum  
 ultimum designari per cornu ultimum, hunc  
 enim fore diuitijs & gloria præstantissimum.  
 Per hincum verò indicari, fore cliuem è Gra-  
 corum regibus, qui cum Persibus cōgressus cum  
 prælio superet, totumq; eius imperium occupet.  
 Per cornu verò illud magnum ex hirci fronte  
 extans primum regem significari, & per alio-  
 rum quatuor pro illo pullulationem, & ad qua-  
 tuor terra træches singulorum versionem, succes-  
 furoz ostendi, post primi regis mortem, & regni  
 inter eos partitionem: hos neque filios eius neq;  
 alioqui ad cognitionem ipsius pertinentes, nullius  
 annis per orbē habitatum regnatores: ex hisq;  
 exoriturum quendam regem, qui bellum gerat  
 cum gētem Iudaorum & legitus, & formā in-  
 stitute iuxta has Reipublice auferat: spoliatoq;  
 templo victimas in id induci per triennium pro-  
 hibeat: que quidem calamitas genti noctrae sub  
 Antiocho Epiphane accidit, ita ut futurum  
 Daniel ante multos annos scripserat. Eodem au-  
 tem modo scripsit & de Romanorum imperio,  
 & quantum vastitatem illaturi essent nostris  
 hominibus. Hec omnia diuitius sibi demonstra-  
 ta scripto tradidit, & postea legenda reliquit,



ut videntes eventum non discrepare à predictio-  
nibus, Danielem mirentur ob tam insignem ho-  
norem illi à Deo habitum : simulq; Epicureo-  
rum error coarguatur, qui prouidentiam è vita  
eiciunt, & Deo regimen rerum nolunt permit-  
tere, nec credunt ruinositatem à beata illa &  
immortali essentia vel conseruari vel gubernar-  
i, sed sine rectore & curatore mundum suopte  
imperu ferri assenerant : qui si ita, ut illi au-  
mant, careret preside, quemadmodū naues sine  
gubernatoribus videmus procellis & fluctibus  
obrui, currusq; aurigis distractos everti ac con-  
fringi, ita & ipse perderetur immoderato im-  
petu. Quamobrem Dum Danielis vaticinia con-  
sidero, non possum non dammare istorum insci-  
tiam, qui Deo negant curae esse res mortaliuni:  
qui enī fieri potuit ut propheticis eius responde-  
ret eventus, si temere in modo gererentur  
omnia? Verū ego hac ita ut inueni  
in literas resuli, quod sequis  
manūlē dixerām opinio-  
nem sequi, id per me  
quidem erit illi  
integrum.

